


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>

**ACTA**  
**ERUDITORUM,**  
ANNO  
**MDCC XXIII**  
publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.  
atque Electoris Saxoniae Privilegiis.*

---

**LIPSIÆ,**  
Prostant apud JOHAN. GROSSII Hæredes,  
JOH. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.  
ET  
THOMAM FRITSCHIUM.

---

Typis BERNHARDI CHRISTOPH. BREITKOPFFII.  
A. MDCC XXIII.





No. I.

I

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ*

*Calendis Januarii Anno MDCCXXIII.*

---

HISTOIRE DE DAUPHINE' ET DES PRIN-  
ces, qui ont porté le nom de Dauphins &c.

h. e.

HISTORIA DELPHINATUS ET PRINCI-  
pum Delphinorum, præsertim tertiæ familiæ, descen-  
dentis a Baronibus de Turre Pinea, quorum postremo  
regnante omnis ista provincia Galliæ accessit.

*Tomii II.*

Genevæ, apud Fabrum & Barillotum, 1722, fol.  
Alph. 11 pl. 18 cum plag. zn. 7.

**D**elphinatus, nobilissimæ Galliarum provinciæ, res *Com-  
mentariis* Anno MDCCXI editis, & a nobis *Acto-  
rum* nostrorum A. MDCCXII M. Novembr. p. 29 r  
memoratis, magno probissimorum monumentorum apparatu  
ita explicuerat illustris Valbonnas, ut vetus illius regionis me-  
moriam prorsus exhausta videretur. Sed cum ea sit nostræ æta-  
tis felicitas atque sæcunditas, ut diligentius scrutanti quotidie  
plura & luculentiora sese offerant: idem evenit illustri Auto-  
ri nostro, ut necesse habuerit, *Commentarios* illos alio, *Histo-  
riæ* nempe *Delphinatus*, titulo jure meritoque inscriptos ite-  
rum edere, opus, si institutum, ordinem, præcipuas partes spe-  
ctes, idem, si in incrementa nova intuearis, aliud fere &  
magis locuples. Laudare librum olim a nobis satis laudatum  
nihil attinet, maxime cum tali hedera minime indigeat; quid  
differat utrumque opus, indicare cum cura, fatius fore exilli-  
mamus.

A

II

In fronte apparet Præfatio eadem cum præfatione prioris editionis, sed pro instituti paulum immutati ratione alicubi interpolata, quam notitia locorum, in Tabula Delphinatus expressorum, utrobique excipit, tubjuncto in hac editione amplo chartarum instrumentorumque veterum indice, qualis etiam in Commentariis sine legitur. Mox Tabula Delphinorum omnium Genealogica, alia Delphinatus Geographica & Sigilla, quibus Diplomatum fides firmata est, nitide ære expressa conspiciuntur, cum Commentarios una Tabula Geographica, & monumentum Humberti II sepulchrale, in *Historia* non repetitum, exornet. Ordine sequuntur Dissertationes V in Commentariis jam editæ, sed passim auctæ, de origine Delphinorum, de re Justiciaria, de re Bellica, de Reditibus publicis, de muniis variis & officiis publicis, additis ubique Diplomatum, sed uberiori, quam in Commentariis fieri potuit, manu, ita ut Dissertationum equidem Primæ unum, quod litera T notatum est, Tertiæ tria, Quartæ septem, Quintæ quatuordecim accesserint. Proximo & inter ea, quæ iteratæ Illustris Valbonnæ industriz unice debemus, primo loco conspicitur Genealogia familiæ de Turre Pinea (*de la Tour du Pin*) quam a Berlionio de Turre, si ætatem quæras, a Seculo XII initio orditur Nobilissimus Historicus, rejecta & falsitatis accusata Chorierii charta, quæ celeberrimo Baluzio imposuerat, persuaseratque, ut Turre-Pineos familiam gentis de Turre Aruerna (*de la Tour d' Auvergne*) haberet. Insertæ sunt præfationi literæ Valbonnæ & Baluzii mutæ, quas, qui leget, facili negotio intelliget fidem Chorierianarum literarum adversus illius arma ab hoc non satis defendi. Omnes illi Delphini eorumque majores summa fide ad antiqua monumenta sunt exacta, quæ integra legere licet in calce Genealogiæ, numero CV. Primum est donatio Berlionis de Turre A. MCVII facta ex Guichenonii Bibliotheca Sebusiana, postremum sententia a suprema curia in causa Tutelari Alberti de Turre A. MCCCCXX lata, & ex Camera rationum Delphinatus Archivo deprompta.

Genealogiæ Turrianae latus claudit ipsa Delphinatus Historia, ejus tempestatis, qua tertiz familiæ Delphini rerum potiti

potiti sunt. Dederat illustris Autor in Commentariis Diarium Historicum ex Actis publicis, quod Humberti II res gestas complectebatur, sed in hac Delphinatus Historia non modo vita Humberti illius II uberius pleniusque explicata, sed Humberti etiam I Avi, Joannis II Patris & Guigonis VIII Fratris res luculenter traditæ leguntur. Defunt etiam Commentariis Sigilla, Historiæ Delphinatus subjuncta, in quatuor Classes, I Delphinorum, II Pontificum, Episcoporum, Abbatum, Ecclesiarum & Monasteriorum, III Imperatorum, Regum, Comitum, IV Familiarum illustrium dispartita, & brevi sed docta explicatione illustrata. Hæc omnia Tomum primum occupant, qui in copiosum indicem desinit.

Tomus alter Codicem sistit Diplomatum antiquorum & omnis generis documentorum fidissimorum, quibus suo sane maximo pretio æstimandis majorem dignitatem atque decus eruditissimæ illustris Interpretis notæ conciliant. Eorum antiquissimum est testamentum Guigonis Delphini, quo Joannem filium heredem instituit, vel Annam & Catharinam filias, si ille sine liberis decefferit, A. M CCLXVII confectum & ex Archivo Cameræ regestorum Gratianopolitano publicatum; novissimum vero instrumentum traditionis factæ in manus Domini Caroli Delphini enis, gladii, & vexilli Delphinatus A. M CCC LV, additis fragmentis nonnullis ex libro dudum desiderato, memorabilibus Humberti Pilati. Ad res Humberti I illustrandas faciunt monumenta C XXXII. Joannis II historiam firmant chartæ XLVII. Ad Guigonis VIII Principatum diplomata pertinent XLVIII. Res ab Humberto gestæ firmantur Tabulis CCLXXXIX, quæ omnia, si computaveris in unum, apparatus efficies Diplomatum DXVI, illum priorem in Commentariis jam editum monumentis CC XXXII. superantem.

Functi sumus officio nostro, ut remur: sed lubet morari in opere splendido, utili, jucundo, & cum Humberti II res occasione Commentariorum olim attigerimus, ex Humberti I Joannis II & Guigonis Historia nonnulla delibare placet. Ham-T. I. p. 227  
bertus de Turre, postquam possessiones gentis suæ post Alberti fratris natu majoris mortem, accedente Hugonis fratris &

4 ACTA ERUDITORUM

- Adalafiz, Viduz Alberti Uxor, liberalitate collegisset, dignus videbatur, qui Annæ Joannis I Delphini ex Burgundica gente ultimi forori matrimonio jungeretur, virgini exiguz dotis sed magnæ spei, si frater sine sobole moreretur, quod cum A. 1281 contigisset, Delphinatus Humberto cessit, quam fortunam Beatrix, Guigonis VI conjux, Joannis I & Annæ mater, donatione bonorum sibi a patre Petro Sabaudiz Comite testamento relictorum, Joanni, Humberti filio, suo ex filia nepoti facta amplificavit. Robertus Burgundiz Dux, sibi proximo Delphini Joannis I Agnato Delphinatum injuria eripi conqueustus, minitabatur bellum; quod ut averteret, aut facilius toleraret Humbertus, Imperatoris Rudolphi Habspurgici gratiam suscepto Badam itinere amittit. Bellum sopitum est arbitrio Philippi Pulcri Galliarum Regis, possessionibus nonnullis Roberto Burgundo cessis.
230. Mox Amadeum Sabandum inter & Humbertum exortum bellum, quod hic Vasalli officium non faceret, quæ cum finitimis lites varie coeptæ atque finitæ Delphinum per totam vitam excuerunt. Ut omnis Roberto Burgundo novandi res Delphinatenses occasio præcideretur, Humbertus & Anna Delphinæ principatum donatione inter vivos A. M C C L X X X I X in Joannem filium contulerunt, usufructu, dum viverent, sibi servato.
231. A. M C C X C I alio itinere Muratum versus suscepto denuo Rudolpho Imperatori omnem fidem Humbertus & alii Burgundici Proceres promiserunt. Idem tamen & Philippo Pulcro, feudo ex pecunia Regio accepto, se vasallagio A. M C C X C I V obstrinxit, utilemque postea Regi operam in Bellis Anglicanis & Flandricis navavit. A. M C C X C V I Humbertus & Anna filia Joanni Beatricem Hungaricam, Caroli Martelli filiam, in matrimonium collocarunt, eoque nomine Comitem fecerunt Vapincensem & Ebrodunensem: Fillorum alterum Hugonem Beatrix Delphina avia materna Baronia Falcigniacensi donavit: ex filiabus Adalafia Joanni Foresti Comiti, Maria Aymareto Pictaviensi, Beatrix Hugoni Cabillonensi nupsit: Humbertus M C C C V suum principatum, cedente Hugone Ademaro, Baronia montis Albani auxit; munere etiam Seneschalli Regni Arelatensis & Viennensis autoritate Alberti Imperatoris firmato suam simul

MENSIS JANUARIII A. MDCCXXIII. 5

mul dignitatem amplificavit. Vitæ tandem & honorum satur  
 A. MCCCVI. Claustrum Carthusianum Vallis S. Mariz in Di- p. 262  
 œcesi Valentina ingressus est, & variis pietatis exercitiis viam  
 ad meliorem vitam sibi stravit, ad quam Anno sequenti XII  
 Aprilis placida analysi transiit. Successit cum hæreditatis jure, 263.  
 tum ex donatione inter vivos facta filius Joannes II qui so- 267.  
 rorem quintam (quarta enim Margaretha, vivo patre Friderico  
 Salutarum Marchionis filio nupserat) cui Catharinæ nomen,  
 Philippo Sabauda, Achazæ Principi, in matrimonium dedit.  
 Imperii Jura agnovisse Joannem, ex eo apparet, quod Henricus 270.  
 VII Imperator, proscripto Roberto Neapoleos Rege, Provinciæ  
 Comite, legem fidelitatis, qua huic Joannes ob Vapincensem Co-  
 mitatum obstringebatur, summa domini directi autoritate  
 solverit, & quod post mortem Henrici VII Joannes Delphinus 273.  
 & Amadeus Sabaudus sœdus inierint, Regni Burgundici, duran-  
 te interregno, contra exterorum Principum insultus defendendi  
 causa. Principatus sui limites auxit, cum Vafallo illustri acce-  
 pto Guilielmo Genevensi Comite A. MCCC VIII, tum Baronia 275.  
 Medullionensi pleno jure acquisita. Annum agebat ætatis trice- 276.  
 simum quintum, cum lenta febris diuturno languore eum confi- 277.  
 ceret, qua A. MCCCIX extinctus est, principatu & filio impu-  
 bere Guigone Henrici fratris tutelæ commendatis. Fausto omi-  
 ne hoc factum, docuit eventus, cum Patruï, Episcopi primum  
 Metensis, deinde montis Albani Baronis fide atque industria  
 limites Delphinatus ab hostibus defensi, provincia possessioni- 292.  
 bus aucta, reditus publici ordinati & nuptiæ minori Delphino  
 cum Francica Principe conciliata sint. Obiit A. MCCCXXVIII  
 herede Delphico instituto, qui tamen præcoci fato, annos na- 295.  
 tus XXIV, bello cum Sabauda exorto, castrum Pererium  
 MCCCXXXIII oppugnaturus, balista manuarum ictus expira-  
 vit, Humberto II fratre successore relicto.

*BIBLIOTHECA ORIENTALIS CLEMEN-*  
*tino-Vaticana. Recensuit, digessit & genuina scripta a*  
*spuriis secrevit, addita singulorum Auctorum vita, JO-*  
*SEPH. SIMONIUS ASSEMANUS, Syrus*

*Maronita, S. Tb. Doctor atque in eadem Bibliotheca  
Vaticana linguarum Syr. & Arab. Scriptor. Tomus II  
de Scriptoribus Syris Monophysitis.*

Romæ, typis S. Congreg. de propaganda fide, 1721, fol.  
Alph. 4.

**R**ecensione Tomi I Bibliothecæ hujus Orientalis (quam Sup-  
plem. T. VIII Sect. I dedimus) defuncti, alterum jam ag-  
gredimur Tomum, quem Cl. Autor hodierno Pontifici M.  
Innocentio XIII dedicavit. Dedicacionem excipit *Præfatio* sum-  
mi numinis erga Ecclesiam Catholicam, pro qua etiam hæreti-  
corum malitia militare deprehenditur, providentiam depræ-  
dicans. Post Præfationem sequitur proluxa *Dissertatio de Mo-  
nophysitis*, h. e. unius naturæ in Christo Domino assertoribus,  
quo nomine Jacobitæ Syri & Ægyptii seu Copti, nec non Æthio-  
pes Armenique hodie intelliguntur. In hac Dissertatione Cl. Au-  
tor agit 1) de hæreseos Monophysitarum origine, quam medio  
Seculo quinto Christiano dedit Eutyches Archimandrita, im-  
moderato in Nestorii assecclæ zelo inflammatus. 2) De Mono-  
physitæ in Ægypto, Syria, Armenia, Arabia, Nubia & Æthio-  
pia progressu, autoribus imprimis Dioscoreo, Barsuma, &  
Jacobobo Baradzo, a quo etiam Monophysitæ in præsentem usque  
diem Jacobitæ dicuntur. 3) De recentiorum Monophysitarum  
concordia & discordia. 4) De veterum Sectis. 5) De Syrorum  
Jacobitarum erroribus, quos de Christo, de Trinitate, de Sa-  
cramentis Ecclesiæ, de Eucharistia, de Baptismo, de confirma-  
tione, de extrema unctione, de matrimonio, de confessione, de  
ordine, de statu animarum corporibus exutarum, de purgato-  
rio, de suffragiis pro defunctis, de creati-one animarum &c.  
fovere perhibentur. 6) De Jacobitarum Politia Ecclesiastica &  
seculari. 7) De Patriarcha Jacobitarum, ubi quæ ad ejusdem  
electionem, requisita, ordinationem, fidei professionem, no-  
minis mutationem, titulum, sedem, diploma regium, depo-  
sitionem, aliaque pertinent, fuse exponuntur, nec non schismata  
inter Jacobitas orta recensentur. 8) De Maphriano seu Primæ  
Jacobitarum, qui primum post Patriarcham in Ecclesia Jacobi-  
tica

MENSIS JANUARI A. MDCCXXIII. 7

tica locum occupat. Dignitatis hujus institutio ex mente Autoris ad A. Chr. 629 referenda est, quo anno Maruthas primus Jacobitarum Maphrianus sub Athanasio, cognomento Camellario Patriarcha, in urbe Tagrit, quæ in Armeniæ finibus sita eademque est ac Martyropolis, primatiam sedem fixit. Procellu temporis ad tantam ditionis amplitudinem a parvis initiis Maphrianus devenit, ut merito Gregorius Bar hebræus Maphrianus suam diocæsin Patriarchali prætulit. Tres alias Primas iste Jacobitarum apud Syros Scriptores gerit titulos; *Metropolitæ* scilicet, *Catholici* & *Maphriani*, quod ultimum nomen nequaquam cum Pocockio petendum est a verbo Syriaco *Aleph*, quod *docere* significat, unde *Malphono*, *Doctor*, dicitur; sed a verbo *Aphri*, quo *fecunditas* designatur; unde *Maphriano*, seu, ut orientales Syri proferunt, *Maphriana*, i. e. *fecunditatem tribuens*, quia nimirum Pater & Pater & Episcopus Episcoporum Orientis, quos ipse ordinat, ac veluti filios pater gignit. Autoritas Maphrianorum in subjectos Episcopos eadem omnino fuit, ac Patriarchæ Jacobitarum, in suos. Nam Episcopales sedes instituebant, Episcopos ordinabant, & deponebant, Chrisma consecrabant, omnia denique Pontificalia munia in Orientalibus Diocæsis exercabant, quibus in occidente Patriarcha fungebatur, exceptis Episcoporum ex una in aliam sedem translationibus, quæ nullibi a Maphrianis factæ huc usque leguntur. Hisce vero antiquis privilegiis omnibus fere hodie existerunt Maphriani, ipsisque nihil præter speciosum illum Maphriani seu Primatis orientis titulum remansit. 9) De Jacobitarum Episcopis, eorumque ordinatione ac depositione, & de sedium Episcoporum ordine ac numero. Patriarchæ sedes & titulus *Antiochia* est; tamen pulsus inde Francis (quo nomine Latini apud Syros veniunt) quum Saraceni Christianos quoque Orientali Antiochia excedere coegissent, servato dumtaxat ejus urbis titulo, nec domicilium, nec Ecclesia Patriarchis Jacobitarum ad hunc diem ibi remanserit. Maphriani seu Primatis orientis sedes ab initio *Tagriti* fuit; deinde in *Monasterio S. Matthæi*, postquam is *Niniviticam* s. *Mosulanam* diocæsin Tagritensi conjunxit. Reliquæ antiquæ recentisque Syrorum

raam Jacobitarum sedes Episcopales, ex eorum monumentis collectæ, ab Autore nostro ordine alphabetico recensentur, quæque ad earundem pertinent politiam, cum cura exponuntur. Denique 10) de Jacobitarum Presbyteris & Clericis. Ordines nimirum in Ecclesia Jacobitica, qui peculiarem habent consecrationem, sunt undecim, scil. I Psalter seu Cantor, II Anagnostes seu Lector, III Hypodiaconus seu Subdiaconus, IV Diaconus seu Minister, V Archidiaconus sive princeps ministrorum, VI Presbyter seu Sacerdos, VII Chorepiscopus, VIII Periodevtes seu Visitator, IX Episcopus X Metropolita, XI Patriarcha. Hic igitur, quæ de ordinatione Cantoris, Lectoris, & Hypodiaconi, de œconomo Ecclesiæ, de Diaconis, de ætate ordinandorum, de defectibus ministrorum naturalibus, de horis Canonicis, de matrimonio Sacerdotum & Diaconorum, ut & de Monachis Syris observanda sunt, pluribus traduntur. Absoluta hac de Monophysitis Dissertatione præliminari rem ipsam, præmissis LII Scriptorum Syrorum, quorum mentio in hoc Tomo facta est, Catalogo, Cl. Autor aggreditur, & capitibus XLVIII Scriptores Syros Monophysitas exponit, qui sequenti ordine se invicem excipiunt. Cap. I *Barsumas*, Presbyter & Archimandrita; patria Samofatenus ex vico *Autan*, qui usus ex præcipuis Monophysitarum principis fuit, & damnati Eutychetis patrocinium suscepit. Interfuit Concilio Ephesino II in Concilio vero Chalcedonensi damnatus est. Non confundendus hic Barsumas cum duobus aliis, quorum frequens apud Orientales est memoria: fuit enim præterea Barsumas Nisibenus Metropolita, Nestorianorum apud Assyrios instaurator; nec non Barsumas, Ægyptius Anachoreta, *Nudus* cognomine. Cap. II *Xenajas*, Mabugensis, qui & *Philoxenus*, Episcopus Hierapolis. In id totus incubuit, ut sacram Chalcedonensem Synodum abrogaret, ac Monophysitarum hæresin Henotico Zenonis veluti temperatam verbo scriptisque confirmaret. In exilium tandem ab Imp. Justino seniore pulsus diem obiit. Scripsit Syriace, si quis alius, elegantissime, cujus opera numero 23 a Nostro peculiari Syllabo recensentur, inter quæ *Commentaria in Scripturam S. & Versio quatuor Evangeliorum Syriaca*



*viata* eminent. Cap. III *Paulus*, Episcopus Callinici. Cap. IV *Maras*, Episcopus Amidæ; in exilium pulsus fuit exeunte anno 520 ab Imp. Justino. Scripsit *Commentaria in Evangelia*, ubi & *Historiæ Adulteræ* in Evangelio Johannis c. VIII relatæ (quæ non in omnibus exemplaribus extat) mentionem facit, quæ tamen versio discrepat ab ea, quam edidit Waltonus ex Codice Bibliothecæ Ufferii in Polyglottis, & F. Naironus in Test. N. impresso Romæ typis S. Congreg. de propaganda Fide A. 1703. Cap. V *Johannes*, Telæ Episcopus, qui itidem Justinii Imp. jussu A. 519 in exilium pulsus fuit. Cap. VI *Johannes Baraphtonius*, Abbas Seleuciæ S. Thomæ apud Canfarinum. Cap. VII *Zacharias*, Episcopus Meletinensis in Armenia minore, quem Evagrius *Rhetorem* vocat. Scripsit *Historiam Ecclesiasticam* a Constantini M. imperio usque ad annum Justiniani vigesimum, quæ tres partes continet, *Prima* est Epitome Socratis; *Alter* Theodoretii, *Tertia* opus ipsius Zachariæ a Theodosio juniore usque ad Justinianum, quod Cl. Autor in capita quatuordecim distribuit, eorumque contenta ex Codice Syriaco Vaticano 24 ordine recenset. Cap. VIII *Jacobus Baradaeus*, Episcopus Edessenus, qui Monophysitarum partes acerrime propugnavit, adeo ut eosdem in varias factiones scissos diversaque nomina sortitos, in unam sectam colligere, deque suo nomine *Jacobitas* appellare potuerit. Duplex hujus Jacobi cognomen apud Scriptores legitur; Græci *Zanzalum* vocant, teste Nicephoro, *propter summam tenuitatem*; Syri *Burdajo*, & Arabes *Baradei* appellant, cujus nominis Etymon a voce *Burdaato* & *Bardaa*, quæ *clitellam lacerumque pannum* designat, petendum est; *Amisus enim ei fuit e cætonibus al-Baradai seu dorsualium, quæ jumentis inferni solent*, teste Eutychio Alexandrino. Ex operibus ejus *Homilia Arabica de annunciatione B. M. V. Encomium in Jacobitas, & Catechesis*, tanquam factus spurii, rejiciuntur. Cap. IX *Petrus junior*, Patriarcha Antiochiæ; varias cum variis habuit controversias, quas Autor adducit, simulque ex Severi Antiocheni Epistola quadam profert locum de Evangelio Matthæi cum corpore S. Barnabæ, impetrante Zenone, in Cypro reperto, ex quo apparet, historiam

militis latus Christi adhuc viventis lancea percutientis, quam Chrysoſtomus & Cyrillus Alexandrinus Matthæo tribuunt, in ipſo haudquaquam extare, ſed huiusmodi additamentum a nonnullis vim Evangelio Matthæi palam inferentibus ibidem obtruſum eſſe. Cupusmodi depravatum codicem Chryſoſtomum & Cyrillum ſine dubio habuiſſe dicendum eſt. Cap. X *Moyſes Agbelæus & Simcon Abbas*. Cap. XI *Johannes*, Epifcopus Afiz, cum *Johanne* Rhetore, & *Johanne* Epiphaniensi non confundendus. Scripſit hiftoriam a Theodoſii junioris temporibus uſque ad Juſtinianum Imperatorem. Hæc hiftoria plura continet, quæ ab aliis vel prætermiſſa vel levi manu tractata ſunt. Quare Cl. Autor ex ea ſpecimen quorundam ſub Juſtiniano geſtorum hic exhibet. Cap. XII *Cyriacus*, Epifcopus Amidæ. Cap. XIII *Thomas Heracleenſis*, Epifcopus Germaniciz. Celeberrima eſt *N. T. Verſio*, quam e Græco in Syriacum Thomas hic elaboravit, quamque Syri communiter *Heracleenſem* vocant magnique æſtimant, ac in divinis officiis ea utuntur. Cap. XIV *Elias* Patriarcha Jacobitarum. Scripſit *Apologeticum librum adverſus Leonem, Haranitarum Epifcopum*, in quo rationem reddit, cur Monophyſitarum religionem amplexus ſit. Duodecim abſolvitur capitibus, quorum contenta hic exhibentur. Cap. XV *Johannes*, Epifcopus Baſoreniſis ſeu Boſtrorum in Arabia, ab anno Græcorum 928 ad A. 961 clarus. Edidit *Anaphoram*, quam Renaudotius latine vertit. Cap. XVI *Dionyſius I*, Patriarcha Jacobitarum; ſcripſit *Annales ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem*, nimirum ad annum Græcorum 1086, quorum hic a p. 101 ad 116 compendium ſiſtitur. Cap. XVII *Cyriacus*, Patriarcha Jacobitarum, Dionyſii prædeceſſor; ſcripſit *Epistolam Synodicam, Canones & Liturgiam*. Cap. XVIII *Johannes*, Epifcopus Daræ; ſcripſit *Libr. IV de reſurr. corporum; Libr. II de caeleſti & eccleſiaſtica hierarchia; Libr. IV de Sacerdotio, & Anaphoram*. Cap. XIX *Philoxenus*, Epifcopus Bagdadeniſis; edidit *Tract. de officiis Eccleſiaſticis, & Anaphoram*. Cap. XX *Theodoſius*, Patriarcha Jacobitarum, cujus binæ extant Epistolæ, altera de fide in Trinitatem & Incarnationem ad Michaelem, Patriarcham Alexandrinum; altera ad Gregorium amicum, in qua

quæ Adagia Philosophorum exponit. Cap. XXI *Dionysius II* Patriarcha Jacobitarum; scripsit Synodicam ad Michaelē, Patriarcham Alexandrinum. Cap. XXII *Basilus I* Patriarcha Jacobitarum: scripsit Synodicam ad Cosmam Alexandrinum. Cap. XXIII *Moyſes Bar-Cepha*; varia scripsit, inter quæ notanda in primis *Hexæmeron, de Paradiso, & Expositio V. & N. T.* Cap. XXIV *Dionysius III* Patriarcha Jacobitarum, cujus binæ extant Epistolæ Synodicæ. Cap. XXV *Johannes VII* cognomento *Sarigbta*, Patriarcha Jacobitarum, cujus itidem binæ extant Synodicæ, quarum altera ad *Mennam*, Patriarcham Alexandrinum, quæ disputationem a Johanne nostro Constantinopoli coram Græco Patriarcha habitam complectitur, integra hic exhibetur. Cap. XXVI *Athanasius VI* Patriarcha Jacobitarum, cujus extat Synodica ad Philothem Alexandrinum. Cap. XXVII *Johannes X Bar-Susan*, Patriarcha Jacobitarum; scripsit *Anaphoram* & Tract. de *sale & oleo*, quæ pani Eucharistico a Jacobitis miscentur. Cap. XXVIII *Johannes VIII, Abdon*, Patriarcha Jacobitarum, cujus vita ex Michaelē, episcopo Taneos hic describitur. Cap. XXIX *Dionysius V*, Patriarcha Jacobitarum. Cap. XXX *Johannes XI*, Patriarcha Jacobitarum. Cap. XXXI *Michael I*, cognomento *Magnus*, Jacobitarum Patriarcha; edidit *Anaphoram*, Tract. de *preparatione ad Communionem*, Renaudotio laudatum, nec non *opus de re canonica*. Rituale quoque & Pontificale Syrorum Jacobitarum ab eo ordinatum fuit. Cap. XXXII *Dionysius Bar-Salibi*, Episcopus Amidæ, cujus nomen ante Episcopatum *Jacobus* fuit, quod in *Dionysium* postea commutavit. Scripsit *Commentaria in V. & N. T. & Expositionem in Evangelia*, ubi in singulos Evangelistas luculentas præmittit Præfationes, quas in capita partitur; videlicet in Matthæum capita 45, in Marcum 13, in Lucam 15, in Johannem 10, in quibus de gestis Evangelistarum disserit: quando, qua occasione, & quo sermone Evangelia conscripserint, & quot capita, sectiones, versus, canones, parabolas, miracula & testimonia unumquodque contineat. Ex hac Expositione Cl. Autor quædam excerptit, aliaque ejus scripta recenset. Qua occasione tum Ritus administrandi Sacramentum

Confessionis seu Pœnitentiale Syrorum, p. 171 sq. tum Ritua-  
 le Eucharistiæ p. 176 - 207 luculenter describitur. Cap. XXXIII  
*Jobannes*, Episcopus Melitinæ, qui & *Said Bar-Sabuni*. Cap.  
 XXXIV *Theodorus*, qui & *Jobannes Bar-Vebun*, Michaelis  
 M. Jacobitarum Patriarchæ discipulus, magnam nomini suo  
 infamiam ex schismate adversus præceptorem suum compara-  
 vit. Conspiratione enim quorundam Episcoporum A. 1180  
 adversus Michaelem M. facta in Patriarcham electus, sed co-  
 acta a Michaele in cœnobio Barsumæ Synodo rursus depositus &  
 in monasterium detrusus fuit, ex quo tamen fuga elapsus in Da-  
 mascum urbem secessit, tandemque ope Patriarchæ Armenorum  
 additaque Regis ejus gentis autoritate, in Patriarcham per to-  
 tam Ciliciam, frendente licet Michaele, proclamatus est, at-  
 que ita Jacobitis in ea Orientis parte præfuit usque ad A. Græ-  
 corum 1503, Christi 1192, quo obiit. Scripsit Tract. *de Elucida-  
 tione Missæ Syriacæ, & Anaphoram*. Cap. XXXV (ab hoc ca-  
 pite usque ad c. 42 numeri sunt vitiosi) *Jobannes*, Mardæ, Da-  
 rz, Haran, Chaboræ & Nisibis Episcopus, cujus gesta stylo A-  
 nonymi ejusdam hic enarrantur. Cap. XXXVI *Michael II* seu  
*Junior*, Patriarcha Jacobitarum. Cap. XXXVII *Jobannes XIV*,  
 qui & *Josue*, adversus Michaelem Juniorem in Patriarcham Ja-  
 cobitarum a tribus Episcopis A. Chr. 1208 electus fuit. Obiter  
 hic notamus judicium, quod Cl. Autor noster de Cel. Renaudotio,  
 quem sæpe allegat subindeque castigat, p. 236 his profert  
 verbis: *Nimirum solenne est Renaudotio, quod ipse minime le-  
 git aut notavit, id nullibi locorum extare & ex omnium memo-  
 ria excidisse præsidenter affirmare*. Cap. XXXVIII *Jacobus*,  
 Episcopus Tagritensis; scripsit opus theologicum, quod *Liber  
 Thesaurorum* inscribitur, & partibus constat quatuor, quorum  
 contenta hic recensentur. Edidit quoque *Expositionem divino-  
 rum officiorum & Symbolum fidei*. Cap. XXXIX *Jobannes XV  
 Bar-Maadani*, ex Episcopo Mardæ & Primate Orientis Jaco-  
 bitarum Patriarcha factus est. Scripsit *Anaphoram, Carmina  
 de Anima & de perfectione*, nec non *Homilias XVIII* Arabico  
 sermone, sed literis Syriacis A. Græcorum 1816, Christi 1505  
 exaratas a Noe Bacuphensi, qui postea Jacobitis Patriarcha præ-  
 fuit.

fuit. Cap. XL *David Pauli & Daniel Chettab*, Scriptores incertæ ætatis. Davidis Pauli extat *Dialogus de Hymno Trisagio Jacobitam inter & Melchitam*; Danielis vero habetur *Carmen quoddam doctum*, nec non *Liber de fundamentis fidei, & de consolatione cordium fidelium*, in capita 14 divisus, quorum summa hic exhibetur. Cap. XLI *Gregorius Bar-Hebræus*, qui & *Abulpharagius*, Primas Orientis, Scriptorum Jacobitarum facile princeps, patria Melitinenfis, patre Aaron, Medico A. Græcor. 1537, Christi 1226 natus est, ex quo *Bar-Hebræi*, h. e. Hebræi filii cognomentum traxit. A puero Græcæ, Syriacæ & Arabicæ linguis strenuam dedit operam; mox Philolophiæ & Theologiæ cursu emenso, medicinam sub patre aliisque, quos ipse in libris suis laudat, Medicis coluit; quibus in studiis quantum excelluerit, scripta ejus declarant. A. Chr. 1243 invadentibus in Armenia Tartaris Melitina abcedere cum parentibus cogitavit. Anno sequenti Antiochiam venit, prope quam in specu quodam anachoreticam vitam egit. Hinc Tripolim, Phœniciaæ urbem, petiit, ubi ab Ignatio, Sabæ Patriarcha, anno ætatis vigesimo episcopus Gubæ ordinatus fuit. Subsequenti anno idem Ignatius Patriarcha ab Ecclesia Gubæ ad Lacabenam Abulpharagium transtulit. In schismate, quod post obitum Ignatii Patriarchæ, ob Dionysii Angur & Johannis Bar-Maadani ambitum, ab A. Chr. 1252 eam lectam afflixit, Noster Dionysii partes sequutus ab eodem ad Episcopatum Alepensem promotus est. Dionysio vero A. 1261 & Johanne A. 1264 sublati, ab Ignatio seu Josue Patriarcha, cui eodem anno omnes Episcopi suffragium dederant, ex Alepensi Ecclesia ad Maphriani, h. e. Primatis Orientis dignitatem evectus, eandem usque ad A. 1286 tenuit. In hoc Primatu quæ gesserit Abulpharagius, ipse in P. 3 Chronici sui Syriaci descripsit, apud Nostrium a p. 247 ad 263 pluribus legenda. Quæ vero ad ejusdem obitum & scripta spectant, frater & in Archiepiscopatu successor ejus, *Barsuma*, adjecit, p. 264-274 exposita. Ab Autore tamea nostro opera Abulpharagii ex professo p. 275 sqq. recensentur, & quæ ad unius cujusque scripti exactam notitiam faciunt, curate exponuntur. Eminent præ reliquis *Horreum*

14 ACTA ERUDITORUM

*mysteriorum, seu Commentaria in Scripturam sacram, ubi Theologum, Grammaticum & Criticum agit Abulpharagius. Chronicon Arabicum seu Historia Dynastiaram, quæ ab Adamo ad Bar-hebræi ætatem, h. e. ad A. Græcorum 1587, Christi 1276 perducitur, & ab Eduardo Pocockio in lucem edita est Arab. & Lat. Oxon. 1663. Quod vero Pocockius in Præfat. ad Lectorem affirmat, Bar-hebræum cum Abulpharagio Abdalla Ebn-attibo unum eundemque esse, id Bar-hebræi ipsius autoritate refellitur, quippe qui in Chronico Syriaco P. II. 112 obitum & scripta Benattibi Abulpharagii refert. Chronicon Syriacum, a mundo condito ad suam usque ætatem perductum, & in partes tres divisum, de quo Noster ita judicat: opus luce dignum, & omnium, quæ Bar-hebræus edidit, doctissimum æque ac utilissimum, præsertim si de secunda & tertia parte sermo sit, quibus Ecclesiastica Syrorum Nestorianorum & Jacobitarum historia, Græcis Latinisque prorsus ignota, mirifice illustratur. Sed & prior pars, quam idem Autor Arabice postea publicavit, & Pocockius Latine interpretatus est, longe plura continet, quam historia Dynastiaram, sive facta Arabum & Mogulensium spectes, sive res Christianorum in Thracia, in Syria, in Mesopotamia, & in Perside. Varia deinde ex Chronico hoc specimina profert, quæ tum ecclesiasticæ tum literariæ historiæ lucem afferre possunt, ut sunt v. g. Epocha Seleucidarum seu Græcorum, anni ab orbe condito ad passionem Domini; Epocha Hegiræ, varii Autores, quorum opera in Chronico hoc laudantur, Regni Persici initium, Nazaræorum in Phœnicia, sectæ hominum ex Mahomedana perfidia profluentium, origo & historia, &c. Demum ex Chronico laudato exhibet Epitomen historiæ Syrorum Jacobitarum & Nestorianorum, & quidem in gratiam historiæ Ecclesiasticæ studioforum, ne Renaudotii, viri cæteroquin Orientalibus literis non mediocriter instructi, observationibus inducantur, ut credant, res in Syria, Mesopotamia, Chaldæa & Perside a Christianis illis gestas nullis literarum monumentis commendatas fuisse, paucos inter Jacobitas Antiochenos aliqua doctrinæ laude floruisse, deque illorum rebus vix quicquam occurrere, adeo, ut*

suc.

successio Patriarcharum ex certis monumentis designari nulla  
 possit. Hinc igitur Cap. XLII a p. 321-386 ordine adducun-  
 tur Syrorum, tota Jacobitarum, tum Nestorianorum, Patriar-  
 chæ, & qui sub singulis floruerunt Scriptores, ut inde appare-  
 at, quam falsum præceptum Renaudotii sit iudicium. Hos ex-  
 cipiunt p. 387-413 Patriarchæ & Primatei seu Maphriani  
 Orientis, ex Chronico Bar-hebræi, cui aliorum quoque Cata-  
 logi subiunguntur, ex quibus lux eidem affulgere potest.  
 Quumque a temporibus Jacobi Baradæi duo cœperint esse in  
 Oriente Primatei, alter Nestorianorum, Monophysitarum al-  
 ter, hinc p. 414-463 speciatim Maphriani seu Primatei Jaco-  
 bitarum, intermixta tamen Nestorianorum Primatum Catalo-  
 gi continuatione, ex Bar-hebræo aliisque recensentur. Cap.  
 XLIII *Dioscorus*, Episcopus Insulæ Cardoæ; *Bar-Kaineus*, Ja-  
 cobitarum Maphrianus; *Severus*, Episcopus Canfarini; &  
*Johannes Saba*, Episcopus cœnobii S. Matthæi. Cap. XLIV  
*Daniel*, Presbyter, Bar-hebræo æqualis, Autor *Nomocanonis*  
 Ecclesiæ Jacobiticæ. Cap. XLV *Ignatius*, qui & *Joseph Bar-*  
*Vabib*, Patriarcha Jacobitarum; scripsit *Anaphoram* & *Expo-*  
*sitionem Missæ*. Cap. XLVI *Ignatius Behenam*, Patriarcha Ja-  
 cobitarum; scripsit *diversa Carmina*. Cap. XLVII *Johannes*,  
 qui & *Ananias Xenajas*, Patriarcha Jacobitarum. Cap. XLVIII  
*Næ*, Patriarcha Jacobitarum; scripsit *Carmina LXVIII Syriaca*;  
*Tres Orationes Arabice*, nimirum *Catechesin* seu Tract, de fide  
 Jacobitarum; *Encomium in Jacobitas*, quod Sermo de fide Sy-  
 rorum inscribitur; & *Homiliam de annunciatione B. Virginis*;  
*Breviarium Chronici*. Posthæc subjicit Cl. Autor p. 473 seqq.  
*Addenda & Corrigenda*, nec non p. 479 *Catalogum Patriar-*  
*charum Syro-Jacobitarum* usque ad an. 1721, ut & p. 482 sequ.  
*Catalogum Primatum*, seu *Maphrianorum Jacobitarum*;  
 Quæ p. 487 sq. excipit *Index Codicum MSS.*, quos Clemens  
 XI P. M. Bibliothecæ Vaticanæ addixit, una cum iis, quos In-  
 nocentius XIII P. M. in eandem Bibliothecam inferri iussit.  
 Tandemque *Index Rerum*, finem huic Tomo imponit. Ex  
 Notis, quæ & hic passim a Cl. Autore insperguntur, sequentia  
 observamus. P. 14 ubi locum ex Evagrii H. E. L. 3 c. 31 addu-  
 cit.

cit, pro *Dioscorum*, quod in omnibus Evagrii editionibus extat, legendum putat *Diodorum*, quum ibi de Nestorianis Episcopis, non de Eutychianis agatur, nec Dioscoro Xenajas aut seniori, aut juniori anatheina unquam dixisse perhibeatur. Sic quoque eodem loco pro *Eleutherium* legit *Eutherium*, qui fuit Tyanorum in Cappadocia secunda Metropolita, Nestorii familiaris & pertinacissimus S. Cyrilli hostis. P. 255 observat, Episcopos ac Presbyteros a Nestoriano Chaldæorum Patriarcha in vastissimas Indiarum Sinarumque regiones, disseminandi Evangelii causa, jam ab octavo Christi seculo ablegatos fuisse. P. 323 seq. ex Dionysio Bar-Salibæo Catalogum Patriarcharum Antiochenorum exhibet, eumque ad nostram ætatem continuat; Sunt illi a *Petro Apostolo* usque ad hodiernum *Isaacum* numero 131. P. 327 *Tribeitarum* originem non ad *Jobannem Philoponum*, ut communiter Græci Latinique faciunt, sed ad *Jobannem* alterum, cognomento *Ascarnagum*, referendam esse, ex Bar-hebræi Chronico Syriaco evincit. P. 335 ex eodem Bar-hebræo gesta & obitum *Jacobi Edesseni* describit, indeque in priori hujus Bibliothecæ Tomo, quædam ad hunc Jacobum spectantia emendat. P. 393 de Abgari ad Christum & Christi ad Abgarum epistola ex Amri Historia Arabica Patriarcharum Chaldæorum & Nestorianorum testimonium allegat, quo sine dubio stabiliri posse putat ea, quæ jam priori Tomo hanc in rem protulerat.

*THESAURUS ANTIQUITATUM ET HISTORiarum Italiae, Patavium, Forojulium & Istriam continens, cum Præfatione PETRI BURMANNI.*

*Tomus VI Pars I & II.*

Lugd. Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1722, fol.

Alph. 19 plag. ær. 35.

**Q**uod olim promiserat, & nunc iterum repetit, se nullis sumptibus, tempori aut operæ parciturum, ut Italicarum Antiquitatum & Historiarum Thesaurus quam locupletissimus prodeat, hoc reapse præstat honestissimus & solertissimus Bibliopola



liopola *Petrus van der Au*, cujus beneficio nunc Tomos VI & VII versamus manibus, tam egregios, tam bonæ frugis commentationibus refertos, ut Viri docti de reliqua maximi Operis parte bene omnino sperare debeant. Tantum enim abest, ut spem de eo factam non adimpleat, ut etiam superet potius & excodat, cum non modo omnia illa scripta, quorum in præfatione Tomi IV fecerat mentionem, paucis visa, paucissimis lecta, & si in his oris inveniebantur, infano pretio comparanda, ordine exhibeat, sed addat & inferat longe plura a perillustribus Italiæ Viris interea temporis missa & commendata, quibus majorem dignitatem atque majus decus Thesauri universo conciliari facile intelligunt, qui seriem Scriptorum utriusque huic Tomo præfixam intueri, & in super receptos Autores stellula insignitos animum advertere volent. Nos nunc de Tomo VI dicturi sumus, facturi officium, effecturique apud eos, qui nostra hæc legere non dedignantur, ut ne, quod in Thesauris fere usu venire solet, ignoti sit nulla cupido.

Qui librorum pretia habent in numerato, sciunt, quam difficulter, & quanta pecunia soleant redimi Scriptores a Felice Osio Professore Patavino collecti; qui vero eosdem etiam intus & in cute norunt, pro certo habent, carere non posse istis Historiarum rerumque insunte Seculi XIV in Italia Germanique gestarum studiosum, quos adeo omnes multorum bono in Tomi hujus VI, Parte I & II laudatus Bibliopola restituit. Sunt illi:

1) *Rolandinus*, Grammaticus Patavinus, Seculi XIII, qui *Chronica seu memoriali temporum de factis in Marchia & prope ad Marchiam Tarvisinam* conscripsit, res sui seculi ad annum usque LXIII, & Ecelinorum Præfectorum Imperialium, quam vocat, Tyrannidem Libros XII complexus.

2) *Monachus Paduanus*, ejusdem ætatis, qui res in Insubribus & Euganeis, h. e. Lombardia & vicina Marchia Tarvisina imperante maxime Friderico II gestas ad A. MCCLXX Libris III descripsit.

3) *Gerardus de Maurixio seu Maurifus*, Civis & Judex Vicentinus, qui *Historiam Dominorum de Romano & Marchia*

*Tarvisinae* ab A. MCLXXXIII ad A. MCCXL condidit ex Ofio longe locupletius, quam a Leibnitio in Scriptoribus Brunsvicensibus factum fuerat, hic repetitam.

4) *Antonius Godus*, Nobilis Vicentinus, cujus *Chronica* ab A. MCXCIV ad A. M CCLX beneficio Ofii exstant, junctis *Nicolai Smeregi* Notarii Vicentini de Burgo Bericæ, *Chronico*, *Anonymi Vita Ricciardi S. Bonifacii Comitis*, & *Laurentii de Monacis*, Veneti Senatus a Secretis & Cretensis Regni magni Cancellarii, *Ezerino tertio*.

5) *Corrucci* duo *Guilielmus & Albrigetus*, ex illustri familia Patavina, quorum *Historia de Novitatibus Paduæ & Lombardie* ab A. M CCLVI ad A. M CCC LXIV hic legitur insigni supplemento ornata, quod ex MSto Codice Comitis Pii de Comitibus, Patricii Veneti, depromtum Bibliopola noster comitati Petri Catharini Zeni, Clerici Regularis de Somascha, acceptum fert. Hos Scriptores Pars prima continet.

Partem II occupant *Opera Albertini Mussati*, Historiographi Patavini & Poetæ Laureati, inter quæ facile eminent *Historie Augustæ de rebus gestis Henrici VII Cesaris* Libri XVI, *de gestis Italicorum post Henricum VII* Libri XII & *Ludovicus Bavarus ad filium*, Felicis Ofii, Nicolai Villani & Laurentii Pignorii, doctissimorum Virorum, Castigationibus, Collationibus & Notis additis; reliqua enim *Poemata* sunt, non spernenda ingenii monumenta. Scriptor est non barbarus, locuples, fide dignus & quo in istius temporis historia non sine maximo dispendio careremus.

Parte tertia occurrit 1) *Petri Pauli Vergerii*, Justinopolitani, Jcti, Philosophi & Oratoris celeberrimi, *de Carrariensium Familia & de illustrium ejus Principum rebus magnifice gestis*. *Historia*, scripta magna fide & dictione eleganti, & quod pretium ejus auget, *nunc primum* ex MStis Codicibus in lucem publicam edita.

2) *Bernardini Scardeonii*, Canonici Patavini, *Historie de urbis Patavii antiquitate & claris civibus Patavinis* Libri tres, cum ejusdem *appendice de sepulcris insignibus Exterorum Patavii jacentium*, Basileæ 1560 impressi, sed nunc iterum ex exemplo,

MENSIS JANUARIJ A. MDCCXXIII. 19

plo, quod a Petro Scriverio perlectum ac recognitum fuit atque hinc inde ab ipso sua manu correctum, editi, collatis simul variantibus Marmorum lectionibus ex Ursati monumentis Patavinis, indicatisque accuratius & pressius Auctorum a Scardeonio citatorum locis.

3) *Laurentii Pignorii*, Patavini, Canonici Tarvisini, *origines Patavinae & Antenor*, una cum ejusdem Pignorii Animadversionibus, quae omnia hic Latine & doctis notis aucta legimus, opera Sigeberti Havercampi, Clarissimi Professoris Lugduno-Batavi, adjecta ejusdem *Pignorii Epistola super antiquissimam Picturam, quae Romae visitur de Ritu Nuptiarum, Jac. Phil. Thomastini Vita, Bibliotheca, & Museo Laur. Pignorii, & Octavii Ferrarii Oratione de laudibus urbis Patavii.*

In quarta operis Parte collocata sunt: 1) *Antonii Riccoboni*, Rhodigini, Publ. Orat. Profess. Patavini, *de Gymnasio Patavino Commentariorum Libri VI*, quibus antiquissima ejus origo, & multa praecleara ad Patavium pertinentia, doctoresque clariores usque ad A. 1571 recensentur.

2) *Henrici Palladii*, Patricii Utinensis, Medici & Philosophi celeberrimi, Varii Academici Suentati, *Rerum Forojulienensium* ab orbe condito usque ad Annum redemptoris Domini nostri CCCCLII *Libri XI*, nec non *de oppugnatione Gradiscana Libri quinque*, egregia eruditionis laude conscripti, sed ex quibus tamen colligere est, in antiquioribus rebus saepius monumenta infida esse secutum, & nescio quo Germanicae gentis odio, sane inficeto, laborasse.

3) *Basilii Zancaroli*, Cydonii, Francisci Filii, e Colonia Cretenfi, Regni que Insulae Cretae Feudatarii atque in insigni F. Jul. civitatis Basilica Collegiata Canonici, *Antiquitatum Civitatis Fori Julii Libri IV*, nunc ex inquinatissima veteri editione multo praestantius editi, quorum primo ex multis monumentis ubivis non obviis probare nititur, Forum Julii esse locum, quem incolae *Ciudad de Friuli* appellant, secundo varia urbis fata, miserisque Gothorum tempore ruinas, Attilaeque furorem persequitur, duobus postremis Forojulienfes Duces a Gifulpho I ad Henricum, Caroli M. aetate Forojulio praefectum, ordine exponit,

4) *Joannis Candidi*, Jcti, *Commentariorum Aquilejensium Libri VIII*, quorum autor nulli reliquorum eruditione aut styli elegantia secundus ab ultimis temporibus orditur historiam suam, & in induciis quinquennialibus, A. MD XVII hor-  
tatu Leonis X iudictis, desinit.

5) *Phil. a Turre*, Forojulienfis, Episcopi Adriæ, *Dissertationes de Beveno & aliis quibusdam Aquilejensium Diis*, ac de Colonia Forojulienfi, additis *Fragmentis Inscriptionis Fratrum Arvalium recens in agro Romano effossis ut & pluribus Inscriptionibus Aquilejensibus, aliisque in variis Provinciæ Forojulienfis Locis extantibus.*

6) *Joannes Baptista Goynei*, Pyrrhanensis, de *Situ Istriae* libellus, cum præfatione & emendationibus Jusli Fontanini, nunc primum, ut videtur, aut saltem ex Apographo editus.

6) *Marci Antonii Sabellici de vetustate Aquilejæ & Forojulii Libri VI*, ut & ejusdem Carmen: *Vicentinus Crater*, in quo continetur brevis urbis agrique Vicentini descriptio.

8) *Pauli Pincii de Timavo flumine pro vetustorum opinione dissertatio, nec non Jovitæ Rapitii Balnearum, quæ ad Timavi ostia sunt, descriptio.*

8) *Joannis Pierii Valeriani*, Bellunenfis, *Antiquitatum Bellunensium Sermones IV.*

10) *Antonii Deville*, Equitis Galli, *Portus & Urbis Polæ Antiquitatum, ut & Thynnorum Piscationis descriptio curiosa.*

Vix est, ut iterum moneamus, errores ubique studiose esse sublatos, paginas priorum editionum in margine annotatas, Indices, etiam ubi antea deerant, ubique subnexos, figuras, cum eas, quæ in libris hic restitutis jam conspiciebantur, tum alias ad majorem operis ornatum facientes & aliunde accessitas, nitide esse expressas, cum solertissimi Bibliopolæ cura & in talibus diligentia jam satis nota sit. Pene oblivioni dedissemus *Præfationem Cl. Burmanni*, quæ frontem etiam hujus Tomi VI exornat, ab iis, qui de scriptoribus infertis doctissimi Viri sententiam intelligere volunt, minime negligenda, in qua etiam variz castigaciones, & de dubiis locis rebus.

busque conjecturæ apparent. Ita p. 2 annotat Geomantiæ speciem, & vestitum singularem eorum, qui ad supplicium ducebantur istis temporibus, *nigram cappam* ex Rolandino, p. 3 contra Schurtzfleischium disputat ex Monacho Paduano, p. 5 Guil. Cortusii stylum contra Vergerium defendit, p. 6 de Vergerii oratione judicat, & probabili ratione contendit, Guilielmum, dictum Analdum, Comitem Avoniæ, cujus Vergerius meminit, cum Analdi nomen patrii annales ignorent, ex Gallico *Guillaume d' Hainauld*, quod idem est, ac si Latine diceret Guilielmum Anonium, esse confictum. Sed rogandus potius est Lector, ut, si iis capitur, ipsum Tomum VI respiciat; VII autem notitiam proxime a nobis expectet.

*CASSIODORI SENATORIS COMPLEXIONES in Epistolas & Acta Apostolorum & Apocalypsin; e vetustissimis Canonorum Veronensium membranis nunc primum eruit SCIPIO MAFFEJUS.*

Florentiæ, e typogr. Josephi Manni, 1721, 8.

Alph. I.

**N**ON minima huc usque fuit penes eruditos existimatio Magni Aurelii Cassiodori, Senatoris, maximorum Regum amici, Viri, Ingenio, literis, religione, justitia summi, cujus non solum, quæ exstant, opera, eruditis accensa fuere monumentis, sed ipsa etiam vivendi ratio tam admiranda fuit, ut eam nostra ætate Vir Cl. F. de Sainte-Marthe Parisiis MDCXCV quatuor libris magna diligentia orbi spectandam exhiberet. Cui e nostris accensimus *Johannem Casparum Siberum*, Presbyterum Monasterii quondam Grünhaynenfis, qui Scriptura XIV schedis constante Perillustrem Virum, Gotthelf Fridericum de Schönberg, Sacri Consistorii Præsidem, & Cassiodorum inter se contulit, & multa ad vitam Senatoris pertinentia satis accurate notavit A. 1708, Dresdæ. Unde omnino gratum esse debet, si quæ alia hujus viri monumenta eruantur, quæ licet non tantam auri massam in se contineant, quantam extantia jamjam præbent,

præbent, nihilominus tamen jucundum erit, vel scintillulas quasdam in iisdem reperiri. Debetur autem illa laus Cl. Viro, *Scipioni Maffejo, Veronensi*, qui ista Cassiodori lipsana, sive ut ipse vocat, Complexiones, primum invenit, aspectuque Serenissimi Principis *Joannis Gastonis, Magni Hetruriae Principis*, digna habuit, eidemque dedicavit, addita curata præfatione, e qua nonnulla more nostro delibabimus.

Refert Cl. Vir, qua occasione ante octennium & has Cassiodori & alias membranas, diu pro deperditis habitas, invenerit; nempe sibi ait sermonem fuisse cum quibusdam amicis de itinerariis Italix plane imperfectis; ideo, quod peregrinatores brevi spatio in urbe aliqua commorantes, ea plerumque conficiant, unde multa prætermitti necesse sit. Id quod ipsi urbi Veronæ contigerit, in cujus Commentariis nemo unus cimeliorum Comitum Bevilanorum, quæ tamen præstantissima sint, fecerit mentionem. Inde sibi nobiles quosdam juvenes instituisse, ut vel in Veronæ gratiam perfectius aliquod moliretur opus: quibus cum assensum præbuisset, mentionem fuisse factam librorum Capitularium, qui in Bibliotheca Canonica Ecclesiæ primariæ asservari tradebantur. Hinc se *Carolus Carinellium* rogasse, ut arcas, serinia, forulos scrutaretur omnes, si qua forte rari aliquid reperiri posset.

P. præf.  
XIV.

Hunc post paucos dies lætum ac hilarem rediisse & aliquid a se repertum Maffejo dixisse; mox sese in obscurum cubiculum abductum, & postquam armarium excelsum ascendisset, in eo reperisse libros antiquo Gothico, Saxonico, Longobardico caractere scriptos, quin & codicem, quem Theodorus Ecclesiæ Veronensis lector Agapeto V. C. Conf. A 517 exaraverat: ceterum fatetur, plurimos esse mutilos, acephalos, semesos, laceros, & reliquias potius quam libros. Duas autem esse illorum librorum classes, quarum una rubro numero signata, altera nigro. Harum priorem a Pacifico Archidiacono nono seculo fluxisse, quippe qui, Panvinio teste, bibliothecam condidit, regnante Domino nostro Iothario Imperatore. Ejus Epitaphium, quod ipse sibi scripsit; quoque se & *Pacificum* & *Salomonem* & *Irenaum* vocat, cum a Panvinio & Ughello mutilum

tilum exhibeatur, Maffejus integrum protulit. Præf. p. XX. Inter hos libros pergit Maffejus, paucos quidem esse anecdotos, at tamen, qui ad sint, luce dignissimos; dilatam vero a se eorum publicationem, ob difficultatem temporum, collationum penuriam, atque tædium, tum marsupii defatigationem. Maxime vero, quod in alio opere nempe Bibliotheca Veronensi manuscripta versetur: magnam enim esse librorum MStorum apud Veronenses copiam, ut una Saibantiana 1200 numeret. Tum sese occupatum esse ait in disceptatione de antiqua Latinorum scriptura, cui illustrandæ selecta monumenta Veronensia sit additurus, cum aliis, quæ ad artem Criticam diplomaticam pertinent. Alteram dilationis causam ex semet ipso sibi natam fatetur, nempe sibi tum, cum libros illos reperiret, tantum ingenii apparatus non affuisse, ut interiores Ecclesiasticas literas tractare potuisset: Critices nomen a se ignoratum, unde, præeunte Abbate Bachinio, Biblia, Concilia, Patres perlectos, revocato animo ab iis, quibus hæctenus insueverat studiis. Inter illa impedimenta refert certamina, quæ de gravissimis rebus sibi cum Christophoro Pfaffio V. C. certanda fuerint, tum quod abreptus fuerit ad Parergon Bibliothecæ Veronensis MStæ, ex inscriptionibus agri Veronensis annexendum, quo labore diutissime detentus fuerit. Tandem vero se ad illa anecdota rediisse, & ad hunc præcipue Cassiodori factum, hocque amicorum suasionibus dedisse, quorum potius quam propriæ voluntati morem gerere maluerit. Inde vero p. XXXVI de Complexionibus & Codice præfatur, quod ipse Cassiodorus earundem meminisset, eaque propter Jo. Alb. Fabricium V. Cl. erroris in memorie tici arguit, quod in Bibliographia Lat. locum certum, quo Cassiodorus has Complexiones memoraverat, non indicavit. Danielem Mollerum quoque deceptum putat, qui Complexiones Apocalypticas cum Wilhelmo Crovæo jam editas esse existimavit. Stylum ac dictionem Seculo illi convenientem excusat, nec sancto & erudito Viro dedecorum censet, cum multa præclara & pietatem & mores promotura contineat. Notari vult, Cassiodorum non Hieronymi sed antiquiore versione usum esse, unde a se vulgæ

tam lectionem oræ adjectam: ista autem antiquæ versionis fragmenta tanto carius esse habenda, quanto diligentius Cassiodorum in antiquis codicibus versatum esse constet. Observat præterea, in his Complexionibus novam & peculiarem sectionem capitum reperiri, pro veterum libertate, quam apud Euthalium Sulcentem, a Zagagnio editum, videre licet; nec id prætereundem putat, quod in his Complexionibus nobilis ille versiculus S. S. Trinitatis testis I Joh. V extet, unde, cum Cassiodorus præcis codicibus usus fuerit, plane constet, in antiquissimis Codd. versiculum illum extitisse. Ceterum has Complexiones ipsius Cassiodori ætate describas putat, idque ex scripturæ characteribus colligit, quorum typum exhibet p. XLV. Tandem monet, se contra receptam consuetudinem Cassiodorum *Cassiodorium* juxta codicis sui leges scripsisse, & jure quidem, quum Romani gentilitia nomina in IUS flexerint, cum autem Cassiodorum gens ex Aurelia fluxerit, quæ deinde in varias stirpes distracta, & Cassiodorius gentilitii nominis rationem obtinuisse putat. Ceterum summa se fide usum profiteretur, adeo, ut & scriptiones quædam, quæ melius adornari poterint, nihilominus tamen ob inviolatam fidem ita fuerint servatæ, sicut in membranis legebantur.

*HENRICI BRENCMANNI, JC. ET ACADEMICI Florentini, Historia Pandectarum, seu fatum Exemplaris Florentini. Accedit gemina Dissertatio de Amalphi.*

Trajecti ad Rhenum, apud Guil. van de Water, 1722, 4. Alph. 3.

**M**agni operis Pandectarum, cujus spem nobis ab anno Seculi hujus decimo fecerat Diarium Venetum, in *Act.* 1710 p. 458, Prodromus nunc & velut introductio, quatuor libris constans, præmittitur. Libro primo historiam exemplaris Florentini recenset eruditissimus & diligentia inimitabilis Jctus, Brenemannus, cum externis illius dotibus. Secundo interiora sequuntur. Tertius disquisitionem de autoritate ejusdem tractat,



stat, & quæ accedunt. Quartus ostendit, quid alii in hoc MSC. præliterint, tum vero quantam messem a Nostro post aliorum spicilegium, queamus mutato satorum ordine expectare. *Pauca enim*, inquit p 89, *absolvenda restant*. Ex singulis nunc pauca. Facile apparet, exemplar hoc Florentinum neque ipsius Justiniani fuisse, neque illius ætate, sed post mortem, & seculo sexto jam ad finem vergente, in urbe Constantinopoli a librariis Græcis, uno pluribus, per pensa conscriptum. Græca enim hic ubivis emendatiora Latinis. De quo authentico illi descriperint, non constat: videtur autem de pluribus simul exemplaribus id factum, quæ singulis librariis in tanta tunc illorum copia tradebantur. Hinc culpa librariorum mendosior in quibusdam locis hic codex, an quia etiam alteri præ altero exemplar deterius obtigerat. Quinque emendationes, quæ in eodem occurrunt, non omnes sint ejusdem manus, instituta fuit pridem collatio diverso tempore & ad diversa exemplaria. Quædam enim correctio prorsus cœva videtur, alia paulo recentior. Fuit autem Codex Noster viri alicujus in Græcia locupletis, & in dignitate constituti, forte etiam in ipsa aula magnatis & magistratus, quod ex decore ipsius libri colligitur. Cujuseunque vero tandem fuerit, privati usus, non publici fuit. Quumque Analphitana civitas in Apulia semper haberit homines eruditos & qui præsertim Jurisprudentiæ studio inclauerint, atque veteres Jctos Romanos æmularentur, floruerit autem seculo maxime undecimo, forte aliquem ex præcipua nobilium familia studiorum aut peregrinationis ergo Byzantii versantem, in hoc tam insigne exemplar ibidem incidisse; idque seu prece seu pretio haud exiguo sibi acquisitum in patriam reportasse. Ibi quum annos vix centum esset custoditum, Pisani bello publico inter Lotharium II Imperatorem & Rogerium, Siciliæ Regem, ex fœdere cum Lothario irretiti, Analphim anno MCXXXV improvise occupant, & codicem nostrum in publica illa direptione cum reliqua præda, ipsis Pisanis, multoque magis Lothario insciis, asportant Pisas. Miles enim in cistula hac occlusa argentum aliave pretiosa inesse putans, subita compilatione moram inquirendi non ferente, eam

ex domo nobilis alicujus aut magistratus ad naves Pifanas defert: divina providentia ita tunc exemplar hoc tuente ac tegente, quod factum rectumque esse decreverat. Concurrentibus deinde eruditis Pifanis, quales ea secula dabant, ad visendam hanc prædam, cito codex noster vicinis per rumorem innotuit ac divulgatus est: nam & intra paucos tunc annos in Academia Bononiensi studium Juris Romani cœpit edoceri. Nec tanti fecissent Bononienses alias istud Volumen, nisi semper usus adhuc aliquis Juris Romani in foris Italiæ remansisset. Itaque descriptum illud est paulo post, & cum Bononiensibus communicatum. Apud ipsos autem Pifanos integro seculo frigebat, utpote qui a judicio & autoritate D. Bernhaldi, parum amanti Jus Romanorum, tunc penderent. Diem tamen suum obiit Bernhardus medio pene Seculo XII, neque loca ex libris ejus *de consideratione* allata nobis statim occurrunt. Academia autem Pifana condita fuit Seculo XIV demum adulto, ideoque negligentius interim habitus hic codex, dum nimium liberales essent in concedenda cuivis promiscua & inobservata ejus tractatione. Remansit tamen ibi usque ad annum MCCC VI vel XI quo Florentini Pifanam rempublicam subegerunt, & librum hunc ceu publicum victoriæ symbolum sibi vindicarunt. Fuit ergo Pifis ultra duo secula, & per annos CCLXX, sed nemo ibi, qui tanto tempore aliquid memorabile ad ejus illustrationem conferret. Florentiæ contra accuratiore cura inspectus ab eruditis, a quibusdam etiam collatus. & post decennem laborem tandem editus est a Lælio Taurello MDLIII. Destinaverant autem facta, universas curas a Taurello editioni istius impensas denuo sub incudem revocare, ejusque negotii occasio suppeditata Brenemannino inopinanti a Philippo Reinhardo Vitriario, intercedente autem M. Britannicæ Legato ad aulam Florentinam Henrico Newton, atque apud hunc interpellante Jo. Clerico, gratiam ei fecit tractandi duo ista volumina clementissime Magnus Dux Hetruriæ. Præsto fuit quoque laboris dux & socius Antonius Maria Salvini, nobilis Florentinus, & Linguae Græcæ in patriæ Athenæo Professor, quique etiam Jurisprudentiæ antehac navaverat operam. Hic igitur cum Brenemannino XIV menses

continuos in novam hanc collationem MSC. Florentini impendit. Deinde alii X menses maximam partem in excerptis Basilicis insumpti sunt. Romæ etiam X mensibus Bibliothecarum, quæ ibi sunt, maximarum codices alii, qui huc faciunt, excusli, ceteraque Italia & Gallia etiam cum Venetis, Augusta-que Taurinorum, ubicunque thesauri Juris Romani laterent, perlustrata, tandemque peregrinatio hæc quadriennio finita fuit. Fructum ejus uberrimum sentient per omnem orbem eruditi Jcti, videbuntque, alios simulasse, se multum habere e Pandectis Florentinis, quæ non habebant; alios dissimulasse, quæ inde didicerant. Occurrit hic clausula, quæ in Ludovici Russardi editionem 1561 irrepsit, quamque ferre haud potuit Brenemannus: *accesit his, ut quod his notis || || inclusum reperies, hoc in toto juris corpore illud ipsum nunc primum additum esse recognoscas, neque in Pandectis Florentinis aut aliis hactenus legebatur.* Utique enim etiam ista adesse in Florentinis, abesse autem a Norica, & quæ eam editiones referant. Forte clausula isthæc ne fuit quidem Russardi. Neque is scriberet, *hoc in toto juris corpore illud ipsum.* Tum vero in præfatione serio testatur, curasse, ut excudatur contextus Florentinus, ne apice quidem uno adjecto. Librarius hanc hederam de suo adjecit: comparandaque est Editio Russardi recentior 1567 imo & 1570. Sequuntur interiora codicis Florentini. Illius membranæ & candidissimæ sunt & tenuissimæ, ac tantæ subtilitatis singula folia, ut ad calidioris manus contactum crispentur, inque cin- einnos se voluent. Ab atramento erosæ equidem, in multis eadem, a blattarum tamen tinearumque arrosione iterum servatæ fato suo, quia nostris temporibus destinabantur; scriptus licet sit hic codex circa finem seculi jam adeo sexti. Errores, qui hic commissi sunt, non omnes imputandi librariis; nonnulli enim pridem in ipso etiam apographo extiterunt: hinc menda etiam ipsa constanter ab illis repetuntur. Codex sane noster aliquanto post, quam descriptus erat, relectus iterum fuit & antiquitus correctus. Sed hi correctores conditionis ejusdem atque indolis fuere, atque ipsi librarii. Quin ipsi quoque domini exemplaris Florentini nonnulla interdum correxere, plus

nimio sibi confidentes. Recentissimæ autem corruptiones apud Pisanos irreperunt per eos, qui codicem hunc Seculo XIII & XIV super dubia lectione consuluerant. Varia tamen sunt etiamnum plane nondum correctæ, & adhuc in mendo cubantia, atque solem expectantia a seculo adeo culto. In gravi & ardua Lib. III autoritatis disquisitione mediam Noster tuetur sententiam: libros Florentinos minime quidem perfectos esse & mendis vacuos, ceteris tamen omnibus in isto genere adeo præferendos, ut ad hos, ceu Lydium lapidem, scriptura aliorum exigenda, a nostris autem non nisi iustissima & prægnanti de causa sit recedendum. Vitia primæ manus distinguenda esse ab iis, quæ infecuta sunt: culpam etiam librariorum ab ineptia & stultitia corrigentium. Glossarum & additamentorum turbamenta potissimum referenda ad insipida illa & plane barbara tempora, quibus hæ membranæ stupidissimo cuique Pisis patuerunt. In universum autem nullos codices magis mendosos esse, quam qui in usu quotidiano sint positi. Hi enim cum statim emptores invenirent, frequentissime a vulgo librariorum, ad lucra festinantium, describebantur. Quod diximus de lapide Lydio, ulterius nunc excutit Noster ac disputat, an omnia quæ supersunt Pandectarum exempla, ad hos duos Florentinos libros descripta sint, & ex iis descendant? Ex argumentis affirmantibus placet Nostro, quod ex lacunis post tit. *de bonis damnatorum*, & *de interditiis & relegatis* sumitur. Æque enim in omnibus seu scriptis seu editis Pandectis desiderantur: ex Basilicis autem demum supplebantur a Cujacio & Contio. Ivonem, Episcopum Carnutensem in Gallia, qui obiit sub initium seculi XII, anno 1115 vel 1116, annumque adeo 1136, de quo supra, non attigit, jam suo tempore afferre ex Pandectis tit. *de Sponsalibus* Legem 7, 11, 13, 14, in epistola 99 & 134. R. Te respondet, Ivonis digesta adhuc tunc non super fuisse, cum jurisprudentia vetus Justiniana cœpisset restitui. Et forte Digesta Ivonis descripta erant ad Cod. nostrum, tunc Amalph. adhuc. Nullibi enim fieri mentionem exemplaris alicujus Gallicani, ex quo similiter manarint recentiores libri Pandectarum. Cur non allegabant autem dissentientes potius Decretum Ivonis *part. XVI de officiis Laicorum*

*U* *causis eorumdem*, ubi longe plurimi textus Pandectarum e variis libris recensentur, puta C. 74, 75, 76, 78, 79, deinde C. 103, 104, imo 163 magno numero, usque ad C. 183. Concedit tamen Brencmannus meliori, si qua sit, aliorum codicum lectioni, auctoritatem *erudita conjectura*, aut, quod valde acute dictum est, *felicis erroris*. Non pauca enim extant alia MSC. Pandectarum præter Florentinum, (quæ iusto ordine recitantur) sed nullum eorum ascendit supra seculum XII, quo jam adulto ferme exemplar nostrum ad Pisanos venit. Et quo illa sunt antiquiora, eo minus discedunt a Florentino. Enumerantur nunc etiam variz Editiones Pandectarum: quibus addere fas sit, librum Digestorum, Venetiis excusorum MCCCC LXXVII, & Basileæ MCCCC LXXXVII, extare in Bibliotheca Senatus nostri Zuiccaviensis. Sed properandum est potius ad Lib. IV. Ostendit hic Noster, quid præstiterit in exemplari Florentino Angelus Politianus: non inquam descripsit hunc codicem, sed contulit tantum cum editione, qua utebatur, 1499 typis impressa. Viditque collationem hanc etiam Antonius Augustinus, & parum eam laudavit. *Reperi quadam in margine, quæ illi legenti in mentem veniebant*. Neque etiam Politianus laudem meruit vel mediocriter in Romano Jure eruditi, ad studia humanitatis se semper applicans, eaque docens. Festinante præterea quodammodo fato abreptus, intra annum ætatis quadragesimum, neque adeo valde juvenis. Ludovicus contra Bologninus, aliquandiu Juris quidem Professor Bononiensis, sed ad publica negotia mox translatus, conabatur sane ipsum archetypum ad unguem evolvere, & recensere, & notata castigare. Sed conatibus his natura impar. Haloander tamen & Alciatus libros ejus diligenter consuluerunt. Nam & Haloander Bolognini schedas cogebatur clam describere, idque ob Bolognini severissimam prohibitionem nunquam ausus est publice profiteri. Multa præterea ex ingenio, qua Jctus, præstitit, & in Græcis palmam tantum non omnibus sui temporis præripuit. Permolestum est, ait Noster, quod nesciamus, unde singula hauserit, & quantum iis auctoritatem tribuere oporteat. Haloandrina interim sonore, commode, leniter flunnt. Videturque is Florentiam,

etiam post editionem suam, adhuc ire, & archetypum conferre voluisse, sed sub ipsum ingressum Italix Venetiis extinctus, Germanorum decus perpetim futurus. Antonius Augullinus, Hispanus, annos natus vix XXI & adeo vere adhuc juvenis, tres tantum mentes Collationi Pandectarum Florentix impendit, & scripsit libros emendationum, a nullo tunc sene expectandos. Brenemannus autem impleat spem nobis factam recudendi ejusdem tractatum *de nominibus propriis*. De Lælii Taurelli editione dictum est supra. In Græcis sibi non filius, adhibuit Petrum Victorium, Senatorem Florentinum. Signa nonnulla, quæ recitantur p. 361 verbis Taurelli, non respondent per omnia Editioni Ruffardi 1561, quia quædam illorum inter se Taurellus ipse commutasset. p. 373. Generaliter in conflictu illo scripturæ & correctionis, pluries eum debuisse significare, quid primæ scripturæ esset, quid a secunda manu, ac tantum non omnes errores in describendo admissos, qui alicujus essent momenti. Gaudebit melior pars Europæ de Capite VI & ultimo. Apparebat initio, rara & exigua esse, quæ Taurelli *arg. Berav* effugissent: ut puderet, nihil aliud Nostrium ex tam longinqua peregrinatione donatum retulisse. In arcem ergo Critices penetrandum sibi fuisse, ejusque recessus excutiendos. Notavit enim & monstruosa ac fatue erronea, utcunque pridem correctâ. Placuit etiam librariorum errata accurate digerere & ad classes revocare, indeque regulas formare, etiam in quibusvis aliis codicibus, præter Pandectas, eruditæ utiles futuras. Ita vero detexit, quid maxime librarios in errorem passim induxerit. Exemplis enim opus erat, ut ex certis mendis judicaretur de obscuris & perplexis. Hæc ergo Collectio dedit occasionem Operi laborioso, quod *Fontes mendorum* inscribet Noster. Ubi difficilior ei occurrebat lectio in locis exosis & obsoletis, tenuique & evanida scriptura, oculorum aciem munivit duobus crystallis dioptricis ex Anglia. Sequentur *extemporalia*, & *Orthographia Pandectarum*, *Græca* etiam in Pandectis, denique *observationes & emendationes*. Sperare nos ergo jubet opus trium Voluminum. Primum continebit sex Tractatus illos prævios cum hæc Historia. Secundum & Tertium, ipsum contextum, cum notis criticis: ubi  
 juncta

juncta erit collatio exemplaris Florentini, deinde collatio aliorum MSC. in locis difficultioribus. Tum variae lectiones, sed & collatio praecipuarum editionum: jamque excerpta e Basilicis & scholiis Graecorum: tandem emendationes Budaei & aliorum. Optamus autem, hic non omitti annotata ipsius Taurelli, quae a Nostro per aliquot pagellas copiose admodum sunt representata. *p. 361 usque ad 365.* Nihil ex his omnibus redundabit magis ad nostram posteritatem, quam recordatio Lotharii II Imperatoris, & Saxonis: cujus auspiciis per Pisanos ereptus est hic Codex Amalphitanis, sed ita ut Pisani paulo post iterum eriperentur, atque ad Florentinos, dignissimos possessores tam pretiosi depositi, derivaretur perpetuo. Nam & absente Lothario, auspiciis illius gestum est quod diximus. Ex epistola D. Bernhardi CXL an quidquam huc possit allegari, dubium est. Intercessit is utique apud Lotharium pro Pisani, post jam expugnatam ab iis Amalphim. Non constat autem, quid & a quibus passi tunc fuerint Pisani, atque unde sit orta ira Imp. in eosdem. Verba Bernhardi: *Miror cujus insinctu vel consilio vigilantia vestra (Imperator,) subripi potuerit. Lego, subrepi. Factum est enim, ut gratiam, qui offenderunt, & qui servierunt, (Pisani,) iram mererentur. Sed vos (Imperator) fortassis adhuc ista nescitis,* quid nimirum passi sint Pisani interim, dum Amalphim aliasque urbes expugnarent. *Oportet ergo nunc, quando res est nota vobis, imo & decet & expedit, mutare vos & verbum & animum.* Publice interest, Brenimanno, quando pauca quaedam adhuc in tanto Opere restant, precari valetudinem nunquam iterum vacillantem, sed robustam & constantem, & corpus tantorum laborum per omnia tolerans, ut fructum ipsorum & videat diutissime & comedat. Reliqua expectanda ipsi sunt a gratissima posteritate: quae miratura est, nostro demum seculo reservari potuisse haec incrementa Jurisprudentiae Justinianae, post tot elapsos annos ignorantiae.

**EPISTOLA AD VIRUM ILLUSTRUM,**  
*de titulo Vicarii generalis Archi-Episcopi Moguntini in*  
**Pon-**

*Pontificalibus per Thuringiam, Hasfiam & Eichsfeldiam, quem arrogavit sibi JOHANNES JOACHIMUS HAHNIUS.*

CUM in priori Epistola mea, Actis Erud. A. 1720 p. 251 seq. inserta, notaverim titulum Sigilliferi Moguntini per Thuringiam, non erit sane prætermittenda sine omni censura appellatio Vicarii generalis Archi-Episcopi Moguntini in Pontificalibus per Thuringiam, Hasfiam & Eichsfeldiam, quam in Johannis Joachimi Hahnii programmatibus in Academia Erfurtenfi vulgatis observavi.

Ignoravit vetus Ecclesia hos Vicarios: quo tempore ipsi Episcopi cura gregis sui defungi solebant, & lites quoque ad se delatas ipsi componere, Archi-Diaconis autem levioris momenti causas delegare. Cum vero ad legum civilium instar prolixi processus in tribunalia Episcoporum introducerentur, ipsi autem sæpe abessent, vel ei rei pares non essent, neque Archi-Diaconis semper fiderent, sæculo jam XII officiales seu Vicarios præficere consistoriis suis & per eos exercere jurisdictionem contentiosam cœperunt. Qui deinde sæculo XIII penitus invaluerunt: ut erudite probavit Thomassinus de veter. & nov. ecclesiæ disciplina L. II c. 8. Hinc cum novitas ista viros ecclesiasticos priscae simplicitati adsuetos offenderet, non mirum est, hos Vicarios invisos admodum initio fuisse. Exempli causa tantum afferemus locum ex Petri Blefensis epistola 25 ad officialem Episcopi Carnutensis: „Officium officialium, inquit, quorum te numero aggregasti, hodie est, jura confundere, sulcitare lites, transactiones rescindere, innectere dilationes, suppressere veritates, vovere mendacium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inhiare exactionibus, versutia concinnare.” Officium autem ipsum Vicarii ita descriptum reperimus apud Lancelotum Institut. Juris Can. Lib. I tit. 15: „Quod Vicarius representet auctoritatem Episcopi, habeatque, cum generalis officii commissio facta est, causarum cognitionem, paucis saltem casibus exceptis: unde etiam a Vicario non ad Episcopum sed ad Archiepiscopum appelletur, quia idem est tribunal Episcopi.



scopi. Qui vero limites hujus officii, quæ reservata Episcopalia sint, hic investigare opus non est. Quærenda hæc apud Jacobum Strozium & Petrum Levrenium, qui de Vicario Episcopi libros singulares ediderunt. Cum vero in Germania Episcopi & Prælati immediati, etiam superioritatem territorialem acquisiverint, atque ita duplicem jurisdictionem habeant, eamque in diversis tribunalibus exercent, quanquam alicubi Vicarius cum Ecclesiasticæ, tum civili jurisdictioni præsit, plerumque tamen Episcopi aliis vices suas in spiritualibus, aliis in secularibus demandare solent. Atque hoc sensu Vicarium Archiepiscopi Moguntini generalem in Pontificalibus per Thuringiam sese appellat Reverendus Hahnus. Eam vero provinciam nunquam in potestate Ecclesiæ Moguntinæ fuisse, satis jam a nobis probatum fuit, cum Sigilliferum Erfurtensem modestiæ admoneremus. Nec superest, quam ut dispiciatur, utrum forte Archiepiscopis tantum adhuc diocesani juris in ea supersit, ut Vicario opus habeant. Sed cui non constat, jam in Pace Religiosa jurisdictionem Ecclesiasticam in Protestantibus suspensam, cujus dispositionis verba ipsa hic adicere haud abs re erit: Damit aber obberührte beyderseits Religions-Verwandten so vielmehr in beständigem Frieden und guter Sicherheit gegen und bey einander sitzen und bleiben mögen, so soll die geistliche Jurisdiction (doch der geistlichen Churfürsten, Fürsten und Stände Collegien, Klöstern und Ordens-Leuten an ihren Rechten, Gült-, Zins- und Zehenden, weltlichen Lehnenschaften, auch andern Rechten und Gerechtigkeiten, wie obstehet, unvorgriffen) wider die Augsbürgische Confession, Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien und Bestellung der Ministerien, wie hiervon nachfolgend ein besonderer Articulus gesetzt, ihren Gang lassen, und keine Hinderniß oder Eintrag dardurch beschehen, und also hierauf, wie obgemeldet, bis zu endlicher Christlicher Vergleichung der Religion, die geistliche Jurisdiction ruhen, eingestellt und suspendiret seyn und bleiben. Hunc quidem paragraphum variis interpretationibus ita flectere conati sunt Catholici, ut partes saltem aliquas ejus jurisdictionis in Protestantibus, intra veteres diocesium suarum limites habitantes, ipsis re-

linquere videretur. Sed hos conatus omnes everfos videmus in Instrumento Pacis Osnabrugensis, cum Art. V §. 48 disponitur: *Quod jus diœcesanum & jurisdictio Ecclesiastica, intra terminos territorii cujusque continere se debeat.* Quæcumque ergo olim per Thuringiam autoritas fuerit Moguntinæ sedis, suspensa ea est, & jus sacrorum unice territoriorum dominis competit. Habet quidem Em. Elector Moguntinus Eichsfeldiam: quæ majori certe sui parte ad Thuringiam olim spectavit. Nam eam ejus partem, quæ proprie Eichsfeldia dicitur, a Comitibus de Gleichenstein, & A. 1366 oppidum Duderstat ab Ottone Brunsvicensi, Johannæ Reginae Neapoleos marito, emit Archiepiscopus. (a) Verum nihil inde præsidii huic præsumptioni, cum in ipso hoc Vicarii titulo Eichsfeldia seorsim exprimitur. Quid vero in Thuringia habet Elector, præter civitatem agrumque Erfurtensem, in quo potestate sua Vicarii utatur? & adversus ipsam illam Erfurtensem ditionem quæ urgere possit Sereniss. Elector Saxonæ, docuit perillustris Autor des Europäischen Herolds P. I p. 198 & p. 264. Certe ob tam exiguæ partis possessionem totius Thuringiæ titulum jaclari minime conveniebat. Superesse & pauca quædam feuda Moguntina novimus: sed illa jurisdictionem statuum, in quorum territoriis sita sunt, circa sacra non minus quam in civilibus agnoscere tenentur. Neque qualitas illa feudalis jurisdictioni Ecclesiasticæ Archiepiscopi ea subjicit, ut ex Art. V §. 42 ejusdem Pacis colligere licet. Atque ita sane committere nulla ratione potest Serenissima Domus Saxonica, ut, quemadmodum Ecclesia Romana, prisca juris servandi causa, Episcopos in partibus infidelium, quos vocat, creare solet, ita inter D. Martini provincias perpetuo connumeretur Thuringia. Quin potius sperare fas est, Eminent. Electorem Moguntinum, pro sua celebratissima æquanimitate, abstinere suos talibus titulis jussurum, ubi Saxonicas aulas jure de iis conquiri intellexerit. Vale! Dab. Lipsiæ d. 18 Febr. 1722.

Merr

---

(a) v. Serrar. rer. Mog. in vita Gerlaci Elect. XXVI p. 839 seq.

MENSIS JANUARIJ A. MDCCXXIII. 35

Allerhand nützliche Versuche etc.

h. e.

*VARIA EXPERIMENTA, QUIBUS AD  
Naturæ ac Artis cognitionem accuratam via sternitur,  
Autore CHRISTIANO WOLFIO, P. R. B. Con-  
sil. aulico, Math. & Nat. P. P. O. Societ.  
Reg. Brit. & Boruff. Sodali.*

*Tomus III.*

Halæ Magdeb. sumtibus Rengerianis, 1723, 8.

Alph. I plag. 18 Tabb. zn. 18.

**T**ertius, quem hic sistimus, Experimentorum Tomus jam anno superiori lucem publicam adspexit, etsi rubrum præferat numerum anni præsentis. C. 1 Autor describit antliam pressoriam, qua utitur in aere compresso experimenta facturus, ubi peculiare valvulæ genus epistolii loco adhibet, ut in aere comprimendo nonnisi continua emboli extractione ac intrusione sit opus. Jungitur eidem instrumentum, in quo aer sine periculo comprimitur atque objecta aeri compresso commissa sufficiente lumine perfunduntur, nec non ad arbitrium agitantur. C. 2 experimenta de sono affert, quibus evincitur, sonum per aerem propagari, in aere densiori augeri, in rariore minui, in aqua impediri. Inquirit porro in speciem motus, quo corpora sonora, & aer ipsis circumfusus concitantur, dum sonus editur. Cum de celeritate soni agit, Anglorum in primis molimina commendat, & quæ *Derbamur* in Transactionibus Anglicanis de hoc argumento publico impertivit, illustrat. Expendit quoque fragorem corporum vi aeris compressi vel calefacti dissilientium. Fragorem pulveris atque auri fulminantis sub examen revocat, & a sono per tubos ferreos prægrandes propagato ad cubos stentoreophonicos descendit. C. 3 multa de lachrymis vitreis experimenta ad rationes revocat. C. 4 phænomena magnetis prolixè describit, observationes meliores de magnetis declinatione & inclinatione una impertitus. Atmosphæræ ma-

E 2

gneticæ

gneticæ existentiam stabilit & materiæ magneticæ ab aere aliis-  
 que fluidis subtilibus diversitatem evincit. Commemorat et-  
 iam virgulas ferreas, quæ vim magneticam absque magnetis  
 contactu acquisitam per complures annos ab anno scilicet 1703  
 usque ad 1710 conservarunt, donec tandem casu ab eo fuerint a-  
 missæ, cum nullum adhuc virium decrementum in iis notasset.  
 C. 5 de poris corporum multa singularia habet. Ostendit non  
 modo aërem, verum etiam aquam & Mercurium per poros li-  
 gni transire non minus in vacuo, quam in aere. Cum Mercurio  
 ex poris ligni salienti attendens, observaret, ejus granula ex iis-  
 dem locis constanter prodire, per microscopium lignum con-  
 templatus oscula tubulorum in orbem concinno ordine dispo-  
 sitaprehendit: unde infert, Mercurium per tracheas salire.  
 Habemus adeo modum non inelegantem tracheas in ligno de-  
 tegendi. Succedunt vasa cylindrica ex ligno duriori parata,  
 quæ aqua infusa rumpuntur cum in aere libero, tum sub campana  
 vitrea ab aere purgata. Altitudo superabat 3 digitis, diameter  
 luminis 4 fere adæquabat: ligni crassities erat 3 fere linearum.  
 Poros velicæ examinavit Autor ope siphonis sui anatomici, tum  
 etiam ope antiæ pneumaticæ, atque aquam per poros transire  
 didicit, minime vero aërem. Poros etiam tunicarum ventriculi,  
 pellium atque corii ope ejusdem siphonis examinavit: ad poros  
 autem foliorum & plantarum detegendos usus est nova, quam  
 Tomo primo dedit, methodo ad anatomiam plantarum cer-  
 tius absque anatomico cultro & microscopiorum subsidio ab-  
 solvendam. Varia præterea de poris auri experimenta affert.  
 C. 6 ad observationes microscopicas progressus microscopia  
 Muschenbrockiana, quibus potissimum usus est, describit.  
 Quoniam vero etiam in iisdem haud parum adjumenti ipsi attu-  
 lerunt duo microscopia, quorum alterum a Cl. *Teubero*, al-  
 terum vero a Cl. *Leutmanno* accepit, ea quoque in scenam ad-  
 ducit. Usus loquitur præstantiam eorundem & utrumque vi-  
 rum in poliendis vitris excellere evincit. Antequam observa-  
 tionum specimina in medium profert, de iisdem regulas non-  
 nullas præmittit. Granula arenæ minutissimæ pellucida exper-  
 tus & ex diversa intus facta luminis refractione ac reflexione di-  
 versi.

verſitatem texturæ colligit. Partibus pellucidis intertextas eſſe didicit opacas, ubi multum illa amplificaret, atque in iis interſtitia dari probat ſubtiliori fluido repleta, quod & a materia luminis, & ab aere differat. Fila ſericea ex plurimis filamentis perquam exiguis in faſciculum collectis componi docet, filamenta eſſe tubulos & horum cavitati inſinuari particulas coloratas, dum ſericum colore tingitur. In filo tenui 200 fere filamenta diſtincte numeravit. Fila etiam tenuiſſima araneæ multiplicata notavit & ſingulari artificio convoluta, ut difficulter rumpantur. Varia aſſert, quibus plantarum anatomia illuſtratur. Deſcribit genus quoddam vermiculorum magno numero in aqua pluſiali minime corrupta enatum & ab uno quater fere millia ovulorum excludi obſervavit, quæ junctim vix pulviſcula farinæ adæquabant. Animalcula ſpermatica propriis obſervationibus confirmat, teſtem laudans Cl. *Thimmigium*, cujus etiam obſervationes & experimenta de anatomia foliorum anno ſuperiori menſe Januario exhibita commendat. C. 7 experimenta ope antliæ pneumaticæ in animantibus ſumta enarrat. Quotieſcunque animantia in vacuo enecata ſecaret, in auriculis cordis maſſam ſanguineam coacervatam reperit, atque inde rationem reddit, cur animal moriatur, nec non ſymptomatum mortem præcedentium. Idem avibus, quod in vacuo, accidere didicit, aere vaporibus & exhalationibus ex carbonibus candentibus emiſſis oppleto. C. 8 experimenta de viſu, odore & ſapore ſiſtit. Inter alia ſuadet, ut ad imitationem ſtructuræ in lanterna magica novum quoddam microſcopiorum genus condatur; ubi objecta admodum minuta, quæ valde aucta pelluciditatem nanciſcuntur, vi luminis ſolaris in vitro ad polituram diſpoſito, ſed nondum perpolito depinguntur. C. 9 de motu fluidorum principia quoque hydraulica fontium ſalientium illuſtrat & obſervationibus ac experimentis evincit, fluxus continuationem in ſiphonibus non ab alia cauſa, quam ab aere pendere: id quod in elementis Matheſeos univerſæ ob rationes quasdam in medio reliquerat. In fonte *Heronis* aquam ſalire vi aeris compreſſi, niſi quod ſingulare eandem comprimendi artificio adhibeatur, C. 10 denique de æquilibrio & motu ſolidorum ex-

perimentis illustrat, quæ a Mathematicis demonstrari solent. Atque his finem imponit experimentis, quibus theoriam physicam superstruit, quæ sub prælo sudans lucem publicam propediem adspiciet.

Versuch einer gründlichen Erläuterung der merckwürdigsten Begebenheiten in der Natur.

h. e.

LUDOVICI PHILIPPI THUMMIGII, A.  
O. P. & Societ. Scient. Reg. Boruff. Sodalis, Tentamen  
phænomena Naturæ singularia explicandi, quibus  
ad interiorem Naturæ cognitionem  
via panditur.

*Pars I.*

Halæ Magdeb. apud Jo. Adamum Spærlium, 1723, 8.  
Plag. 6.

CUM Cl. Autor perpenderet, non deesse quidem plurimos, qui in coacervandis observationibus & experimentis operam collocent, hoc tamen solo studio scientiæ naturalis promœria minime protendi; ad phænomenorum naturæ rariorum explicationem animum convertens variis speciminibus docere intendit, quomodo observationibus & experimentis dudum in publicum prostantibus in incrementum scientiæ naturalis uti liceat. Præmissa igitur phænomeni historia, ut eruditioni una consulatur, & accurata ejusdem descriptione, ne desint ad meditandum necessaria elementa, in rationes physicas inquirat, tandemque dogmata condit, quibus stabiliendis rationes experimento vel observationi junctæ sufficiunt. Quodsi in observando & experimentando defectus quidam occurrunt, eos ingenue annotat, ut ars quoque observandi & experimentandi capiat ex hoc labore incrementa. Utinam alii complures hoc institutum imitarentur: nulli enim dubitamus, fore, ut, fugatis hypothesisum fictitiarum monstris, suus scientiæ naturali honos restitua-  
tur,

tur, nec exigua inde commoda in genus humanum redundant. Primum, quod hic sistitur, specimen, duodecim sectionibus absolvitur. *Seç. 1* agit de diversitate gravitatis in locis diversæ latitudinis ex observationibus de differente longitudine pendulorum in diversis parallelis isochronorum deducta. Quoniam *de la Hire*, atque *Hartæckerus* pendulorum oscillantium tarditatem in locis æquatori vicinis calori tribuunt; Noster varia experimenta commendat, quibus ipsorum hypothesis refellitur, sed quæ instituere non cujusvis est. *Seç. 2* fontem inflammabilem contemplatur, cujus descriptionem exhibuimus in Actis A. 1684 p. 326 & seqq. Ex circumstantiis ibi adductis infert, inflammabilitatem pendere ab halitu per aquas ascendente atque in aere super iisdem collecto, quo etiam oppleantur pori terræ fonti circumjectæ. Halitu accenso, exhalationem promoveri, cum flamma pabulo indigeat & aer nonnisi certa ejus quantitate imprægnetur. *Seç. 3* inquit in causam phænomeni singularis, quod in historia Academiæ Regiæ A. 1716 p. 19 recensetur, scilicet quod ex assere abiegno ad caminum posito aliquo temporis intervallo tot resinæ effluerit, ut quintuplum illius pondus adæquaret. Resinam ex fumo ligni in camino combusti a resina in poris ligni latentem attractam fuisse probat. Hinc vero ulterius deducit, ab igne non destrui mixtionem resinæ, eam tamen in particulas valde minutas resolvi. Ceterum cum de attractione resinæ loquitur, monet se per attractionem non causam aliquam physicam, sed totum phænomenon designare. *Seç. 4* Evaporationem aquæ in aere frigido, a *Perraltio* jam A. 1670 experimentis comprobata, ad rationes revocat. Fluiditatem aquæ a calore pendere, qui aere frigido exhalans evaporationem promoveat. Ex natura itaque caloris atque frigoris deducit, quod aquæ evaporatio augeri debeat intensitate frigoris in aere aucta. *Seç. 5* monstri bicorporei ortum a duobus animalculis eidem cicatriculæ ovuli conluisis deducit, unde etiam aliorum monstrorum rationem reddit. Quod vero in hac sectione palmarium censeretur debet, ex contemplatione monstri ortum inclinationum naturalium sistit, quarum alix ad statum matris tempore graviditatis, alix ad structuram animalculi spermatici refe-

referuntur. Immo hanc in causa esse, ut inclinationes naturales a priori causa perfectæ varia ratione modificentur. Ducit etiam a monstro suo argumentum pro stabilienda prædelineatione organica in ovuli cicatricula. *Seç. 6* observationem *Philippi de la Hire* de insigni raritate nivis A. 1711 expendit, quæ fuerat ad aquam in ratione duodecupla, cum alias nonnisi quintuplam aut sextuplam habeat. Duplicem raritatis causam assignat, cavitatem vaporum, quibus gelu densatis nix generatur, & interstitia inter floccos nivis relicta. Monstrat autem, vapores multum condensari, antequam in nivem concreverint. *Seç. 7* docet, quibus artificiis fieri potuerit, ut sculptor quidam Italus cæcus ex cera effigiaret simulacra prototypo simillima: qua data occasione multo cum acumine in differentiam idearum visui & tactui respondentium, & quatenus utæque æquipolleant, dilquirit. *Seç. 8* casum visus duplicati pueri decennis nive compacta inter ludendum percussus, in Actis literariis Sueciæ A. 1721 p. 230 commemoratum, ex principiis opticis eleganter solvit, atque inde ostendit, frustra visus pristini restitutionem aquarum mineralium haustu tentatam fuisse a Medicis. *Seç. 9* arcum visionis Planetarum examinat, quem *Hewelius* in rarissimo Machinæ cœlestis opere, ex quo rariore observationes subinde communicare ac illustrare decrevit, pro Mercurio 3 vel 4, pro Venere nonnisi 2 graduum definit, Saturno prope Mercurium minime conspicuo, cum Sol quinque fere gradibus Soli Horizonte deprimeretur. *Seç. 10* Succum betulæ & aceris majoris, incisione mense Februario facta, non obstante frigoris vehementia egressum, etiam cum statim in stirias concreveret, antequam in vas subjectum deflueret. contemplatus observat, succum in arboribus jam mense Februario largiter ascendere & concoqui, frigore adhuc sæviente, ac per corticem calorem difficillime respirare. *Seç. 11* cum singulari *Lecurwenbækkii* experimento comprobasset, transpirationem insensibilem in manibus majorem esse, quam in aliis corporis partibus, quantum sanitati conducat ostendit, ut manuum pedumque transpirationem promoveamus. Tandem *Seç. 12* monstrat, nondum certo constare, utrum arbores per integrum vitæ tempus novo fibrarum ordine singulis



lis annis augeantur, nec ne, quod vulgo quidem creditur, a nonnullis autem in dubium vocatur. Eleganti ratiociniorum nexu singula deducit, ut intillegentibus satisfactum esse minime dubitemus.

*IMPETUS PRIMI ANATOMICI EX Lustratis cadaveribus nati, quos propria consignavit manu ARENT CANT, Med. Doct.*

Lugduni Batav. apud Petrum van der Aa, 1721, fol. patent. Plag. 14 Tab. fig. æn. 6 chart. august.

**E**X quo Clar. Cant in Dissertatione inaugurali Ductus Thoracici situm descripserat, addita ejusdem icone, Amici quidam rerum Anatomicarum admodum periti, qui Autoris curam & dexteritatem in secandis cadaveribus cognitam atque perspectam habebant, admodum eum sollicitarunt, ut si quas similes, eadem industria delineatas, possideret figuras, easdem literato orbi ne invideret. Quod monitum secutus Vir Clarissimus Impetus hos Primos, VI Tabulis comprehensos, & Boerhaavio incriptos, cum Anatomicæ Artis Cultoribus nunc communicat. In Tabula I faciem ejusque musculos, arterias carotides, nervum vertebralem & septimi paris ramum duriozem repræsentat; in II cranii partem interiorem, dura matre investitam, exitum nervorum ex cranio, musculos & nervos oculorum exhibet; in III musculos, qui ad pharyngem & uvulam spectant, enumerat; in IV cor investigat; in V eum ventriculi situm ante oculos ponit, quem habet, dum flatibus aut cibus turget; simulque articulationem cubiti cum brachio, & tibiæ cum femoris osse, ossiculum auris, malleolus dictum, & os palati delineat. In VI denique Ductum thoracicum depingit. In explicatione autem harum Tabularum id agit Autor Clar. ut, quæ in aliorum Anatomicorum libris annotata vel delineata invenit, suis observationibus vel confirmet, vel corrigat; ubi vero structuram fibrarum in musculis, reptatum in nervis diversum ab eo, qui ab aliis annotatus fuit, vidisse se dicit, scriptores non statim erroris arguat, cum id ipsum a sapientis Dei instituto dependeat, qui

vultum ex, gr. humanum aliis in hoc, in altero aliis distinxit lineamentis, ne inde confusio oriretur; ubique vero usum partium evolvat, & eam adhibeat fidem, ut alieni a vero nihil quicquam eum apposuisse, quispiam dicere possit. Speciminis loco ex eleganti hoc opere nunc quædam apponemus,

- p. 3. Gracilem nasi musculum ad actionem zygomaticorum concurrere, ut Lancisio placuit, non putat, sed eum pro elevatore labii superioris & simul pro depressore musculo palpebræ inferioris habet. Omnes, qui Systema arteriosum depinxere, erravisse dicit, quod, dum faciem anteriorem delinearunt, carotides externas & internas quasi juxta se invicem positas repræsentarint, cum tamen in initio una post alteram posita decurrat, hinc ratione situs, quem obtinent, carotis anterior & posterior dicenda. Nervum vertebralem nonnisi unicum ramulum, qui anteriora petens tuberculum auris majus supergressus est, emisisse vidit, non plures, quod Valsalva observavit. Circa sinus duræ matris notat, quintum ad limbum inferiorem processus falciformis positum, cum magnæ capacitatis non sit, venæ potius quam sinus nomen mereri; Longitudinalem vero in lateralem sinistram tantum, qui ei continuus est, non in utrosque laterales, ut vulgo creditur, sanguinem effundere, qui ex eo deinde in dextrum, tanquam angustiores, illiusque ramum ulterius protrudatur. Musculi trochlearis in oculo ortum non ab ima orbitæ parte, sed spatio ab ea aliquatenus distante observavit. Oesophagum asperæ arteriæ non subjacere, ut Vesalius voluit, sed versus latus sinistram, (non dextrum, ut Morgagni depinxit) deflectere asserit, ut tandem plane deserat fere tracheam. Musculum cephalopharyngæum, quem Valsalva pharyngo-staphilinum, vel staphilino-pharyngæum vocat, & ab imo capitis oriari negat, ortum ducere advertit a parva, qua occipitis os ossi sphænoïdi jungitur, eminentia, inde gracilescitibus decurrere fibras, donec in medio sub foramine ossis occipitalis magno in lineam tendinosam definat. Musculum salpingo-pharyngæum male sphæno-pharyngæum dici perhibet, siquidem is ab extremitate posteriori Tubæ Eustachianæ ossæ partis oriatur, & sensum in pharyngem, confusus quodammodo musculo pterygo-
- spha.

spharyngo, evanescat. In uvulæ parte posteriore fibras carneas observavit, musculus sine pari vocandas. In exortu arteriarum carotidum id discriminis subesse dicit, quod in senili cadavere angulus sub aspera arteria obtusior & truncus innominatus non tam longus sit ac in infante, ita ut etiam dextra carotis ex aorta produci videatur, hacque ratione Systema arteriosum Vesalii senili de corpore desumptum salvari queat. Ventriculi situm flatibus vel cibis expansi in eo differre perhibet ab eo, quem vacuus habet, quod se tum in parte anteriori attollat, ita ut quæ ventriculi vacui pars fundum constituerebat, in repleto assurgens antrorsum spectet. Ossis maxillaris superioris cum osse palati connexionem dum describit, hoc orbitam oculi ex parte constituere, innuit.

p. 5.

16. 17.

18.

20.

LETTERA D' ANTONIO BENEVOLI, &c.

id est:

EPISTOLA ANTONII BENEVOLI, CHIRURGI Florentini, de duabus observationibus circa cataractas a se institutis, scripta ad Illustr. D. ANTONIUM MARIAM VALSALVAM, Professore Bononiensem celeberrimum.

Florentiæ, 1722, 4.

Plag. 2.

ETiamsi controversia satis diu ab aliquo tempore in Gallia & Germania fuerit agitata, *utrum cataracta in crystallino, an in humore aqueo sedem suam habeat*: nemo tamen hactenus fuit in Italia, quantum novimus, qui hæc de re aliquid typis mandaverit, quam quod a paucis tempore tres hoc argumentum agitare cœperint; primum enim *Antonii Cocchi*, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Epistola ad Virum Celeberrimum *Jo. Bapt. Morgagnium*, latine perscripta, Romæ 1720 in 8 prodiiit, *de lente crystallina; vera suffusionis sede*. Deinde Epistola *Petri Pauli Lupi*, ophthalmi & lithotomi, Italico idiomate conscripta, & *Arminii*, quod hodie *Rimini* vel *Rimino* vulgo

F 2

vocant,

vocant, excusa A. 1722 in 4. In qua Autor contra *Cocchium* sustinet, *cataractæ sedem non semper esse in crystallino, sed etiam in aqueo*. Neuter vero horum experimenta instituit; verum rationibus tantum pugnant. Hos vero secutus est tertius, *Antonius* nimirum *Benevolus* noster, qui Epistolam hanc ad *Clar. D. Antonium Mariam Valsalvam* scriptam edidit: in qua non solum rationes profert, sed etiam observationes duas insignes ex oculis, qui cataracta laborarunt, & quibus per cataractæ suppressionem visus restitutus erat, omni accuratione describit: ex quibus patet non solum, *cataractarum harum causas, non membranas in humore aqueo genitas, ut vulgo voluerunt, sed crystallinos opacos fuisse*: sed etiam iisdem evincit, *crystallinos salvo visui in curatione cataractæ supprimi posse*, eosque ideo ad visum, quicquid nonnulli contradicant, non absolute necessarios esse. Observationes vero ita se habent. Anno 1720 die 13 Julii dux ab ipso depositæ fuere cataractæ, in ambobus oculis militis cujusdam præsidarii Germani, in aula Magni Ducis Florentiæ, cui nomen erat *Adamus Schusterus*, successusque operationis tam bonus erat, ut mox utroque oculo videret, finitaque curatione visum ad obitum usque integrum servaret. Circa finem enim Martii anni 1722 morbo acuto correptus, die VI Aprilis moriebatur. Die sequenti *Benevolus noster* oculum alterum caute aperiebat; verum nullam membranam aut corpus præternaturale, sed tantum humorem crystallinum opacum, flavescens & naturali paullo minorem in fundo oculi invenit. Die octavo Aprilis varios Medicos & Chirurgos convocabat, (quorum nomina indicat) ut iis præsentibus oculum dextrum aperiret. Quod cum omni studio fecisset, nihil aliud præternaturale etiam in hoc oculo observarunt, *quam crystallinum opacum, flavescens, in fundo oculi*, sicut in priori: atque inde convicti fuerunt, causam harum cataractarum ipsos crystallinos opacos fuisse, sicut *Brissaus, Maitre Jan & Heisterus* docuerunt. Præterea Autor affirmat, se in operatione cataractæ, quam jam a multis annis læpilline, & in ipso etiam Eminentiss. Cardinali & Archiepiscopo Bononiensi, *Buoncompagno*, perfecit, semper observasse, quod non cum membranula quadam, verum cum corpo-

re duro, resistente lubrico, quodacum facile subterfugit, rem habuerit; ideoque ex his concludit, *crystallinum* necessario *frequentissimam cataractæ causam constituere*; licet prorsus negare nolit, quandoque etiam cataractam membranaceam existere posse. Unde apparet, eum *Heisteri* de Cataracta sententiam amplecti, eamque his observationibus egregie confirmare.

VITA THOMÆ CAMPANELLÆ AUTORE  
ERNESTO SALOMONE CYPRIANO. *Accedunt hac secunda editione Appendices quatuor, doctorum virorum de Campanellæ vita, Philosophia & libris schædiasmata complectentes.*

Amstelodami, apud Wetstenios, 1722, 8.

Plag. 13.

**L**ibri, quem producimus, nova editio, tanto gratior haud dubie accidet viris doctis & historiæ præsertim litterariæ studiosis, quanto difficilius adhuc veteris editionis, recensitæ nobis A. 1706 mense Martio p. 145, exempla, dudum divendita, & in tabernis librariis nusquam obvia, comparare licuit. Ac satis quidem fuerat, ita eum repeti typis, quemadmodum datus primum fuerat a Viro summo & meritis in rem Christianam pariter & litterariam nostra ætate nemini secundo, Ernesto Salomone Cypriano, Theol. D. & Consiliario Consistoriali atque Ecclesiastico Serenissimi Ducis Saxo Gothani. Sed neque a se impetrare potuit, ut oblatam novo sibi beneficio lectores obstringendi occasionem præterlabi frustra pateretur, & qui novissime Campanellæ vitam, pro instituti sui ratione, qua Scriptores ordinis Prædicatorum percensuit Parisiis, compilavit Jacobus Echardus, monachus Dominicanus SS. Annuntiationis, vel invitum, ut sepositis tantisper gravioribus, quibus distinetur, negotiis criminationes ejus paucis dilueret, adduxit. Tacite prætermitti poterat, sibi de non consultam tantum vitam Campanellianam Viri Celeberrimi, sed & exscriptam ab Echardo, nullam ejus rei mentionem faciente: sed quis ferat, non con-

tentum eum plagio contumeliis afficere scriptorem, unde profecit, & fontem, qui sitienti aquam præbuit, injectis sordibus conturbare. Quæritur ea de re jure meritoque sub initium præfationis Vir summus, atque occasione, qua nata ei est hæc commentatio, denuo ostensa, ad ea, quæ iniqua censura notavit monachus Parisinus, breviter respondet.

Primo facile ille quidem condonat homini externo, collegium Casimirianum, quod Coburgi floret, quærenti Helmstadii in Academia Julia, & Saxonem appellanti, cui Franconia orientalis patria obtigit. Nec magis vitio vertit insuetam hodie & prope ridiculam appellationem, qua Ernestus subinde dicitur, quem Echardus, propter hæreseos scilicet notam, Cypriani nomine fortasse indignum putavit. Sed vim judicii, bonamque fidem merito desiderat in homine, qui narrationem ex Caffæ epistola adductam nulla firma ratione nixus ad fabulas relegat, & lectoribus persuadere conatur, pro vera eam habitam a Viro celeberrimo, qui sibi aliisque liberum de ea judicium reliquit. Campanellam ex numero rebellium eximi non invitum patitur: satis ei est, perduellionem crimini illi datam fuisse, id quod vel ipse Echardus agnoscit & probat, neque adeo non recte in vita Campanellæ litteris proditum est. Suspicio Atheismi, qua ille laborat, vanis criminationibus heterodoxiæ odii-que Catholicæ Ecclesiæ non tollitur, cum, ut optime docet Vir celeberrimus, nihil utique prohibeat, quo minus heterodoxi etiam ex libris Campanellæ ferre ea de re judicium possint, ut quorum testimoniis œcumenica concilia & Pontifices ipsos sæpenumero usos, Jo. Launojus demonstravit. Cetero qui nimis brutum atque inane est consilium Campanellæ, contendentis, post comitia Augustana Lutherum technis fuisse opprimendum, quam ut mordere Virum summe Reverendum potuerit; displicuit tamen summopere, cum & Christi & juris naturæ præceptis prorsus adversetur. Sacrorum mutationem suscepisse una potentis stabilieandæ causa ductos primores Protestantium, neque evincere unquam Echardus poterit, & si id possit, fidem a Carolo V recte violari potuisse, nihilo magis persuadabit. Sed non tantum præfatio nova, verum & app  
di

dices editionem hanc luculentiorē reddunt. Præter eum enim qui Morhofii testimonium exhibet, quique in priori editione extabat, tres novi accesserunt. Primus est Epistola Naudæi, quæ est XXXI epistolarum ejus Genevæ clodoc LXVII editarum. Alter sistit vitam Campanellæ, prout eam Echardus contexit, in qua præter accuratum librorum illius indicem, quem tamen ex parte Summe Reverendo Cypriano debet, nihil est, quod notatu magno opere dignum videatur. Tertius testimonia Naudæi, Livini de Meyer & Jacobi Hyacinthi Serrii de Campanella complectitur.

SCÆVOLÆ SAMMARTHANI ELOGIA

*Gallorum Sæculo XVI doctrina illustrium. Præmisit præfationem notasque adjecit CHRIST. AUG. HEU-  
MANNUS. Subjunctum est, quod primum nunc editur,  
GULIELMI WOTTONI Elogium*

*Thomæ Stanleji.*

Isenaci, in officina Boetiana, 1722, 8.

Alph. I.

**Q**uanta in laude apud omnes sint ob summum styli nitorem *Sammarthani Elogia Gallorum*, neminem temere fugit. Quo tempore primum & quam sæpe ea fuerint edita in Gallia, Cl. Editor exponit in Præfatione. Ceterum cum raritas Gallicanorum exemplarium effecisset, ut in Germania, & quidem Jenæ, recuderetur opus illud, idem ostendit, parum feliciter hanc editionem successisse. Nam præterquam quod exscripta sit detritis literis in charta vilissima, etiam mendis eam scaterere, nec ad novissimam pluribusque locis immutatam editionem Parisiensem expressam esse, sed ad vetustiore. Hæc igitur res editorem permovit, ut librum tam elegantem denuo edendum susciperet. Expressit autem editionem Parisiensem anni 1633 & quidem summo ab se studio emendatam, providitque, ut & in charta purissima nitidissimis literis opus illud describeretur, nec quicquam mendarum typographicarum in eo relinqueretur,

retur. Porro amplioris utilitatis causa Capitibus præfixit numeros, eademque in sectiunculas divisit, ac singulis fere paginis subjecit annotationes luculentas. Sub finem Operis Elogia ipsius Sammarthani exhibet a doctissimis Galliarum viris confecta: quibus succedit Abelii Sammarthani *Elogium gentis Arnaldæ*, ultimum locum occupante *Elogio Thoma Stanclji*, quod nuper demum elaboratum Editori transmisit Wilhelmus Wottonus, Theologus Anglicus. Hæc, quæ diximus, universa uberius exponuntur in Præfatione, in qua etiam disputatur pluribus de vocabulo *elogii*, deque natura elogiorum, tum de fide historica Sammarthani, itemque de pragmatico horum elogiorum usu, postremo denique de stylo Sammarthani, qui cum sit elegantissimus, non omnis tamen vitii eum expertem, nec omni ex parte Ciceronianum esse, præcipuis exemplis demonstratur. Ut e subjectis annotationibus nonnihil exhibeamus lectorum nostrorum conspectui, p. 42 ostenditur, Corn. Tullium in libro *de infelicitate litteratorum* sæpe ad verbum descripsisse Sammarthani elogia: eique locus in Præf. adscribitur Alb. Miræus. P. 54 contendit Editor, principalem Scaligeri propaginem non alio niti fundamento, quam illo: *Scaliger & Cæ. P. 75 sqq.* eruditorum de Mich. Montano judicia in utramque partem proferuntur. P. 102 sq. docet, Ramum non ob philologiam suam novitatem, sed ob approbationem doctrinæ Lutheranae, trucidatum fuisse, ideoque nec dubitat eum annumerare martyribus. P. 104 sq. Lambini in arte critica excellentiam propugnat contra obrectatores ejus. P. 234 numerat plures, quibus mori contigit ipso die suo natali. Pari modo p. 252 exhibet literatos aliquot milites. P. 286 sq. judicium fert de iis, qui versus patria lingua scriptos (e.g. Gallicos vel Germanicos,) subicere conati sunt legibus Latinæ Græcæque poeseos. Præcæteris lectu dignæ videntur annotationes, quas Vitæ Postelli affudit p. 143 sqq. Vitæ Mureti p. 158 sqq. & Vitæ Jo. Bodini p. 224 sqq.

## NOVA LITER.

Nuntiandum duximus, *Thesaurum Ant. & Hist. Italiae*, cujus Tomum VI hoc Mense recensuimus, nunc integrum proflare Tomis IX, multo pluribus, quam ante constitutum, scriptis rarissimis & partim ineditis repletum; quem mox excipiet *Thesaurus Siciliae*.



# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Februarii Anno MDCC XXIII.*

---

**LEGES ANGLO-SAXONICÆ ECCLESIASTICÆ & CIVILES: accedunt leges Eduardi Latine, Guilielmi Conquestoris Gallo-Normannicæ & Henrici I Latine: jungitur HENRICI SPELMANNI Codex legum veterum & liber statutorum Regni Angliæ usque ad Henricum III: præmittitur Dissert. epistolaris GVILIELMI NICOLSONI, Episcopi Derrensis, de Jure feud. vet. Sax. cum Codicibus manuscriptis contulit, notas, versionem & Glossarium adjecit DAVID WILKINS, S. T. P. Canonicus Cantuariensis, Reverentiss. Guilielmo Archiepiscopo Cantuariensi a Sacris domesticis & Bibliotheca.**

Londini, typis Guil. Bowver, impensis Rob. Gosling, 1721, fol.  
Alph. 5 plag. 8.

**Q**uanto certius & natura & majorum exemplis eo quisque trahimur, ut venerari nostras origines, & memorando quam augustissimas facere, virtutis exemplum in antiquitate intueri, & quibus artibus ad tantum evecti fastigium sumus, cognoscere, tandem si quid vocare in exemplum & æmulationem possis, a parentibus discere cupiamus; tanto rectius Clarissimus Autor patriæ suæ leges & jurisprudentiæ apud suos successionem a primis imperii incunabulis repetere laboravit. Is quidem tum jussu & indulgentia Regis tum Reverendi Nicolsonii, Episcopi Derrensis, autoritate ad illam curam advocatus & in origines legum Anglicarum immifus

fus videtur. Illas & antiquo idiomate expressas & a mendis purgatas restituere, versionem Latinam perpetuo ordine contextam, & prioribus præstantiorem adjungere, tandem varii argumenti commentationibus locupletare opus omne fategit, in quo se negotio antecessores duos, Gvilielmum Lambardum & Abrahamum Whelockum, qui eandem legum Anglo-Saxonicarum editionem olim moliti sunt, tum novarum legum adjectione, tum alia cura largissime superasse credit. In præfatione observat, Britannos primo in victorum semper leges abiisse mox Romanorum jura suscepisse cum imperio, donec a Pictis Scotisque superati Saxonum Duces, Wortigerum, Hangistum & Horiam advocarent ad opem ferendam, & ab illis cum lingua leges quoque ex Arctico Orbe & Latio afferri & promulgari, has partim a Normannis partim a Danis in aliud revocari, tandem a Gvilielmo I in lingua Gallo-Normannica leges alias confarcinari paterentur, postea a successoribus varie auctas & emendatas, quas usq; ad Henrici III chartam magnam hoc opere complecti & publici juris facere constituit. Manuscriptis in illa causa variis, præcipue Cantabrigienfibus, Collegii corporis Christi, Cottonianis, Bodlejano, Rossensi, Twyffeniano, Sonneriano ex bibliotheca Cantuariensi, variisque codicibus usus est, quibus emendare defectus editionum priorum laboravit. Universo operi Gvilielmi Nicolsoni, cujus suavis ad curam præsentem manum attulerat, Dissertationem epistolarem de jure Saxonum feudali præmisit circa Chronologium Germanicarum Anglicarumque legum, originem feudalis juris Saxonibus debitam, ejus in Anglia incrementis, & de Hominii, Wardiæ, Maritagii, Relevii principiis ad Anglos partim recte partim falso relatis fusissime occupatam. Noster quidem ab Æthelbirthi legibus universam operam orditur, plenis barbariei & tenebrarum, ut vel homicidii, injuriarum, nasi, oculorum, membri genitalis pedumq; truncatorum pœnam nullam, nisi aliquot solidos Regi exhibendos constituent. Quam sorditiem & juris ad lucri captationem compositi per omnes hosce Reges unam quasi seriem intueri potes, donec pedetentim ad sanius consilium relata, tandem vero in nugas & superstitiones Papatus converfa, atq; uti res mortalium solent, in deterius prolapsæ sunt,

MENSIS FEBRUARII A. MDCCLXXIII. 51

rursusq; in fine imperantium consiliis paullulum sanantur. Illis secundo Regis Hlotharii & Eadrici leges, Cantuariensibus primo promulgatas, subjungit, quæ paulo magis ad rationem compositæ multa tamen de damno injuria dato, cautione ab accusatoribus criminum capitalium præstanda, purgatione canonica per quatuor sacramentales & unum conjuratorem suscipienda, aliisque seculi illius ineptiis disponunt. Illas tertio Withrædi plurimum ecclesiasticæ de pœnitentia Clericorum, jejuniis, esu carniæ, sub cutis pœna fervis interdicto, sacrificiis Diabolo sub pœna 6 solidorum non immolandis, aliisque id genus nugis miti laici ingenio compositæ leges sequuntur: quibus quarto leges Inæ de regula sacerdotum, baptisimo, duellis & officiis peregrinantium, subjunguntur, in quibus tam severe rapinis interdictum est, ut quemvis iter facientem, qui non vociferetur, aut cornu intonet, pro fure haberi & impuæ occidi jubeant, & tandem peculiare effatum in fine annectant, quod spoliū sit opus hominis nequam. Ælfrædus quinto tum universum decalogum tum omnes populi Judaici leges forenses ex Exodi c. 21 & 22, atque Apostolorum ad Antiochiam reliquasque ecclesias effata ex Actorum 15 vers. 23 - 29 diligenter exscripsit & in Republica sua introduxit; varia deinde de pactorum validitate, captivorum alimentis vulnerum æstimatione, asyli jure in Ecclesia cuilibet per 7 dies, sine cibo tamen, concedendo, multa egregia disponit; post illa sexto in fœdere Ælfrædi & Guthruni Regis de finibus regni ad Tamesin, Ligam, Bedfordiam &c. terminandis & jurisdictionum diversitate variis modis disputatur; leges Eadweardi septimo maxime civilia negotia componunt, de emtione, judicium autoritate, jure hospitii, diebus juridicis, religione Christiana perpetuo conservanda, varii argumenti observationes complectuntur, quæ per fœdus Eadweardi & Guthruni Danis & Anglis denuo esse communia jussa sunt. Octavo legibus Æthelstani de furibus, atheistarum excommunicatione, relegatione, infamia, incantatorum pœna pecuniaria, monetariis, Ordalio, equis extra Angliam non vendendis, multa sancuntur & innumera fere juramentorum formularia recensentur. Nono judicia civitatis Lundoniæ

multa de officiis fœderatorum erga se invicem, de sepulturis monachorum, & officiis ordinum, missa, & precibus publicis disponunt, & si contingat aliquem mori ex societate, quemlibet socium dare unum panem pulmentarium pro ejus salute, & cantare unum quinquagenarium psalmorum jubent. Decimo & 11) ex Legibus Eadmundi & Eadgardi Regum de Clericorum castitate, reatibus, stupris, ritibus sponsalitiis, appellatione & diffamatione multa junguntur, quibus canones Rege illo promulgati de officio missæ & confessionis concepti subnexi sunt, qui peculiarem formulam confessionis his fere verbis præscribunt: *Confiteor omnia corporis, cutis, carnis, ossis, nervorum, renum, cartilaginis, lingue, labiorum, faucium, dentium, comæ, medulla, & rei cujusque mollis vel dura, humida vel sicca peccata*, ut mireris hominem capillis adeo in deterius ingeniosum. Northumbrensiū Presbyterorum leges, 12) de Sacerdotum officiis & criminibus, 13) Leges Æthelredi de fidejussoribus, de re nulla sine testimonio emenda, de advocacionibus, aliisque negotiis civilibus disponunt, 14) Liber Constitutionum ex manuscriptis Cotton. & Ross. sedulo a Summe Rev. Autore exsculptus & tempore Æthelredi sine dubio conditus, præcipua religionis Pontificiæ capita de jeuniis, religione locorum sacrorum, vita cælibe, & multis aliis disponit. 15) Consilium Ænhamense subjungitur, cujus summam ipsa epigraphe his verbis exhibet: *Ego sum consecrationis liber, propitius sit illi dominus, qui me tam pulchri & ornate composuit; Thures piæ memoriæ sic me jussu concinnari; amoris & honoris causa eorum, qui nummi candelaris sunt memores; multum valet is, qui illius explicationem perficere potest; & retribuatur ei rector nationum, quod sollicitus sit multos thesauros consignatos mihi offerre; & ipse mercedem integram inveniat, quod rectam ejus explicationem perfecerit.* 16) Senatus Consultum de monticolis Walliæ, furti poenam, pignorum captionem & supplicium Jctor. qui leges male docuerint, egregie promulgat. 17) Cnuti ecclesiasticis legibus de purgationibus per eucharistiam, privilegiis ecclesiæ, cleri conjugiiis prohibitis multa eruantur, in politicis vero assentatorum & calumniatorum poena dictatur & nemo ad appellandi jura ad-

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 53

mittitur, nisi in publico munere constitutus illam sibi veniam impetraverit. 18) Succedit alius liber Constitutionum, quem Auctor ex Codice membr. C. C. C. C. S. 18 diligenter descripsit, incerto rege & tempore confarcinatus, qui de generalibus fidei Christianæ regulis paucula quædam monet, ad specialia vero vix descendit, quibus 19) ex eodem Manuscripto Canones ecclesiastici junguntur, qui a tempore Christi historiam ecclesiasticam conciliorum de origine 7 ordinum, Offitiariis, Lectoribus, Exorcistis &c. perpetuo ordine contexunt. 20) Ælfrici Abbatis epistolæ novam historiam rituum ordinumque ecclesiasticorum repræsentant, quibus 21) liber legum ecclesiasticarum seu incertæ editionis capitula junguntur, ibiq; de officio sacerdotum, de pane Eucharistico, ab ipsis coquendo, de sacris vasis nullo usu alio profanandis, juribus hospitii & liberalitatis alia atque alia traduntur. 22) Leges boni Regis Eduardi, quas Guilielmus Bastardus confirmavit, Latino tantum idiomate scriptæ, de redditibus cleri, Romescot, Danigeldo, ad militem contra pyratas conducendum collecto, murtratis i. e. mortuis inventis, friborgis, seu fide iussoribus, Judæis, Hundredis, Wagentachiis, Trihingis magistratuum speciebus multa erudite excutiunt. Succedunt 23) leges Guilielmi Conquestoris de asylorum jure, damni restitutione, Werigelto, vulnerum æstimatione, delictis carnis, servorum manumissione, aliisque causis pro illius ævi ingenio satis liberaliter conceptæ. Post Henrici I de ordine processus, juribus Comitum, Forestis, Lada, Tholet, Theam aliisq; principibus viris & universa Angliæ facie Leges Latino ore conceptæ & jam ad mitius ingenium reversæ. Ultimo tandem codex legum & veterum statutorum regni Angliæ coronidis loco ponitur, qui vitas & facta Guilielmi I, Henrici I, Stephani, Henrici II, Richardi I, Johannis, usque ad annum nonum Henrici III, emendationem Reipubl. indultam clericis & statibus imperii libertatem, restricta Papæ jura, Scotorum homagia & faciem reipublicæ sereniorum historico contextu complectitur & cum charta magna Henrici III opus omne absolvit. Versio Latina perpetuo adjecta textui quidem satis accurate, Latini oris puritati non semper satis respondet. Notæ omnem juris ambitum & disciplinam

nam largissime exhibent, quæ omnium gentium juribus & diversitate circa quamlibet legem refertur unum quasi contextum juris cujusdam universalis & harmonici videntur repræsentare: ita e. g. legem primam Æthelbirthii de sacrilegio, exiguis solidis componendo, cum aliis Anglorum legibus, qui manum furis abscindi julerant, componit, Pauli Juri ex lege 9 ff. ad leg. Jul. pecul. supplicium sacrilegii capite plectendi subjungit, ex jure Can. Decret. Gregorii c. 12 qu. 2, illos infames judicatos, anathemate percussos, & excommunicatos ostendit, e jure Gothico & Scandico gravissimam suspendii pœnam sine defensione constitutam; multam trium marcarum in Suecia jure provinciali sancitam & exclusos e templo & cœmeterio sacrilegos exhibet; Danos virgis cadere, duplum reposcere, & in ergastulum nauticum fures detrudere, sacrilegos palo & rota ut latrones punire; ex edicto Theodorici capite plecti; ex lege Frisiorum XII duci ad mare, in sabulo aures fundi, castrari & immolari Diis, quorum templa violaverint; Childeberti legibus centum flagella accipere; sacrilegor, ex capit. Caroli M. & Ludovici Imp. capite puniri aut infamia notari, in accusationibus & testimoniis non admitti sacrilegos, longa commentatione evincit, & hoc ordine omnem legum doctrinam studiose connectit. In fine glossarium adjicit, quod vocum obicuritatem, in qua Saxonici juris interpretibus crux nova semper figitur, fusiori deductione ex antiquitatibus illustrat, locupletissima supellectile diplomatum atque autorum rem omnem confirmat, tandem indicem materiarum & legum satis diffusum atque concinnum non sine magna opera confarcinatum subnectit, & ut uno verbo rem omnem complectamur, dignum opus imitatione gentium & æmulatione vicinorum pro Anglia tentavit.

**MICHAELIS HENRICI GRIBNERI, POT.**  
*Pol. Reg. ab Aulæ & Just. Consil. Prof. Publ. in Acad. Vi-*  
*tembergenfi, Selectorum Opusculorum Juris Publici Tomi*  
*IV. accedit Opusculorum Juris Privati*  
*Tomus unus.*

Halæ

**C**onsultissimus Autor & publici & privati juris abundantissimam nobis farraginem aperit; dum, quæ diverso quondam tempore ipsi effluerant, & vel singula atque stillantia nobis satis magna videbantur, uno quasi flumine propinat. Utrumque tanto rectius contextit, atque combinat, quanto certius & utrumque muneri ejus respondebat, & afferri conjunctim ad juvandam salutem publicam debet. Publici juris observationes fusius congestit, & quatuor tomis complexus est, non quidem ut sua serie & ordine omnem juris hujus disciplinam exhiberet, sed uti in quæque inciderat animus, studiose omnia excussit. Si uno oculo rem omnem intueri velis in enucleandis Statuum Imperii juribus, quæ præcipue in ipsorum præjudicium pertinere ad Imperatorem solum creduntur, operam plurimam collocat; sparsim specialia quædam Saxoniarum jura & antiquitates intertextit. Primum tomum sex fere sectionibus absolvit. In priori de jure legitimandi disputat, quod falso ad solius Imperatoris jura relatum, etiam Principibus Imperii debetur, quidquid e Justinianeis Legibus & reservata in ipsis Imperatori potestate alii reclamant, cum neque reliqua Principibus regalia negemus. Quo jure ad Civitates Imperii, non uno a reliquis Statibus intervallo distinctas, legitimandi potestas referatur, in medio relinquit. Neque vero intra Statuum saltem territoria legitimos esse, quos ipsi legitimaverint, docet, quamvis Regalium Statibus ultra territorium usus vix alias relinqui videatur. Quæ tum ex Naturæ & Gentium Jure, tum veniæ ætatis exemplo, aliisque documentis abundantissime tuetur. Neque enim in illo distare ab Imperatoribus Principes, quippe cum utrorumque legitimati per universum Imperium beneficio illo fruuntur, sed in hoc solo eminere ultra reliquos Imperatoris auctoritatem, quod ille omnium Statuum & terrarum cives legitimos faciat, Principes suis tantum hæc jura indulgeant. Non tamen Palatinos Comites in toto idem semper imperio posse, sed Jctorum sæpe jura non minus ac Nobilium & Notariorum auctoritatem voluntate & placitis Statuum limita-

mitari. Ad Comites tandem sectione secunda paulo studiosius convertitur, & quid illis circa legitimationem illegitimorum liceat, sollicitè exquirat. Multa de ipsorum originibus, quas a Palatinis Germaniæ, præcipue Rheni & Saxonis, deducit, de dignitate infra Doctores, Nobiles, Consules Municipales constituta erudite exquirat. Negat, ipsos invitis Statibus in ipsorum territorio legitimandi jura exercere, quia Principes tum uno jussu omnes territorii sui cives legitimos efficere, & ita Palatinum usu potestatis suæ excludere, tum quoque legitimationes abolere, veniæ ætatis concessione, Notariorum creatione, aliisque privilegiis Comiti Palatino interdicerè possunt & solent, quod ex larga diplomatum supellectile fusius docetur. Sectio III de jure Imperii Principum, quo famam restituunt, occupatur, illamque Statibus, tum ex Legislatoriâ potestate, notandi infamia, aggratiandi, dispensandi, tum aliis juribus asserit, & illo beneficio vel omnes, qui ex Recensibus Imperii infames erant, si solos bannitos excipias, restitui posse arbitratur. In fine varias quæstiones, de infamia facti, quam p. 100 negat, de Restit. adversus levem maculam, de restitutæ famæ effectibus p. 111, non sine legentium emolumento subnectit. Sect. IV Regalia jura, quæ falso ad jurisdictionis accessiones referuntur, ad Principes revocat, & eo nomine jus legitimandi etiam ab aliis usurpatum, jus restituendi famam, ad quod magistratus & præcipue Academiæ falso aspirare p. 121 credit, reservandi famam potestatem, jura transigendi de infamia, abolitionis, remittendæ inquisitionis, commutandi pœnam (quod saltim in arbitrariis obtinet, & in Elect. Sax. magistratibus non vero præfectis datum, neq; ad duella & carnis delicta extenditur) venandi, retractus, succedendi in bona vacantia, jura & privilegia fisci, cum multis aliis notavit, atque Principibus restituit. Sect. V de præjudicio Statuum Imperii ex abusu juris Justiniani multa egregie monet, quam tractationem de damnis, quæ in jure I publico, II privato, III illo, quo erga subditos Principes utuntur, exinde sentimus, tribus capitibus dispensavit. VI Sectio de Principum Imperii precibus primariis disceptat, atque jus illarum soli Imperatori datum non esse, sed etiam Principibus relinqui, exemplo Moguntini, Coloniensis, Palatini, Saxonis, Brandeburg



burgici, Brunsvicensis, aliorumque Protestantium, inprimis Lubecensis Episcopi confirmat, cujus Precum ad Capit. Uthinense exemplar in fine subjungit. Tomus II quatuor sectionibus divisus est, quarum prima de juribus Vicariorum Imperii, ipsis perperam negatis, agitur, quæ non ex Legibus Rom. sed publico jure deprecanda esse ostendit, cujus argumento Pro Regi semper jura Regis tribuere conatur. Hinc utrumque Vicarium jus dicere in Camera, neque solum Moguntinum id sibi sumere; in judicio Vicariatus, de criminalibus, feudalibus, vectigalibus cognoscere, ad beneficia eccl. Candidatos offerre, pecunias Imperatori adhuc debitas colligere, inde sumptus administrationis suæ repetere, imo & feuda vacantia curare; tandem ab illis sola Principum feuda excipi, de quibus p. 68 sqq. duas distinctas observationes adjungit, & rem omnem Programmatis Vicariatus Principum Saxoniz componit. Neque ab his Sect. II multum discrepat, ubi de precibus primariis Vicariorum disputatur, quarum jus ipsis p. 116 merito vindicat, quia omnia ipsis jura Imperatoris deberi præsumit, nisi expressa lege extorta & solis Imperatoribus relicta. Illas nullo religionis atque Sacrorum discrimine in terris, quæ ad cujusque Vicariatum referuntur, capitulo proponi, & ab Imperatoris auctoritate non differre, imo ab illis, qui Vicarii sunt, sæpius repeti, si Vicariatu sæpe fungantur; quod non secus ac universam ditribem exemplo precum Joh. Georgii II ad cap. Eccles. Metrop. Magdeb. non sine voluptate evincit. Sect. III terras juris Saxonici curiosius recenset, & huc præcipue Elect. & Princip. Sax. Anhaltin. Lauenb. Brunsv. Luneb. Magdeb. Halberst. Hildesh. Holfat. Bremenf. Westphal. Cliv. Jul. Mont. Minden. Oldenb. Frif. Thuring. Hass. Marchias, Lusat. Misn. Mecklenb. Pom. Boh. Siles. Morav. Poruff. aliasque multas referendas ostendit. Sect. IV de Vicariis Imperii quædam miscellanea subnectit, Ducemque Sax. non ut Marechallum, sed propter antiquitatem Ducatus, qui inter reliquos fere primus est, Proviforem seu Vicarium Imperii esse; conservandam distinctionem Vicarii Univ. & Part. non teneri Principes invites, ut Vicariatu fungantur; non mortuo solum Imperatore, sed etiam si Reipubl. causa absit, hanc spartam Vicarios obire, ex antiquis Diplom. & certiffi-

ma rerum fide locupletissime testatur. Tom. III sex controversiæ excutiuntur, quarum prior de juribus Palatinatus Duci Electori propriis multa egregia habet, ubi præcipue Ernestinorum Expectativa & Simult. Invest. de Palat. notatur, & loco coronidis multa specialia de Palat. Thuringiæ p. 130 exhibentur. Altera de titulo Com. Pal. Sax. in litteris Henrici Illustris agitur, quo ipsum post Henr. Rasponis obitum perpetuo usum fuisse, ex antiquis monumentis eruit, & in fine Theodorici March. de Landsberg Venditionem Castrorum Sconditz Episcopo Martisb. factam in supplementum annectit. Sect. III Sigillum Majestatis Saxonice Rudolpho, Alberto, Wenceslao, Guilielmo, Ernesto aliisque commune fuisse perhibet, quod præcipue e tabulis Senatui Vitemb. & Delizensi ab Alberto & Ernesto indultis confirmat, quarum seriem p. 52 & 55 intertextit. Sect. IV de Friderico Sap. Præfecto Prætorio erudite & copiose commentatur, & integram Confirmationem Statut. Vitemb. quæ Friderico debetur, in coronide exhibet. Sect. V Lusatiæ jus Civit. Imp. Germ. asseritur, præcipue ex trium March. Lus. Misn. & Brandenb. juribus conficitur. Sect. VI de Gerone Marchione multa disputat, & Ducis titulum publica ipsi autoritate tributum ad March. Brandenb. referendum non esse ostendit. Tom. IV Sect. I preces primarias Imperatorum sine Pontificis venia validas denuo urget, & Conrado Oligenio omnem diatribem opponit, illarumque valorem ex longa consuetudine, jure circa sacra, Instrumento Pacis Westphal. exemplo Ferdinandi III, Leopoldi aliorumque confirmat & Leopoldi preces ad Cap. Hildesh. nec non Clementis XI ad idem litteras ex sua supellectile depromit. Sect. II de Observantiis Colleg. jurid. ad §. 49 Resol. Grav. de A. 1661 multa egregia monet, tres epochas Jurisprudentiæ, I Glossatorum, II Sententiarum Communium, tertiam Observantiarum notat, de quarum nullitate & peste, quam Legum disciplinæ attulerunt, multa erudite discutuntur. Sect. III Juris nostri incertitudinem ex Legum, quibus utimur, dubia autoritate derivat, & omne ejus dubium ex legum paucitate, vel nimia frequentia, vel Jureconsultorum Observantiis, vel Legum obscuritate & incertitudine oriundam esse docet; omne jus pri-  
vatum

vatum, etiam Canonicum, & Justinianeum, particulare esse, & illud non sine periculo negari, cum juri superioritatis territorialis Principum, quod & in Legum introductione & abrogatione occupatur, ita haud obscure derogemus. Præcipue ignorari, in quantum Germanorum Leges valeant, quo tempore, quibus auspiciis latæ, recepta Romana jura principalia an subsidiaria sint, quæ juris Canon. Capitula approbata, & in Curias Protest. introducta? & ex illa caligine aliaque temulentia lapsos Jureconsultos interpretatur. Sect. VI de jure suffragii per præscriptionem & intermissionem non pereunte controversiam movet, quia cum intermissione animus derelinquendi in Principibus non præsumitur, sed expresse probandus, quod exemplo Regis Boh. Ducis Lauenb. Abbatissæ Hervordensis aliorumque docetur, & ex Livio de Flamine Diali post longam intercapedinem in senatum reverso, largiter illustratur. Sect. V de Dominio directo in alienis territoriis exercendo agitur, & illa extra cortem feuda appellari in Consuet. Feud. recte judicat, illudque dominium vel ab Imperio aliis, quam qui terris illis præsideant, dari posse, vel præscriptionibus, conventionibus, aut subditorum oblatione constitutum esse, cum multis aliis causis eo spectantibus illustrat. Tandem Tomo V ad jus privatum devolvitur, quem novem Sect. dividit: I de incestis cum novercæ matre nuptiis; altera de Probatione Gratiud. in Querela Inofficiosi, a fratribus instituta; Sect. III de eo quod justum est circa feras ex custodia elapsas; IV de intercessione Conjugum in Bigamia; V de Tortura Confessi & denuo infitiantis, quam ultra tertiam repetitionem non indulgendam esse, sed tunc locum esse interdum pœnæ arbitrariæ credit; Sect. VI de usu tormentorum apud Athenienses; Sect. VII de Actibus a Procurat. sine speciali Mandato non tentandis; Sect. VIII de usu Except. Spolii in foro Sax. Sect. IX de probationibus juramenti declinandi causa susceptis & hinc regressu ad juramentum non concedendo, contra communem opinionem, non sine locupletibus argumentis & ex rei dignitate disceptat. In fine quintuplicem Indicem, I Auctorum, II Diplomatum, III Enunciatorum, IV Legum citat. V materialium, magno studio subjungi curavit, ac tan-

to dignius rem omnem confecit, quanto certius ex illo fonte omnia poteris magna expectare.

*JACOBI RHENFERDII OPERA PHILO-  
logica, dissertationibus exquisitissimi argu-  
menti constantia &c.*

Trajecti ad Rhen. apud Guil. van de Water, 1722, 4,  
Alph. 5 pl. 13.

**Q**Uam operam Rhenferdus, Philologus paucis abhinc an-  
nis famigeratissimus, codici Talmudico Joma, a Roberto  
Sheringhamio ex Hebræo in Latinum verso, & commentariis  
illustrato, in lucem denuo producendo & exornando; item-  
que dissertationibus philologico-theologicis de stylo N. Testa-  
menti in uno quodam syntagmate colligendis, præstitit, in  
Actis nostris A. 1696 p. 393, & A. 1702 p. 68 pro instituti no-  
stri ratione expositum est. Jam in hoc volumine exhibentur  
dissertationes ipsius, seorsim antea divulgatæ, & more Acade-  
mico maximam partem habitæ, atque ab ipso collectæ, cum  
notulis nonnullis, quas Autor quibusdam dissertationibus excu-  
sis sua manu adscripserat, & orationes duæ, quarum altera typis  
antea descripta fuit, altera nunc demum ex MSto in lucem pro-  
trahitur. Hisce operibus philologicis præmissa est præfatio Clar.  
Davidis Millii, quo autore bibliopola eorundem editionem  
suscepit; & oratio funebris in obitum Jac. Rhenferdii A. 1712  
in templo academico dicta a Ruaro Andala Theologiæ & Phi-  
losophiæ in Academia Franequerana Professore Ord. & anno se-  
quente in fol. impressa. In illa operum Rhenferdianorum præ-  
stantia extollitur, & de controversia, quæ Rhenferdio cum  
Wirsio de sæculo futuro intercessit, judicium fertur, postea no-  
bis commemorandum: in hac vero vita, dotes & scripta Rhen-  
ferdii, una & altera dissertatiuncula prætermissa, iusto ordine  
recensentur. Quod ad *vitam Rhenferdii* attinet, in lucem hanc  
editus est Mulheimii Ubiorum in ducatu Montano A. 1654 d. 15  
Augusti, patre Jacobo Rhenferdio, Verbi divini apud Mulhe-  
menses ministro, & matre Maria Lintelauw, mercatoris Colo-  
nien-

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 61

nienſis filia. Eximia quum in ipſo a pueris apparerent naturæ dona, ut *Φύσει* accederet *μάθησις*, pater curavit ſedulo, & filium ſuum novennem in ſcholam Meurſiæ florentem miſit, ubi Streſonis, Paſtoris ibidem contubernio, & Schondlagenii Conrectoris inſtitutione in Latinis & Græcis literis potiſſimum eſt uſus. Sex annos in hoc pulvere ſcholæſtico moratus, ad aſſinem ſuum Joannem Henſen ſe contulit Schwertam, Hebrææ linguæ fundamenta ſecundum methodum Altingii jaſcturus. Anno ſequente Hammonam proſectus, per triennium Abrahamo Gulichio & Adriano Pauli in Gymnaſio Hammoniensi ſe diligentem auditorem præbuit, & huic quidem ſe ita probavit, ut liberos ſuos ipſi convictori & contubernali erudiendos committeret. Elapſo triennio per varia discrimina, quum tempora illa bellum accenſum redderet turbulenta, in Academiam Groninganam pervenit, & ab Altingio in intimam familiaritatem eſt admiſſus, cujus quam plurimæ in Tomo V Opp. exſtant literæ ad Rhenferdium datæ. Habita deinde poſt triennium diſputatione publica *de viis DEI*, ſive *de vera religione*, in numerum Candidatorum Miniſterii receptus eſt. Sed quanquam Duffeldorpii duas conciones uno eodemque die habuit rogatus, & ſemeſtri ſpatio omnes muneris ſacri partes ſuſtinuit: eccleſiaſticum tamen officium non æque ambiens, ad literas quippe Orientis excolendas natus, Amſtelodamum abiit, ut majores in Rabbiniſis progreſſus faceret. Annos XXIV natus, Scholæ Franequeranæ Rector conſtitutus eſt, & ad munus Profeſſorium adſpirans, a Senatu Academico Collegia in linguis Orientalibus aperiendi facultatem petiit & impetravit. Sed pulveris ſcholæſtici pertæſus, Rectoratu ſcholæ ſe poſt biennium abdicavit, acceptoque rei in ſchola bene geſtæ a Magiſtrato Franequerano publico teſtimonio, Amſtelodamum rediit, in ſcientia Rabbiniſca ulterius proficiendi ardore commotus, ubi ſummorum Virorum filios humaniorum literarum ſcientia imbuendo lautum ſatis ſtipendium facere potuit. Amſtelodamo autem Franequeram biennio vix elapſo revocatus, & in locum Campegii Vitringæ, ad Profeſſionem Theologicam evecti, A. 1682 ſurrogatus, Profeſſoris linguæ Hebrææ cæterarumque Orienta-

lium, necnon Philologiæ sacræ munus, habita oratione *de baptismo Adami*, est auspicatus. In quo innere per XXX annos pro ingenii sui sagacitate, iudicii acumine & varia eruditione, rerum suarum strenue satagit, Rectoratum Academicum tribus distinctis vicibus gessit, vitam duxit cælibem, & per annos bene multos corpore valido fuit, atque ad seram senectutem, si paulo accuratiorem vitæ & victus rationem habuisset, & si forte obsequiosa uxor omne id incommodum prævenisset, pervenire potuisse visus fuit. Sed corpus sensum attritum intemperiem contraxit, quæ primum lente proserpsit, at deinceps gravissima successively peperit symptomata, atrophiam, marasimum, sphaecelum digitorum majorum pedum, & tandem, quum hoc ultimum symptoma aptis medicaminibus ferme superatum videretur, anomiam, qua d. 7 Nov. A. 1712 sensum & sine ulla vehementiore convulsione diem supremum obiit, ita ut ipsum mortis momentum a præsentibus solícite & anxie observari debuerit. Jam quod ad scripta Rhenferdii, quæ, si *comparationem expiationis anniversaria Pontificis M. in V. T. cum unica ac æterna expiatione Jesu Christi*, A. 1696 codici Talmudico Joma additam, & a nobis eodem anno p. 398 in Actis excerptam; itemque *dispositionem scholasticam argumentorum, quibus probatur, mortem corporalem non esse penam peccati*, pro Synodo Brielana, A. 1693 ἀνωμόως editam; & *momentum controversiæ de morte corporali*, A. 1702 ponderatum & examinatum, quæ duo scripta Rhenferdio aliud quasi agenti excidisse refert Andala, cum *exercitatione Grammatica in Ps. I & Gen.* I editori adiacere placuisset, in hoc volumine continentur omnia, eruditius quidem illa jam dudum innotuerunt, nec opus est, ut multa de illis faciamus verba; paucis tamen eo, quo in hoc fasciculo se invicem excipiunt ordine, eadem perlustrare, & quæ non cuivis cognita & perspecta sunt, breviter enarrare, ab instituto nostro non alienum esse arbitramur. Primo statim loco conspicitur dissertatio *de stylo apocalypseos cabbalistico*, quam A. 1679 sub præsidio Joannis van der Waeyen publice defendit, quum adhuc Rector scholæ Franequeranæ esset. In hac, quanta sit styli apocalyplici cum cabbalistico convenientia, demonstraturus,

Apoc.

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 63

Apoc. I, 4, 5, 6 non modo illustra styli cabbalistici vestigia deprehendi, sed & integram fere cabbalam sephiroticam *ὡς ἐν κεφαλαίῳ* comprehensam esse contendit. Hac mente decem sephiroth, nomine tetragrammato *יהוה* comprehensas, & in tres superiores ac septem inferiores distinctas, fontem & originem esse omnis benedictionis, quæ hominibus contingere potest, in precibus ac supplicationibus conjungendas, ex Judæorum testimoniis fusius exponit. In fine quidem hujus dissertationis alia quoque Apocalypseos loca se illustraturum, quibus Cabbalisticæ de iride, altari mediatore eodemque loco animarum, stylo Joannis & fidei orthodoxæ convenienter tradant, & aliarum phrasium, apocalypsi propriarum, cum Cabbalisticis harmoniam monstraturum indicavit; sed fidem promissi non præstitit. Quæ hanc sequuntur dissertationes dux de *phrasi græca* Diff. II, III. N. T. *ὁ αἰὼν ὁ μέλλων*, & *Hebræa* *העולם הבא* Syntagmati dissertationum de stylo N. T. A. 1701 annexæ, a nobis in Actis A. 1702 p. 72 jam laudatæ sunt. Hinc missis illis, ad duas sequentes progredimur de *fictis Judæorum & Judaizantium hæresibus*, quas A. 1694 ventilavit: nempe, quum Josephus natione Judæus, & rerum Judaicarum minime rudis, tres tantum sectas commemoret stante templo secundo in populo Judaico florentes, Pharisæorum puta, Sadducæorum & Essenorum; Patres vero primitivæ ecclesiæ vulgo sex, septemve, & plures adhuc Judæorum hæreses fuisse tradant: Autor in priore dissertatione de Genistis, Meristis, Hellenianis, Galilæis, Baptistis, Hemerobaptistis, Marbotheis, qui etiam Morbonei, rectius Marbonei & Sabbatarii dicti fuerunt; itemque de Samaritis, Scribis, Herodianis, & omnium copiosissime de Nazarenis vel Nasaræis; & in posteriori de Ebionitis, prolixè & erudite disputat, eo animo, ut numerum hæreticorum præter meritum ita adauctum imminuat, novos & obscuros homines illustret, & vel ex hæresium albo deleat, vel ad suam quemque classem referat. Pari ratione in sequente dissertatione A. 1695 VI. habita *Setbianorum* causam agit, qui Abrahamo, Ebero & Semo, Patribus populi Judaici, missis, Sethum Epiphanio dicuntur elegisse, a quo nomen & originem derivarent. eumque pro  
Messia

- Messia habuisse. Hos ipsos non tam ex Gen. IV & Num. XXIV, quam ex Judæorum nonnullorum traditione, qui Evam, cum post eadem Abelis Sethum enixa esset, sese jam certe Messiam peperisse sibi persuasum habuisse dicunt, originem traxisse credit, & eodem jure Sethianos argui posse ait, quod Sethum pro Messia habuerint, quo Lutherus & alii, Evam in partu Caini in hæc verba erumpentem: *acquisivi virum ipsum Dominum*, Cainum pro Messia habuisse, statuentes Cainitæ dici possent. Atque sic omnia & singula, quæ de Sethianorum fide narrantur, commode & dextre accipi posse ac debere affirmat: & optandum utique fuisset, ut promissam dissertationem de *Ophitis*, qui & ipsi Sethiani fuerunt, orbi erudito tradidisset. Sic etiam de redemptione *Marcosiorum & Heracleonitarum* in peculiari dissertatione ita disputat, ut formulas utrorumque, quibus loco confessionis usi fuerunt, quæve in Irenæi & Epiphaniæ codicibus sunt luxatæ & mutilatæ, rite interpretetur, & Marcum atque Heracleonem, Ebionitas fuisse nullus dubitans, id est, ex Judæis Christianos, quod partim ex lingua, qua usi fuerunt, partim ex nomine, quod alteri formulæ impositum est *גאולה* seu redemptionis, partim denique ex methodo docendi cabbalistica liquido constare arbitratur, ex ipsis Marcosiorum & Heracleonitarum formulis colligi posse ostendat, quam præclare & orthodoxe de Jesu Redemptore senserint, & quo jure hæreseos sint accusati. A. 1696 dissertationem habuit de *antiquitate literarum Judaicarum*, in qua ex significato nominum literarum orientalinum, in plerasque literas Judaicas optime quadrante, quadratos characteres, quibus Judæi hodie utuntur, Samaritanis literis longe antiquiores, & palmarium dissentientium, Scaligeri, Casauboni, aliorumque argumentum, a siclis Judaicis Samaritano caractere inscriptis petitum, nullius profus momenti esse, evincere conatur. Hanc quæ excipiunt dissertationes,
- IX. X. dux de *decem otiosis* &c. A. 1686 primum editæ; itemque
- XI. *stigatio præfectorum & ministrorum synagoga*, A. 1700 divulgata; & denique dissertatio de *כל הקהלות רב המנהיג*, sive de *Arabarcha* vel *Etnarcha Judæorum*, cujus Josephus sæpe meminit, supremo scilicet inter Judæos Alexandrinos, aliosque extra
- pa-



patrium solum degentes Magistratu, A. 1702 habita, quum Campegio Vitringæ integrum tractatum de Synagoga vetere, in Acta nostra A. 1696 p. 66 relatum, extorserint, argumentum earum, tanquam satis cognitum, in præsentis brevitatis studio comode præterire posse nobis videtur. Properamus potius ad dissertationem A. 1704 habitam *de ratione observandi genium vocabulorum Hebraicorum significationem*, quam dignissimam judicamus merito, quæ ab omnibus hermenevticæ sacræ studiosis attente perlegatur. Quemadmodum enim Antonius Schorus in lingua Latina verborum simplicium vim maxime æstimari posse docuit, aut rebus, quibus tribuuntur, aut contrariis, quibus opponuntur, aut finitimis, quibus adjunguntur, aut iis, quibus explanantur: ita vocum Hebræarum significatum & emphasin iisdem viis liquido & certo cognosci posse, Autor noster in hac dissertatione uno alterove exemplo declarat. Ex. gr. Jos. I, 6, 7, 9 & 18, Es. XXXV, 3 & Hiob. IV, 3, 4 **פִּי** conjungitur cum **יָדַי**, & illud quidem verbum tribuitur *manibus atque brachiis*; hoc vero *genibus*: illud itaque *manibus remissis* oppositum, significare debet, *manus intendere, in pugnum contrahere, valide & omnibus viribus agere, adprehendendum, retinendum vel feriendum*: hinc etiam derivata a **פִּי** eandem servant significandi virtutem, ut vires & robur manuum denotent: hoc vero *genibus offendentibus, vel se incurvantibus, & titubantibus, lapsumque minantibus* oppositum, significat firmitatem, *firmis minimeque flexibilibus esse genibus, firmum & immotum persistere*: quando ergo duo hæc verba conjunguntur, significant *omnibus viribus agere, manibus pedibusque contendere atque anniti*: quando denique a corpore ad animum transferuntur, *magno fortique animo esse ad audendum, firmo item & constanti ad impetum hostilem sustinendum*; vel quando active usurpantur, *animum alicui addere, jubere aliquem bono firmoque esse animo, abjectum jacentemque animum erigere & confirmare*, & sic denique *adjuvare* significant, metaphora a re agonistica desumpta. Sic etiam ad Ezech. XXXV, 35, quomodo singulorum verborum vis sit indaganda, & quemadmodum ea, quæ similia videntur, veniant distinguenda, egregie ostendit,

- dit, & Cocceji ac Forsteri Lexica Hebraica, nec non Geieri Commentarios Pfeiffero tantopere & jure merito laudatos, hoc nomine potissimum commendat. Eodem anno edidit quoque *periculum Palmyrenum*, sive literaturæ veteris Palmyrenæ, a Palmyra, urbe Syriæ non procul a Phœnicia, ita dictæ, indagandæ & eruendæ rationem, & specimen illustri Cuperio inscriptum. Characteres Palmyrenos Scaliger dixerat ignorabiles, & Eduardus Bernardus Inscript. Palmyr. p. 9 confessus erat: Palmyrenum si quis dederit alphabetum, erit mihi magnus Philologus. Hunc titulum merito suo sibi acquisivit Rhenferdius hoc ipso specimine, in qua inscriptione nonnullas Palmyrenas illustravit, & alphabetum Palmyrenum exhibuit. In dissertatione A. 1705 habita, de *statuis & aris falsis verisque Dei & hominum internuntiiis*, ad verba legum Exod. XX, 23, 24 de demonibus, summi Dei majorumve Deorum internuntiiis, sive spiritibus mediatoribus, eorumque cultu symbolico per statuas & imagines, disserit, & rationem indicat. Eodem anno etiam *observationes selectas ad loca Hebræa N. Testamenti* in tribus disputationibus, hæc in unum contractis, ventilavit; atque in his Matth. I, 17 de tessera decade generationum ab Abrahamo ad Davidem; Jud. Ep. v. 14 de Henoch septimo ab Adamo; I Cor. XV, 45. 47 de primo & secundo homine; Luc. VI, 1 de Sabbatho *δευτερεπρωτω*, quod Auctori nostro est primum Sabbathum respectu anni sacri; & denique Matth. XVIII, 15-17 de Ecclesia, quæ ab ipso pro numero hominum accipitur denario, prolixius explanantur. Periculum vero Palmyrenum A. 1706 secutum est *Phœnicium*, sive literaturæ Phœnicæ eruendæ specimen, in quo numerorum quorundam, Phœnicis literis signatorum, inscriptiones interpretari conatus est. Quæ porro sequitur *conjectura de recto Sabbathi* ad 2 Reg. XVI, 18, variis variorum sententiis relatis, rectum hoc locum editionem in templo Hierosolymitano fuisse tradit, ex quo sacerdotes ingressum Sabbathi ejusdemque exitum tubæ cantu populo denunciare solebant. Quum quoque Eusebii Cæsareensis, & Hieronymi loca nonnulla de situ & nominibus locorum Hebraicorum a librariis pessime corrupta esse deprehenderet Rhenferdius,
- Patrum

Patrum istorum diligentiam, fidem & eruditionem vindicaturus, *periculum criticum, sive dissertationes philologicas in loca depravata Eusebii & Hieronymi* edere incepit, quarum quatuor prodierunt, in hoc volumine exstantes. Ut ex hoc specimine specimen aliquod adducamus, monstrum utique videtur, quando apud Eusebium legitur: ΑΚΘΑΡΙΜΑΚ, Συνοδος τῶν κατασκήπων. Hæc verba quum Hieronymus reddiderit: ABETHARIM. pro quo *Aquila & Symmachus exploratorum viam interpretati sunt*; Autor noster non dubitat, quin pro ΑΚΘΑΡΙΜΑΚ ΣΥΝΟΔΟΣ legendum sit, Α. ΘΑΡΙΜ. ΑΚ. ΣΥΜ. ΟΔΟΣ. id est, AATHARIM vel AETHARIM, ex quo Eusebii ΑΚΘΑΡΙΜ & Hieronymi ABETHARIM librorum ofseitantia enatum, ex Hebr. אֶתְרִים Num. XXII, 1, *Aquila & Symmacho* idem esse, quod ἑὸς τῶν κατασκήπων. Ex quo satis liquere arbitramur, quam feliciter locis Eusebii & Hieronymi depravatis medicinam attulerit Rhenferdus, qui etiam *notas criticas & observationes nobis dedit in Eusebii & Hieronymi onomasticon locorum sacrorum: & exercitationem Eusebio-Hieronymianam de angulo Arabia, vel Batanaea, quem regionem esse urbis Carnaim, vel Astaroth Carnaim conjicit.* Et sane de utroque immortaliter meritis fuisset, si ipsi codices & alia subsidia suppeticissent, & ad utrumque integritati suæ & pristino nitore restituendum, observationes suas absolvere licuisset. Exercitationem vero Eusebio-Hieronymianam sequitur in hoc volumine *Epistola ad amicum de origine & significato vocis ATTA*, Franquetæ jam A. 1688 typis descripta, & ab Andala in oratione funebri prætermissa. Hanc vocem ΑΤΤΑ antiquissimam esse, & Gothicis, Germanis ac Græcis aliisque populis *Patrem* designasse, & initium orationis Dominicæ *Gothicæ* sic habere: *ΑΤΤΑ* unſre thū in Minnam: *Cantabrice: Gure, ATTA, corue tartarica: sic & Tartarice: ATA visoum, & Turcice: Bismum ATAMUS* &c. Helvetios quoque eandem vocem in Symbolo Apostolico retinuisse, verba: *confedit ad dextram Patris sui caelstis*, hoc modo exprimentes: *ist gelesen zur Rechten seines humilischen U D D E M*: nomen autem *Patris* non apud Romanos solum, sed etiam apud Hebræos, antiquos & recentiores,

Diff. XIX.  
XX. XXI.  
XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

eximie dignitatis atque excellentie nomen non esse observat  
 Diff. XXVI. Porro exhibentur in hoc volumine *Rudimenta Grammatica  
 Harmonica linguarum Orientalium*, nempe Hebraeae, Chaldaicae,  
 Syriacae & Arabicae, quae A. 1706 tradere incepit, sed,  
 quod merito dolemus, ad finem non perduxit. Ultimam lo-  
 cum occupant *vindictae sententiae de saeculo futuro*, quas, uti  
 XXVII. Millius in praefatione refert, bibliopola ommittere constituerat,  
 tandem ad calcem libri adjici curavit, ne de defectu aliquo con-  
 queri possent lectores. In his ipsis vindictis Rhenferdus, phra-  
 sin **הַעֲלָמָה** veteribus Hebraeis & alicujus autoritatis Rab-  
 binis duntaxat **עַלְמָה הַגְּמוּלָה** *saeculum retributionis*, post hanc vi-  
 tam futuram, nusquam vero **יְמֵי הַמְּשִׁיחַ** *tempora Messiae* de-  
 notare, sibi persuasum habens, loca a Wurfio in peculiari disser-  
 tatione Miscellaneis suis inserta, ad posteriorem significatio-  
 nem confirmandam allata, rigide examinat. Probatum vero  
 Clar. Millii **ἐπιμνηστικόν** in praefatione adductam, Hebraeorum qui-  
 dem Magistros saepius phrasi hac ita uti, ut non nisi de con-  
 ditione, quae hanc vitam secutura est, accipi posse videatur:  
 nihilo minus tamen negari cum ratione non posse, eosdem ma-  
 gistros, veteres maxime, saepius quoque tempora Messiae hac  
 phrasi intellexisse; id quod quam plurimis testimoniis ex Judae-  
 orum monumentis adductis evidenter demonstrat, & ab ipsius  
 Rhenferdii exceptionibus vindicat. De duabus annexis *oraticio-  
 nibus* quaedam adhuc supersunt monenda, quas ob argumenti  
 praestantiam lectu nobis jucundissimas fuisse fatemur. Prior de  
*fundamentis & principiis Philologiae sacrae*, in solenni panegyri  
 A. 1710 dicta est, quum fasces academicos deposuit Rhenfer-  
 dius, & anno sequente edita. Per fundamenta vero & principia  
 Philologiae sacrae historias & res gestas, ritus quoque occasione  
 rerum gestarum institutos, eorumque finem & usum intelligit.  
 Prima ergo & praecipua Philologiae fundamenta in historia Ada-  
 mi, Abrahami & foederis Sinaitici ponit, monetque, in statu in-  
 tegræ quatuor leges positivas considerandas esse, de conju-  
 gio, labore, dominio, & cibus: in restitutione Adami lapsi in  
 statum gratiae observari oportere mysterium salutis, confessio-  
 nem Adami, ritusque sacros victimarum, altaris, vestium sacra-  
 rum,

rum, sacri etiam baptismi, & denique Sabbathi institutos: hos ipsos ritus, ut & reliquos ab ipso Deo, tempore Abrahami imprimis, additos, a Patriarchis observatos: magnum autem caeremoniarum jugum ad montem Sinai Israelitis impositum esse; ubi de legibus Mosaicis prolixè differit, & tandem concludit, hæc ipsa Philologiæ principia ab illis Spenceri & Marshamii esse longe diversa, qui Deum O. M. diaboli simiam fingunt. Posterior *de antiquitate baptismi*, quæ nunc demum in lucem edita est, itidem in Magistratus Academici mutatione superiore tempore habita fuit. In hac contra Owenum non insecite disputans, Israelitas ad montem Sinai baptizatos, baptismum tempore Jacobi jam in usu, & ab ipso Adamo susceptum fuisse, ex mutatione vestium colligi posse affirmat. Utrum eadem hæc sit oratio, qua munus Professorium Rhenferdium auspicatum esse Andala refert; an vero de eodem argumento bis verba fecerit Rhenferdus, definire nobis non licet. Ex dictis autem cuivis perspectum esse potest, quod de semet ipso Rhenferdus testatur p. 813, in scriptis suis senihil nisi nova omnia & aliis indicta proferre esse conatum.

A CHRONOLOGICAL ESSAY ON THE IX CH.  
of the Book of Daniel. &c.

h. e.

*CONATUS CHRONOLOGICUS IN DANIELIS Cap. IX, sive interpretatio vaticinii, de septuaginta Hebdomadibus, per quas Judæi quadringentis & sexaginta amplius annis ante tempora Sospitatotis nostri ipsum annum, quo Messias venire debuit, certo præscire potuerunt; Autore PETRO LANCASTRO, Vicario Bowdonensi, in Cestria.*

Londini, apud Guil. & Joh. Innys, 1722, 4.

Alphab. 1.

**M**essiam eo ipso tempore, quo advenit, a Judæis expectatum fuisse, exterorum pariter ac sacrorum Scripto-  
rum

rum testimonia nos dubitare non sinunt. Vide ex. gr. Matth. XXVI, 63, Luc. II, 25, 38, III, 15, Joh. I, 41, IV, 25; conf. Suetonius in Vespasiano Cap. 4 & Joseph. Antiqu. Jud. Lib. VI, Cap. 3. Signa vero hujus temporis, a Christo ipso Matth. XVI, 3 & Luc. XII, 54 commendata, ex nullo Oraculo certiora aut magis determinata capere potuerunt, quam ex illustri illo vaticinio Danielis, quo sub fine in LXX hebdomadam, quales Judæis in terra Cananæ olim observandæ, Levit. XXV præscribuntur, Messias venturus esse dicitur. Neque dubium est, quin LXX harum hebdomadam supputatio Judæis antiquis, rituum & institutorum reipublicæ suæ, nondum extinctæ, pariter ac rerum proximis ante se Seculis gestarum peritioribus, multo expeditior fuerit, quam Christianis interpretibus, a memoria illarum rerum, quarum notitia ad computum hunc recte instituendum necessaria est, longe remotis. Omnes fere, qui sensum literalem Oraculi illius non deserendum esse agnoscunt, hodie consentiunt, initium LXX hebdomadam deducendum esse a promulgatione edicti cujusdam Regis Persarum, Judæis, antea in captivitate Babylonicam abductis, Hierosolymam reædificandi, atque adeo rempublicam suam pariter ac sacra publica secundum Legem Mosaicam inflaurandi facultatem concedentis, Dan. IX, 25, collato v. 23 & Esdræ I, 12. Esti vero Judæi plura hujusmodi edicta a Regibus Persicis impetrarent, tamen primum inter ea, & reliquorum omnium fundamentum, atque adeo eam per se, tum propter prædicationem divinam, Es. XLIV, 26, 28. XLV, 13. Insuper illud est illud Cyri 2 Chron. XXVI, 22, 23, & Es. XLVI, 1 recensitum. Quare ab hoc edicto supputationem LXX hebdomadam in omni Clemens Alexandrinus exorsus est, & inter juniores eandem sententiam Matthæus Beroaldus, Hugo Broughtonus, Joh. Wichmannus, aliique data opera defendendam susceperunt, ac Belgæ etiam in notis Bibliorum suorum ut simplicissimam & laetis literis convenientissimam commendaverunt. Neque dubium est, quin multo plures illam amplexuri fuissent, nisi temporum rationem obflare putarent, cum ab anno primo Cyri, usque ad nativitatem, ne dicam mortem Christi multo  
plures,

plures quam quingenti anni effluerint. Hæc enim causa ple-  
rosque chronologos recentiores induxit, ut sententiam illam de-  
fererent, & LXX hebdomadas vel ab edicto priori Artaxerxis  
Longimani, septimo regni ejus anno secundum Esræ VII, 7  
dato, vel a posteriori, quod anno regni sui vigesimo in gra-  
tiam Judæorum promulgavit, secundum Nehem. II, 8 numeran-  
das judicarent. Posteriores hanc hypothesein, post Petavium &  
alios data opera sibi expoliendam sumit Autor Examinis LXX  
hebdomadum, Amstelod 1708 editi, & in Actis nostris A 1709  
p. 214 seqq. recensiti. Priorem vero illam post Funccium,  
Buntingium, Lansbergium, Sinsonium, reliquos, novissime  
defenderunt Jacobus Maria Ayrólus S. J. in Libro LXX hebdo-  
madum resignato, Romæ 1713 edito, & in Actis Erud. A. 1717  
p. 422 seq. recensito, & Humphr. Prideaux in Connexione hist.  
Ver. & Nov. Test. Lib. V, conf. Act. Erud. A. 1718 p. 101 sq. At  
Lancastrius veterem, quam dixi, supputationem denuo tuen-  
dam suscepit, & ita cum Chronologia Principum Persico-  
rum, Græcorum & Romanorum, in Canone Ptolemæi recen-  
sitorum, conciliare studuit, ut nulla huic vis inferatur. Itaque  
pro certo sumit, Daniele Cap IX, 25 æque ac præcedenti v. 23  
loqui de edicto, quod secundum v. 1 anno primo Darii, qui Xe-  
nophonti Cyaxares dicitur, & post expugnatam Babylonem, re-  
gnum Chaldaicum una cum Cyro simul auspiciatus est, LXX  
annorum captivitati Judaicæ finem imposuit, & exitum LXX  
hebdomadum ad annum Imp. Tiberii XXII refert, neque ne-  
gat, finem hunc sæpe dictæ periodi ab anno primo Cyri ac  
Darii DLXXII annorum intervallo disjungi. Sed, ut nihilo-  
minus hoc intervallum non plures, quam LXX hebdomadas  
complecti probet, I has non, ut vulgo putatur, annis 490  
sed quingentis æquales statuit, additis videlicet decem annis  
Jubilæis, qui post septimum quemque Sabbathismum in Judæa  
celebrati sunt, sec. Levit. XXV, 8, 10. II Cum anni Sabbathici  
& Jubilæi, non nisi in terra Cananæa, & republica Judaica, ad  
leges Mosaicas conformata, locum habuerint, secundum Levit.  
XXV, 2 seq. hebdomadibus annorum nec metienda, nec nume-  
randa censet tempora illa, quæ Judæi extra terram Cananæam,  
&

& ante rempublicam suam, ad leges Mosaicam restitutam, exegerunt. Jam vero Politiam Mosaicam a Judæis, ex Chaldæa in patriam reductis, non ante annum septimum Regis Artaxerxis Longimani, quo Esdras Hierosolymam profectus est, atque adeo 72 post promulgatum Cyri edictum annis, instauratam fuisse, vel ex Esdræ VII, 25, & Cap. IX ac X probat, & quod speciatim anni Sabbathici & Jubilæi sub Esdra demum in usum revocati fuerint, ex traditione Judaica confirmat. Sicut igitur anni illi 570, qui oraculum divinum Danieli patefactum proxime antecesserunt, ita etiam anni 572, qui idem proxime consecuti sunt, non plures quam septuaginta hebdomades complectuntur: quoniam videlicet in illa periodo 70 ultimi, in hac 72 primi anni Sabbathicis & Jubilæis caruerunt. Ceterum, annum illum Artaxerxis septimum, quo Esra Hierosolymam venit, mense Aprili, vel Majo, anni P. J. 4255, & annum Judaicum, qui primus fuit in renovata post captivitatem Babylonicam æra hebdomadam, a mense Judaico septimo anni præcedentis P. J. 4249 inchoatum fuisse affirmat, idque ex Lydiati hypothese, quæ Artaxerxi Longimano pro annis regni 41, qui in Canone Ptolemæi ei assignantur, annos 46, & avo ejus, Dario Hystaspidi, pro annis regni 36 non nisi 31 adscribit. Hujus enim hypotheseos veritas in Cap. V data opera demonstratur. Itaque LXX hebdomadas, annis quingentis æquales, ab anno Artaxerxis septimo, P. J. 4249, secundum Canonem Ptolemæi, in cujus summa annorum nihil mutat, numerare incipit, & in anno vigesimo secundo Imp. Tiberii desinit, mortem vero Christi in annum Tiberii XIX & in ipsam mediam hebdomadam confert. Patet hinc, doctissimum Autorem a sententia, plerisque eruditibus hodie probata, quæ initium LXX hebdomadam ab anno septimo Artaxerxis deducit, non multum discedere, eandemque cum antiqua illa, quam Clementi Alexandrino tribui & a Beroaldo aliisque, tanquam Scripturæ S. convenientissimam defendi diximus, ita conciliare, ut verba Prophetæ Dan. IX, 25 מִן מוֹצֵאֵי רֵבֵרַב ab exitu verbi, accipiat pro מִן מוֹצֵאֵי רֵבֵרַב post exitum verbi.



MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 73  
*EXERCITATIO GEOMETRICA, IN QUA*  
*agitur de dimensione omnium Conicarum sectionum, curvæ*  
*parabolicæ curvæque superficiei Conoidis parabolici &c.*  
Autore LAURENTIO LORENZINIO,  
*Vincentii Viviani Discipulo.*

Florentiæ, typis Regiæ Celsitudinis, 1721, 4.  
Fol. 20 Tabb. æn. 14.

**V***incentius Viviani*, celeberrimum apud Geometras nomen  
nactus, methodum demonstrandi veterum linearem exco-  
luit in eaque excelluit. Ejus itaque vestigiis insistens *Cl. Loren-*  
*zinius*, dignus tanto Præceptore discipulus, eandem nominis  
gloriam meruit. Natus is Florentiæ loco honestiore A. 1652;  
sed vix Geometriam salutaverat, cum duro fato in vincula con-  
jiceretur, Magni Ducis Florentiarum Serenissima Coniuge in  
Galliam secedente. Nullum ipsi per viginti continuos annos  
cum hominibus literatis commercium intercessit: nullius libri  
usus, cujus lectione recrearetur, concessus. Veritus itaque, ne,  
quæ ex *Euclide & Apollonio* didicerat, successu temporis memo-  
ria exciderent, litteris eadem mandare cepit. Cum autem po-  
tissimum meditaretur, quæ ad Conica elementa spectabant,  
*Apollonii & Viviani* in hoc genere inventa antegressus de Coni-  
cis & Cylindricis sectionibus eorumque solidis XII Libros con-  
scripsit, quos in totidem volumina digessit. Ex carcere tandem  
dimissus, ubi ex *Cel. Grando* intelligeret, quid interea factum  
esset, in novum orbem se translatum fuisse arbitratus. Ani-  
mum itaque & ipse ad sublimiores meditationes appulit &  
sex Exercitationes Geometricas conscripsit, quarum nunc pri-  
ma prodit. Utilisea, quibus volupe fuerit veterum more de-  
monstrare, quæ a recentioribus Geometris per Algebram eruun-  
tur. Solvit enim per lineares demonstrationes problemata;  
qualia hodie per artem analyticam eruuntur. Solvit, inquam,  
problemata per demonstrationes lineares: nequaquam vero,  
quod subinde fieri solet, demonstrationes lineares ad calculum  
analyticum aptat, ut prodeant nec analyticis modernorum, nec  
linearibus veterum similes. Atque hanc viam ingressus in fol-  
vendis

vendis problematis non exiguae artis, successu longe felicissimo. Monet sane Editor, solutum a Nostro problema sequens: *Invenire Conoides parabolicum, quod minimam omnium habeat superficiem eorum, quae eidem sphaerae & ad eundem cum ipsa axem circumscribi possunt, planoque ipsam sphaeram ad unum sui punctum contingente terminantur*: quod ratione analytica solutus P. *Celestinus Rollus* in æquationem quinque dimensionum incidit, quemadmodum apparet ex ipsius ad *Lorenzium* epistola, quæ operi præmittitur. Hujus tamen problematis solutio in præfati Exercitatione non continetur. Quænam in ea sint præcipua, ipse Editor in titulo libri expressit. Unica scilicet enunciatione indicatur centrum gravitatis tam cylindri, quam solidi, circa axem cujuslibet ex prædictis sectionibus geniti a segmento exillente inter duas ordinatas. Unica enunciatione habetur ratio ipsius solidi ad cylindrum. Unica item enunciatione declaratur, quam proportionem habeant inter se momenta hujusmodi solidorum centraliter appensorum in ipso axe, cujus fulcrum sit in alterutra ejus extremitate. Continentur in hoc opere propositiones in universum 72, præter ingentem corollariorum & scholiorum farraginem. In iis generalia quædam theoremata de dimensione spatiorum curvilinearum & solidorum inde genitorum eorundemque superficierum occurrunt, unde dimensiones Conicarum sectionum & ad eas spectantium solidorum derivantur. Vita excessit Autor die VII Kal. Maji A. 1721, dum liber typis mandaretur. Quæ circa eas lineas, quas *Cartesius* Geometricas, *Leibnitius* Algebraicas appellat, meditatus fuerat, & quarum nonnullas ex sectione solidorum deduxerat, *Vulcano* consecravit, antequam diem obiret supremum; dubio procul quod nollet sub suo nomine in orbe proflare, quod imperfectum censeretur poterat. Ceteras quinque exercitationes, quæ lucem publicam nondum adspexerunt, primam hanc rerum magnitudine ac inventionem antecellere monet Editor, earum tamen argumenta minime recenset.

ARITHMETICA UNIVERSALIS, SIVE  
de

MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 75  
*de Compositione & Resolutione arithmetica liber. Editio  
Secunda, in qua multa immutantur & emendantur,  
nonnulla adduntur.*

Londini, impensis Benj. & Sam. Tooke, 1722, 8.  
Plag. 22.

**P**Riorem editionem recensuimus in Actis A. 1708 p. 519 & seqq. Posteriores cum illa conferentes non aliam immutationem factam esseprehendimus, nisi quod ordo problematum fuerit in tyronum gratiam immutatus, ut difficiliora ultimo loco reseruentur & regulæ diverso charactere exprimantur. Methodus vero extrahendi radicem ex æquationibus algebraicis *Hallejana*, quæ priori editioni subjungebatur, & præfatio, quam præmiserat *Whistonus*, omittuntur.

*COMPARITIO AD ANONYMI GEOMETRÆ  
Britanni novam provocationem, ex occasione problematis de Trajectoriis reciprocis, hujusque solutionum  
editarum mense Aug. 1722. Per JOH.*

**BERNOULLI.**

**H**Oc quidem problema fuit propositum a Filio meo, sed ita propositum in Supplem. Tom. VII p. 352, ut neminem provocaret, scilicet tantum Curiosorum in gratiam, unicuique libertate relicta, vel tentandi vadum vel non tentandi; qua in re nihil sane contra modestiam peccatum fuisse nobis persuademus. Extitit haud multo post aliquis Britannus, adhucdum mihi ignotus, qui per litteras, suppresso tamen nomine suo, solutionem aliquam sed sine demonstratione & sine analysi communicavit, editam postea in Actis 1721 p. 156. Solutioni adjecerat Scholium, quod ita comparatum, ut respondendi necessitas nobis imponi videretur.

Hinc continuo ad Acta mihi animadversionem meam, quæ eodem anno prodit p. 270. Duo in solutione Anonymi me desiderare indicavi, unum scilicet, ut exhiberet curvas transcendentis non tantum per quadraturas, sed *per Rectificationes curvarum*

*varum algebraicarum construibiles*; alterum, ut Cycloidem & Logarithmicam variosque hujus casus quæsito satisfaciētes, quos ibidem recensui, actu ipso demonstraret.

Sub initium anni sequentis secundam ad me scripsit Epistolam (vid. Suppl. T. VIII p. 40) in qua quidem hoc alterum effectui dedit, sed priori penitus neglecto, cui hoc prætexuit commentum, *sibi otium defuisse rem ulterius prosequendi, aliaque jam negotia quoque obstare, quo minus animum eidem applicet*, habuit nempe otium præstandi unum, deerat vero tempus præstandi alterum; quid mirum? hoc erat facile & obvium, illud autem difficile & arduum: utrum otii an virium potius defectus sit accusandus, judicent alii.

Communicavit in eadem Epistola solutionem suam sed notis fictis involutam, ne quid, quod metuebat, ex illa expiscarer, ipse vero pariter ex mea, quam prolaturus essem, quamque sine mora sibi videndam deprecabatur, suam adornasse non videretur. Interim non opus erat, ut ad sibi satisfaciendum me provocaret, siquidem, cum ipsius Litteræ advolarent, jam ab aliquot mensibus paratam habebam solutionum mearum descriptionem, exspectans commodam ad Acta Lipsi. mittendi occasionem. Mox postea schediasma transmissum prodit in publicum mense Augusto 1722.

Credebam, me in eo hanc materiam usque adeo enucleasse per multiplices problematis solutiones, quæ sunt innumera genera curvarum tam algebraicarum quam transcendentium, harumque constructiones non modo per quadraturas sed per reclassificationes algebraicarum, ut nihil amplius ad ulteriorem disquisitionem exigi posse sperarem. At vero Anonymus meus, istis omnibus non contentus, omnem movit lapidem, ut porro inveniret aliquid, quo me ad incertam redigere posset: unde post multum laboris & sudoris (licet antea dixerit, *sibi otium deesse rem ulterius prosequendi*) tandem aliquid detexit cui me imparem fore lætabundus putavit. Et tanti quidem momenti res in eo consistit, ut determinetur omnium, quæ satisfaciunt in proposita questione, curvarum algebraicarum simplicissima.

Nec

Nec mora: festinandum erat ad calamum, habebat enim, ita putabat, quo me ligaret: quocirca tertiam pronuper ab Anonymo meo Epistolam accipio, qua, quia tum minus bene valebam, aliquandiu post referata, sperabam me nomen ejus edoctum iri, atque in ea me reperiendum methodum aliquam & mea diversam construendi suas curvas transcendentis per algebraicarum extensiones, quam utique dare tenebatur, antequam novi quid solvendum mihi proponeret.

Sed videtur eludere voluisse officii sui debitum, & maluisse respondere provocando quam satisfaciendo, & hunc quidem in modum: „Oculos, inquit, nuper conjeci in solutionem problematis tui, quam inter Acta Eruditorum mens. August. edidisti. Cum autem unus e primariis hujus problematis usibus sit invenire curvas simplicissimas, quibus solvi potest, ut ipse haud semel innuisti, nec video te indicasse curvam simplicissimam algebraicam, gratissimum nobis facies, si indicaveris ejusmodi curvam simplicissimam, quam problemati respondere observasti, eamque delineaveris; & si significaveris, an demonstrationem habeas, quod curva, quam sis exhibiturus, revera sit omnium algebraicarum, quibus hoc problema solvitur, simplicissima? Curvam autem simplicissimam, quam Amico (*hoc est, si recte conjecio, sibi*) invenisse contigit, una cum ratione eam invenienti, notis fictis, quibus antea sum usus, jam describam &c.

Hicce subnectit cryptographum suum, sub quo curvam simplicissimam abscondi affirmat: docebit dies, quando nos arcani participes reddere voluerit Autor, quid tanto Apollinis dignum in illo contineatur. Ad me quod attinet, tamen non arbitrer, mihi incumbere, ut praesto sim cuique, qui me provocare statuerit, cum praesertim in functione publica consultato non liceat ea quibus adstrictus est pensa seponere, atque cum aliis importune obtrusis negotiis commutare: volui tamen hac adhuc vice horulas aliquot impendere subcivitas, ut nunc quoque satisfacere conarer intempestivae Provocatoris interpellationi, nequaquam mihi dedecori ducens, etiamsi in cassum laborassem, tot aliis distractus negotiis. Ut enim dicam quod res est, non video cur ad quascunque quaestiones ab otiosis mihi pro-

positas respondere magis cogar quam vel ipse Newtonus, utpote qui ab hujusmodi contemplationibus non majori jure quam ego immunis esse debet. Possem enim regerere verba cujusdam Angli (quamvis a nemine provocati) eaque mihi applicare, dicendo: *sive problema solvatur sive insolutum maneat, nihil exinde consequetur, quod me afficiat: nec istis certe meis Insidiatoribus, qui problematis solutionem continenter efflagitant, jus ullum est me ad certamen ingeniorum tanta cum licentia provocandi.* Nec est quod dicant, hoc problema originem habere ex illo quod filius proposuit (a se ipso) non a me, ut male causantur, acceptum; etenim, ut jam initio monui, abfuit a Proponente omnis provocandi animus.

Ne interim triumphum canant ante victoriam, dabo hic Curvam omnium algebraicarum simplicissimam, qualis in casu proposito desideratur, eamque simplicissimam esse demonstrabo. Sed ut evitetur ambiguitas, definiendum primo est, quid per simplicitatem curvæ intelligatur: alia est *simplicitas æquationis* inter coordinatas, per quam curva exprimitur, alia *simplicitas praxeos manualis*, qua curva in plano describitur: in hoc posteriori sensu Newtonus vocat *Ellipsin* Conicarum sectionum *simplicissimam*, eamque ob facilitatem descriptionis præfert Parabolæ, licet hæc simpliciore gaudeat æquatione; atque ideo diserte rejicit Vir summus argumentationem a simplicitate æquationum. Vid. *Algeb. Newt.* p. 314, 315.

Qualem hic *simplicitatem* Anonymus intelligat, non quidem exprimit; verum ex circumstantiis colligo, eum intendere simplicitatem in priori & vulgari sensu sumtam, nimirum ut exhibeam curvam algebraicam problema solventem, quæ exprimitur æquatione inter coordinatas dimensionis quam fieri potest paucissimæ, hoc est, ut more Newtoniano loquar, quæ fit *infimi ordinis* omnium possibilium curvarum algebraicarum problemati satisfaciendum. Desideratam ergo hanc Curvam in modum sequentem describo, sed transpositis literis, ut consuetudinem Anonymi observem; *9abb5cda4eg4i3lm2nopq3r5f3t6u: 20ab6c6d6a14effg6i7l6m7n30ppqq3r4s17t12u; 6abccdd3a8efgbui3l4mnn30ppq4r6s8c*  
6u.

MENSIS FEBRUARII A. MDCC XXIII. 79

*bu. 14ab8cdd11cb6i6l4m4n1104pqr9s11t4u: 16a  
4b3c3d11c3g9i7l5m6n304p9q5r12s12t13u.*

Superest igitur, ut Solutor anonymus aperiat suum logogrimum; quod ubi factum esse intellexero, meum quoque Anagramma protinus revelabo. Sed permittat, ut conquerar de injus-  
sio mecum procedendi modo. Quid enim? si in eventu contingat, meam quam hic tradidi curvam non tam simplicem esse quam quæ ex Anglia transmissa est, annon me in hoc certamine devictum tota Gens Britannica in triumpho circumducet; inque Victorem (qui tunc nomen suum propalare non differet) plausus & præconia largis manibus sparget? Di boni! si hoc contingeret, quis amplius ex nostratibus hiscere, aut quis urgere auderet veteres nostras victorias, quæ nunc haud dubie per recens acceptam cladem oblivioni traderentur, nunquam posthac memorandæ. Sin contrarium contingeret atque mea quam exhibeo Curva forte fortuna simplicior deprehenderetur illa ab Antagonista anonymo inventa; ubinam tunc quærendus esset Aggressor repulsus? aut quomodo ab illo debitum victoriæ præmium exigere? Nullum est dubium, quin tunc latere pergeret post carecta, probe cavens, ne risuum tela quæ in me paravit sibimet ipsi noceant.

Necesse est hanc ob rem, si insidiatoris titulum declinare velit, ut aperto Marte mecum decertet, nomenque ideo suum declaret; justum enim est, utramque partem æqualiter idem subire periculum: quod si vero aliter statuerit, sciat me suas provocationes improferum, ut par est, alto silentio contemturum; quandoquidem cum Anonymis altercari non magis gloriosum quam cum umbris dimicare.

*HERBARIUM DILUVIANUM, COLLECTUM a JOHANNE JACOBO SCHEUCHZERO, Med. D. Mathes. Prof. Tigur. Acad. Leopold. Carol. & Soc. Reg. Anglicæ & Prusicæ Membro.  
Editio novissima duplo auctior.*

Lugduni Batav. sumptibus Petri van der Aa, 1723, fol.  
Alph. I ½ Fig. æn. Tab. 14.

Tre-

**T**redecim præterlapsi sunt anni, cum Clarissimus Schenck-  
 zerus plantas diluvianas inde ab exundatione hac fatali &  
 simul universali quasi sepultas nova palæogenesiz specie resuscitavit, ut in Actis A. 1710 Mense Octobri pag. 451 primam  
 Herbarii ejus diluviani editionem recensentes monuimus. Cujus laboris applausum penes Eruditos non exiguum reportasse se cum videret, de altera cogitavit, in qua quidem textui præter  
 literarum characteres majores nihil novi accessit, appolita tamen est Appendix quatuor novis superbiens tabulis figurarum ænearum, in qua Autor Clarissimus, ut splendidior suo systemati accenderetur lux, Plantas, sive veras, sive spurias, fossiles ad methodum Tournefortianam in certas classes redegit, ut, quid ex quavis earum hætenus quidem repertum fuerit, orbi erudito innotesceret; indigitavit simul, quid ad Diluviana, quid ad Postdiluviana, quid ad Dubia & quid ad Lusus Naturæ pertineat. Sic refert ad Diluviana Aparinæ densius foliatæ æmulum, Gallium album vulgare, Cyclaminis folium rotundum, Tussilaginis folium, Spicam hordeaceam immaturam, Equisetum & Filicem in lapide Anglico, Filicis folia in lapide Manabacensi, Scorpioides montanum, Osmundam, Caryophyllum marinum cornu instar recurvum, &c. ad Postdiluviana Equisetum sætidum sub aqua repens petrefactum, Lichenem petræum latifolium petrificatum, Dendritem instar Musci squamosi ad superficiem insignitum, Muscum vulgarissimum petrificatum, Fungum lapideum maximum pyxidatum, Folia Salicis petrificata &c. ad Dubia Folium quoddam trinervium sub plantaginis forma, Serpillum, Thymum, Ramum quernum una cum cochlea adhærente petrificatum, Fructum taxi petrificatum, Myrtilliten majorem cinereum umbilico magis excavato, & alterum umbilico minore, Arbusculam vel plantam in lapide fissili, Radicem petrificatam &c. ad Naturæ Lusus denique lapides fuscis amygdalas, nucleos prunorum, cerasorum, aliosque fructus referentes. Monendum adhuc, additos esse huic operi Indices duos plantarum, quæ & in Herbario Diluviano, & in Appendice fuerunt commemoratæ.



MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXIII. 81  
BOTANICUM OFFICINALE; OR A COM-  
pendious Herbal.

h. e.

*BOTANOLOGIA COMPENDIOSA, AU-  
tore JOSEPHO MULLERO.*

Londini, apud E. Bell, J. Senex, W. Taylor, & J. Osborn, 1722, 8.  
Alph. I plag. 8.

**Q**uanquam Botanicorum librorum nullus sit defectus, in quibus plantarum nota characteristica, virtus, imo universalis historia sufficienter & fideliter describitur, summum tamen labor manet eos, qui omni temporis ubertate excluduntur, vegetabilia, quæ in Medicum cedunt usum, a reliquis, quæ nunquam vel rarissime ægrotis præscribuntur, secernendi, inque suum convertendi commodum. Et cum Anglico idiomate nullum profert scriptum, quod Lectorem in officinalium plantarum veram perducere queat cognitionem, eo promptius in vota descendit amicorum Autor Clarissimus, præfens concinnando Botanicum officinale, in quo omnia Vegetabilia, eorumque partium in officinis Pharmaceuticis asservantur, & a Medicis ordinantur, quoad omnes qualitates & differentias clare explicat, eorumque, quas possident, virtutes describit. Elaboravit quidem eodem modo Samuel Dale Pharmacologiam, seu Manuductionem ad Materiam Medicam, cui multum se debere in conscribendo hoc tractatu fatetur Autor in Præfatione; quia vero, quas suppeditat, plantarum descriptiones nimis breves ei videntur, & Rarij methodo, paucis cognitæ, innituntur, alia incedere via duxit Noster, ut omnibus atque singulis prodesse posset hic labor. Hinc maximi nominis Botanicos non solum evoluit, sed & ipse pleraque ordine alphabetico sub eo nomine, quo in Dispensatorii Collegii Medici ultima editione leguntur, disposuit, ita tamen, ut, quomodo a Caspare Bauhino, GerharDO, & Parkinsono fuerint appellatæ, simul monuerit. In earum vero descriptione, quæ in Anglia nascuntur, paginam semper allegavit, qua a Rajo in Synopses suæ editione ultima fuerunt

L

ex-

explicatæ. Specimen aliquod addere, superfluum judicamus, non parum tamen emolumenti materiæ Medicæ studiosis altitutum hunc tractatum, contidimus.

THE ART OF SURGERY.

i. e.

ARS CHIRURGICA, AUTORE DANIELE  
TURNERO, Collegii Medici Londi-  
nensis Socio.

Londini, apud C. Rivington, J. Lacy & J. Clarke, 1722, 8.

Alph. 2 plag. II.

**M**irandum omnino est, ex Anglis paucos fuisse, qui solida artis Chirurgicæ præcepta per scripta publica exponendo non solum a mortalitate vindicarent, cum tamen nullo non tempore defectus observatus fuerit nullus clarorum Virorum, qui Artem hanc & probe calluerint, & dextre exercuerint. Sub initio quidem superioris seculi observationes suas Chirurgicas luci publicæ exposuerunt *Cloves, Banister & Woodall*, qui licet in principio magnam gloriæ speciem assecuti fuerint visi, successu tamen temporis parum sunt æstimati. Ex recentioribus præstant *D. Reud & Wisemanni* libri; quorum ille de Tumoribus, Ulceribus atque Vulneribus satis accurate scripsit, de Luxationibus tamen & Fracturis doctrinam penitus omisit. Manet igitur laus merito solum Wisemannum, quem in Actis A. 1686 Mense Decembri pag. 619, Tractatus ejus Chirurgicos recensentes, commendavimus. utpote qui integram Artis historiam tradens ad laudis consecutus est, ut cynosuræ instar Chirurgiæ studiosis Anglis hactenus fuerit. Atque hunc defectum supplementis clarissimus Turnerus, cujus de Morbis cutaneis Tractatum in Actis A. 1715 Mense Aprili p. 172 recensimus, Artem Chirurgicam in hoc opere exacte dilucidat, id potissimum agens, ut omnibus hypothefibus in praxi nihil adstruat, quod multiplici experientia non sit roboratum, sicque non vana lactatur spe, fore ut hi discursus apud posteros constantem merituri sint

ap.

applausum, quibuscumque etiam mutationibus vel Medicina vel Ars Chirurgica per hypotheses novas fuerit exposita. Dividit totum opus in II Volumina, seu Sectiones IX in quibus non solum Theoriam atque Therapiam affectionum externorum edocet, sed & methodum præscriptam ubique fere observationibus seu casibus, tam ab aliis, quam a se in Praxi multijuga annotatis, quarum novendecim supra centum numerantur, illustrat. In prioribus igitur Sectionibus III Tumorum pertractat species & pag. 142 ex ranula incisa lapillum extractum commemorat; in IV & V Vulnere examinat, ubi p. 344 aciculam in talo immisam ex femoris parte interiori supra genu extractam refert. Post Ulcerum doctrinam in VI, quæ prima est Voluminis II, ad Fracturas se confert in VII & VIII, simulque pag. 197 mentionem facit depressionis cranii, quam fœmina, juvenis adhuc, in occipite a casu perpessa erat, tantæ magnitudinis, ut digitum in foveam immittere potuerit. In ultima denique Luxationes exponit, & p. 241 juvenem allegat, cui ab equo calcitrato una cum fractura mandibulæ inferioris tres dentes incisores dislocati, ita ut vix gingivis cohæserint, quartus vero penitus excussus fuit, qui tamen omnes feliciter repositi & acetabulis suis firmati sunt.

**COMITIS CAMILLI SILVESTRI, RHODIGINI, in Anaglyphum Græcum Interpretatio Posthuma, cui accedunt Dissertationes duæ Epistolares, altera IOANNIS MARIÆ LANCISII, Archiatri atque ab intimo Cubiculo Clementis XI P. M. altera Abb. BLASII CARYOPHILI, Neapolitani. Cura JO.**

**OLIVÆ, Rhodigini vulgatæ.**

Romæ, typis Georgii Placho, 1720, 8.

Plag. 12 cum dimid. & Tab. æn. 1.

**A** Naglyphum Græcum Ateste A. 1710 cum aliis quibusdam monumentis effossum diversa via interpretari aggressi sunt Viri doctissimi, Camillus Silvestrius & Blasius Caryophilus, Al-


TAB. I. tera planior est & in facili posita; altera paullo impeditior, & quod fatemur, ingeniosior. Haec sibi elegerat Cl. Silvestrius, qui putat, Argenidam sacra fecisse Castori & Polluci, ut sibi sepulcrum obveniret: ejus rei causa & Deos, & Donaria, praeterea cymbam Charontis atque animas in ripa discurrentes in marmore omnia esse expressa. Haec opinionem ut adstrueret, cap. I de cura veterum corpora sua, vitali spiritu privata, variis modis diutissime conservandi, cap. II de malo denegatae aut neglectae sepulturae, tanquam praelimiriter differuit. Deinde cap. III inquit in Argenidam istum, & Trojana gente, vel Heneorum, qui olim Antenore duce in intimum Adriatici maris sinum delati Patavium, Atelle aliaque oppida condidisse feruntur, oriundum esse existimat; ut adeo post trium annorum milium aetatem, sub variis mutationibus, votiva haec tabula permaneret. Cap. IV vestitum Argenidae, ipsius votum pro sepultura, & vocem *εὐχὰν* appositam, animal denique illud in marmore leviter expressum examinat. Cap. V conjecturam protulit, de capite Argenidae aperto, cum Romani aliique populi in sacrificiis caput velaverint. Sed cap. VI historiam Dioscurorum breviter perstringit: & quia jam tum essent, qui hoc monumentum de voto Argenidae evitati naufragii causa soluto acciperent, multus in eo est, ut hanc explicationem refutet, suamque stabiliat. Inprimis vero, cum sentiret, Castores suae non ita, ut diversae opinioni favere, ostendit, cum a pluribus Diis eandem rem antiquos precari solitos; tum pro cujusque erga Deum aliquem religione supplicatum esse, quamquam illi Deo peculiare aliud munus assignaretur. Cap. VII de Pileolo in capite Castorum & vestitu eorum cetero tractat: unde simul rationem deduxit Argenidam Trojanum credendi. Cap. VIII positas Amphoras illustrat, & IX Anguis figuram, qui veluti vinum degustat, Argenidae genium esse adstruit, simulque serpentes, cum occasio est, vinum appetere, ex idoneis autoribus docet. Cap. X in victimam oblatam inquit, & suam ex nigris esse probat: unde concludit iterum, non posse hac tabula naufragium superatum significari; quo in sacro candidi potius agni fan-



TAB. Ind. 11723 M. Feb.  
pag. 84.



*Amaglypnum Aeste effossum An.*  
1710  
*Exctm Mus. Siluestrio*  
Long. palm. 2. unc. 3. Lat. palm 1. unc. 5.



KEION

ΕΥΧΑΝ

ΠΝΕΝΙΔΑΣ ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΙΔΑ ΔΙΟΣΚΟΠΟΙΣ

sanguine fuisset libandum; nigram vero hic jure adnotam, ubi de inferis adeundis, de corporibus vita cassis agitur. Tandem cap. XI fragmentum hoc de vetusti cujusdam templi ruderebus esse conjicit, in quo plura simulacra suas cellas obtinerent. Effossa enim sunt simul aliæ quædam particulæ, ut quarum in alia Palladis pedem cum nocturæ ungibus; in alia sedentem Jovem, & ante eum paratum sacrificium, admoto a Popa ad aram porcello; rursus in alia fistulam & oviculam cum nudis pedibus Apollinis, ut credit Ill. Camillus, conspicari licet. Confirmat conjecturam ex adjecta voce KEION, quam erudite supplet ANAKEION, latine *Sacellum*, nempe Dioscurorum, interpretans. Hæc Vir ille doctissimus paulo antequam e vita decederet ad monumentum Ateulinum commentatus est; quæ filius ejus Carolus Silvestrius ad Illustrissimum Josephum Mariam Feronium transmissit, qui suis impensis cum ceteris opusculis excudi curavit. At. Cl. Caryophilus illam alteram viam infisit, quam planiorem diximus, in Anaglypho præsentis explicando. Credit sacrum esse ab Argenida factum, quod prospera navigatione fit usus, inque patriam Castorum numine incolumis redierit: quod ille ostendere voluit navi salva naufragioque non afflictâ, p. 107. Formas istas littori partim oberrantes, partim saxi reclinatas, socios Argenidæ esse putat, fluctibus fessos corporisque laboribus defatigatos, quos hic ad *Φερδία* vel *Φιλία* invitaverit, p. 108 & 115. Deinde Dioscuros pro Diis navigationi salutaribus habitos esse, vota que illis varia soluta esse late probat. Revocat autem omnia ad mores Lacedæmoniorum, de quibus Argenidam fuisse putat. Eos porcellos immolasse, legere est p. 114. Pileos Deorum Fratrum, quibus pro galea usi, dimidiati ovi testam referentes, eleganter evolvit p. 118, & tales etiam Lacedæmonios loco galeæ gestasse, p. 119 observat. Mox ubi de amphoris in marmore conspicuis disputat, eosdem fictilibus vasibus valde delectatos esse memorat. Vestitum autem Dioscurorum plane Laconicum esse, ut in re aperta, ita paucis confirmat p. 124. His ita ex antiquitate illustratis, Celeberr. Lancifus addere voluit Dissertationem Meteorologicam de Dioscu-

ris. Quid apud Astronomos per illos designetur, pag. 7. & quid Phasis illa, quam nautæ inter maximas sæpe tempestates, in apice præsertim mali, se conspexisse adfirmant, esse probabiliter possit, p. 8 incipit inquirere. Duas causas excogitari posse putat; alteram, quod ex luce sincera, seu igne fatuo in malorum sublimi accenso oriatur, quam sententiam pro primaria habet; alteram, quod a stellarum radiis interiora navium pervadentibus per hiatus unum vel plures ab ipsis malis diffractarum nubium existat, p. 10. Lucem illam, si sit sincera, ex mutua magnaque collisione mali & partium aeris sub nube inter maximas tempestates oriri probat cum rationibus, tum etiam experimentis mechanicis p. 11 seqq. Tandem quid de omine & præfagio hujus existimet, subdidit p. 17. Huic dissertationi præmittitur Vita Camilli Silvestrii per Cl. Jo. Olivam conscripta. Et quoniam libelli impressione inchoata mors Celeberr. Lancilii acciderat, ejus etiam vitam & scripta, imprimis autem merita in rem Medicam & Philosophicam carptim persequitur Cl. Editor, quo ipsum opusculum claudit. Sed in Marmoris explicatione plerosque cum Caryophilo facturos esse existimamus. Unum vero erit, quod neque in hoc, neque in Silvestrio omnibus placeat: nempe, quod uterque arbitretur ab incolis Græcis ejus partis, in qua sita est Ateste, hoc monumentum & reliqua esse posita. Græcum esse Argenidam, nemo facile dubitaverit; sed ejus ætatis, quo Græci colonias in Italiam miserunt, non esse, vel ductus litterarum clamant. Potuit sane cum sociis tempestate in eas terras devenire, & cum in mari manifestello mortis periculo urgeretur, donaria Diis salutaribus vovere, quæ & illis, & genio loci (quem anguis designat) persolutorum se sponderet, simulac terram, quæcumque illa esset, salvus ingressus foret. Iste igitur Dioscuris, socii aliis diis signa, aras cum cultu posuerint, de quibus hæc fragmenta. Sed potest etiam hoc monumentum ex Græcia in Italiam esse delatum, per cupiditatem quorundam hujusmodi signorum. Possunt denique alia verosimilia excogitari, ne opus habeamus vetustissimos Græcos novitiâ tabula onerare.



MENSIS FEBRUARII A. MDCCXXVIII. 87  
HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ FABRITIA-  
ne Pars V. Autore JOANNE FABRICIO.


Wulfenbuttelii, sumtibus Jo. Christ. Meißneri, 1722, 4.

Alph. 3 plag. 3.


**A**Dhuc Bibliothecam suam feliciter promit Celeb. Fabricius, quem laborem eo provexit, ut partem nuper penultimam seu quintam in lucem produxerit, e qua, ut e ceteris fecimus, pauca quedam delibabimus. Occasione libri, *Consideratio S. p. 3.*  
*Conjugii*, A. 1679 a Laur. Begero sub nomine Daphnæi Arcuarii in gratiam Caroli Ludovici El. Pal. editi, quo is polygamiam tuetur, in vita Autoris observat, eum Heidelbergæ natum a studio Juris, ut Parenti placeret, ad Theologiam transiisse, eo- que mortuo rursus ad Jus revertisse, & Licentiam summos in eo honores capeffendi accepisse, moxque Electori Palatino, deinde Brandenburgico, a Bibliotheca, gaza, antiquitatibus & consiliis fuisse, tandem post edita nummaria scripta haud pauca, exstinctum febr. hec. Berolini 1705, anno fere quinquagesimo secundo. Timanni *Gesslii*, Ultrajectini, Medici pii imprimis & pacifici, utrumque librum Theologicum, quorum alter, *Antiqua & vera fides, & sola servans*, alter *simplicitas fidei Christianæ*, inscribitur, multum commendat S. R. Autor. De Jer. *Felbingero*, Briega-Sil. ex Vita ipsius manu scripta, quam possidet, tradit, eum Helmstadii Scheurlii, Schraderi, Lotichii, Tappii, Conringii, G. Calixti & Horneji discipulum, Jurium imprimis fuisse studiosum, postea per triennium & amplius sub Suecis militiam secutum, cum nihil inde quam cicatrices & vacuum crumenam retulisset, mox ludo Coslinensi in Pomerania fuisse præpositum, sed rursus ob Unitariorum dogmata, quæ in *Doctrina de Deo, Christo & Spiritu S.* nec non in *Demonstr. Christianis* prodiderat, remotum, Helmstadium rediisse quidem, sed & illic, quod libellos suos cum studiosis communicasset, ante Solis occasum abire iussum, denique Amstelodamum pervenisse, ubi vita misere acta, juventutem quippe docens & correctorem  
agens,

- p. 571q. agens, obiit A. 1689 æt. 73. De Dan. *Zwickero*, Gedan. Mod. D. A. 1678 æt. 68 Amstel. defuncto, cujus varia scripta ad mentem Socini composita, & vel ἀνωνύμως, vel subscriptis literis D. Z. edita, recenset, testatur, sibi ab ipso narratum, quod miram subinde Dei providentiam expertus, quodam die ne obulum quidem unum habuerit ad vitam sustentandam, eoque cum uxore, jam fere desperabunda, Dei opem ardentissimis precibus imploraverit: accidisse vero, ut ante Solis occalum advenerit nuntius, qui ab anonymo attulerit faculum mille flor. holl. Dum de
103. Henr. Ludolfo Benthemio loquitur, (nam & vivorum vitas haud parca manu adspersit) eum notat sub *Placentii de Verona* nomine Diss. geogr. *de terra*, Rintelii 1682, 4, sub larva *Pacifici Verini* Consilium de reuniendis Protestantibus, iterumque sub *Irenici Philalethæ*, ejus defensionem Brunsv. 1700, 8 edidisse, & nunc versari in Consideratione Apologeticorum, pro Christiana religione in primitiva Ecclesia scriptorum. Ita, ubi Catalogum Episcoporum Hildesienfium non, ut vulgo fit, Contr. Bertholdo Behrens, verum Johanni Rempen tribuendum observat, utriusque adhuc superstitis elogium accurate recenset. Denique de nostro quoque Actorum Erud. instituto fusius a p. 409 ad 418 edisserit, & præter prolixum eorum, quibus illud haud displicuisse videtur, catalogum, ea quoque liberaliter communicat, quæ in opere satis vasto subinde circa autores, imprimis anonymos, quos detexit, addenda, vel in ipsis, quæ recensentur, scriptis emendanda invenit. Quam ob rem gratias ipsi merito decernimus prolixissimas, optamusque, ut alii quoque, industria Viri summi excitati, quæ vel obiter annotarunt, nobiscum communicent, quo, si quinquaginta annos per immensam Dei bonitatem continuari institutum contingat, eorum omnium mentio separatim aliquo in loco fieri possit. Vires quoque animi ac corporis infractas apprecamur S. R. Autori, ut, qui unicus restat, præstantissimæ Bibliothecæ Tomum VI feliciter absolvat.





MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Martii Anno MDCC XXIII.*

THE PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS  
from the Year MDCC to the Year MDCCXX abridg'd  
and dispos'd under general Heads by  
BENJ. MOTTE.

h. e.

TRANSACTIONES PHILOSOPHICÆ AB  
A. 1700 usque ad A. 1720 in epitomen redactæ & per  
Capita generalia dispositæ a BENJ A-  
MINO MOTTE.

*Volumen I.*

Londini, apud R. Wilkins, Wilh. & J. Innys, & alios, 1721, 4.  
Alph, 3 plag. 18 Tabb. æn. 18.

**E**Pitomen Transactionum Philosophicarum, quas *Angli-  
canas* vulgo vocamus, *Luthorpiam* Tomo IV Supple-  
mentorum p. 290, 362 & 494 sq. commendavimus.  
Quoniam eadem tanto eruditorum applausu fuit excepta, ut  
hoc anno tertia editio prodierit; Cl. *Mottius* non inutilem  
operam se præstiturum confidit, si eodem instituto Trans-  
actiones Philosophicas, quæ ab A. 1700, quo Luthorpius de-  
fuit, usque ad A. 1720 luci publicæ fuerunt expositæ, in epito-  
men redactas & per capita generalia dispositas daret. Digessit  
eas in duo Volumina, quorum primum Mathematica, Anato-  
mica & Medica; alterum vero Physica, Philologica & Miscel-  
lanea complectitur. De priori in præsentī, de posteriori proxi-  
me dicemus.

Voluminis priini partes duæ sunt. Prima Mathematicis

M

impen-

impenditur, in sex capita distributa. Caput primum exhibet inventa, quibus Geometria, Algebra, Logarithmotechnia & Arithmetica dicatur. Occurrunt hic quædam sectionum conicarum proprietates, quæ ad motum corporum in Sectionibus conicis intelligendum usum habent, Autore *Abrahamo de Moivre*, Geometra clarissimo. Idem ostendit reductionem quarundam curvarum quadrandarum ad alias magis simplices. Curvæ continentur his æquationibus  $y = x^m \sqrt{ax - x^2}$ ,  $y = x^{m-n} \sqrt{ax - x^2}$ ,  $y = x^m : \sqrt{ax - x^2}$ ,  $y = x^{m-n} : \sqrt{ax - x^2}$ ,  $y = x^m \sqrt{a^2 - x^2}$ ,  $y = x^m : \sqrt{ax - x^2}$ ,  $y = x^m : (a - x)$ ,  $y = x^m : (a^2 - x^2)$ , ubi  $x$  abscissam,  $y$  semiordinatam denotat. *Ditton* methodum Tangentium ex methodo de maximis & minimis ordine inverso derivat. *Craigius* specimen quoddam generale exhibet quadrandi curvas, quod extat in Actis A. 1704 p. 311 & seqq. *Perks* Quadratricem hyperbolæ construit & ejus proprietates demonstrat. Quæ *Craigius* de longitudine curvarum dedit, ea in Actis A. 1705 p. 190 leguntur: *Moivreus* Curvam quandam tertii ordinis seu secundi generis describit & examinat, quæ prima specie eadem cum *foliata* esse videtur, ab ea tamen distincta deprehenditur. *Maclauriana* de constructione curvarum meditata in Actis A. 1719 p. 463 exhibuimus, & præclarum opus, quo eadem fusius exposuit, in Actis A. 1722 p. 323 recensuimus. *Machin* & *Craigius* solvunt problema de curva celerrimi descensus; *Craigius* & *Facio* alterum de solido minimæ resistantiæ. Anonymus exhibet solutionem problematis in his Actis A. 1716 p. 227 propositam, quæ in his ipsis Actis A. 1717 p. 348 comparet; aliam vero ejusdem problematis affert *Taylor*. De divisibilitate materiæ in infinitum theoremata quædam demonstrat *Johannes Keill*, quorum primum: *fieri posse, ut materia arenule quantumvis exigua per spatium quodvis finitum utcumque amplum diffundatur atque ipsum ita adimpleat, ut nullus sit in eo porus, cujus diameter superet lineam datam*; alterum vero enunciat, *spatium omne, quod a materia subtili intra unius corporis poros occupatur, posse esse fere æquale spatio, quod a simili materia intra alterum corpus tenetur, licet materia*

*tertia propria unius corporis decies millies vel centies millies superet materiam propriam alterius corporis & corpora sint mole equalia.* Methodum novam inveniendi centrum oscillationis *Taylorus* proponit; & problema de nervo tenso solvit. *Franciscus Roberts* rationem punctorum Mathematicorum seu potius quantitatum infinite parvarum in contactu circuli & Sphæræ definiit. *Joannes Keil* leges attractionum stabilire nititur, Supplementorum Tomo IV Sect. 6 p. 271 insertas, quibus leges virium centripetarum una cum solutione problematis inversi earundem virium subjunguntur. *Abr. de Moivre* dat solutionem analyticam quarundam æquationum infinitesimalium, & *Taylorus* methodum extrahendi radicem per approximationem ex æquationibus algebraicis numerosis perficere tentat, cui nova methodus computandi logarithmos subjungitur. *Monmortius*, *Gallus*, de infinitis seriebus nonnulla demonstrat, quibus ea perficiuntur, quæ in sua ludorum analysi ea de re publicaverat. Addit alia amicus ipsius *Taylorus*, quæ sunt ejusdem farinae. *Jacobus Sterling* methodum differentialem illustris *Newtoni* illustrat & ad varia problemata applicat, quæ a fluxionum methodo cum calculo *Leibnitii* differentiali coincidente profus diversa. *Thomas Watkins* computum usurarum perficit. *Craigius* logarithmotechniam generalem condit. *Cotesius* logometriam condit, de qua proxime in his Actis expresso agemus, opus ejus posthumum de harmonia mensurarum commendaturi. Longius in explicanda nova logarithmorum methodo occupatur. *Thornycroft* doctrinam combinationum & alternationum promovet. *Abr. de Moivre* leges de mensura sortis publicat, quas peculiari opere uberius illustratas in Actis 1721 p. 131 recensuimus. Adjicitur problematis huc spectantis solutio a *Nicolao Bernoullio* data.

*Cap. 2 optica* continentur. Primo loco hic comparet *Dittoni* theorema generale determinandi focum in speculis sphericis, quod existat in Actis A. 1707 p. 139. Sequuntur experimenta *Newtoniana* de lumine & coloribus a *Desagulieri* repetita, de quibus diximus in Actis A. 1717 p. 232. *Lecuwembæki* quædam animadversiones de microscopiis, & *Archibaldi Adami* modus conficiendi microscopia. *Desagulieri*

describit modum, quo myopes telescopiis uti possint absque vitis ocularibus. *Derham* in inventorem dioptrarum telescopicarum inquit, cum non probet, quæ ea de re dedit *de la Hire* in Tabulis Astronomicis. Vindicat inventionis gloriam *Gafcoignio*, conterraneo suo.

*Cap. 3* Astronomica comparent. *Stephanus Gray* novas communicat methodos ducendi lineam meridianam. Eundem in usum & ad observandum transitum stellarum per Meridianum instrumentum quoddam invenit *Derhamus*. Maxima & minima in theoria motus Planetarum considerat *de Moture*. Novam stellam in pectore cygni describit *Kirchius*, & novarum stellarum historiam impertitur *Hallejus*, qui idem de stellis nebulosis & de mutabili latitudine nonnullarum fixarum differit. *Gregorius* orbitas Planetarum *Cassinianas* ex Astronomia rejicit. *Keillius* problema *Keplerianum* solvit, quod ipse *Keplerus* nonnisi indirecta methodo solverat. *Hallejus* novam describit methodum inveniendi parallaxin Solis, quam Actis A. 1717 p. 461 inseruimus. Usam micrometri in observationibus Solaribus *Derhamus* monstrat. *Grayus*, *Derhamus*, *Stanyanus* macularum Solarium observationes exhibent, quibus variorum observationes Eclipsium Solarium & Lunarium subnectuntur. *Pound* ope telescopii 125 pedum, quod Societati Regiæ donaverat *Hugenius*, Satellites Saturni observavit & ex observationibus domesticis motus eorundem restituit, novis Tabulis conditis. Variorum recensentur observationes fixæ d. 11 Jan. 1717 st. v. a Jove tectæ, nec non eclipsium aliquot Satellitum Jovis. *Pound* novas computavit Tabulas pro eclipsibus primi Satellitum Jovis, earumque usum commonstrat. Idem observavit d. 5 Mart. 1717 st. v. conjunctionem Martis cum aliqua fixa, *Hallejus* causam apparitionis Veneris diurnæ per aliquot dies determinat, & Synopsis Astronomiæ Cometicæ concinnavit, quæ legitur in Actis A. 1707 p. 218. Sequuntur observationes Cometicæ a *Rayo* A. 1664, *Godofr. Kirchio* A. 1680, *Christfrido Kirchio*, *Godofredi filio*, A. 1717, & observationes Saturni, Jovis, Martis, Solis & Lunæ Annis 1711, 1712, 1713 in observatorio Grenovicensi a *Flam-*



a *Flamstedio* habitæ, una cum variis observationibus astronomicis aliis a *Poundio* inprimis, *Stephano Gray*, *Desaguliero*, *Jacobo Bradley* institutis.

*Cap. 4* Mechanicis & acusticis destinatur. Describitur primo loco barometrum marinum *Hookii* ab *Hallejo*, de quo vide Acta A. 1702 p. 180, & novum baroscopii genus a *Caswello* inventum. *Papinus* tympana perficit, & *Derham* argumentum de motu soni multa cum laude pertractat. *Grandus* de natura & proprietate soni quædam meditatatur. *Hauksbejus* experimentis probat, sonum per vacuum non propagari, & docet, quænam sit sub aquis propagatio.

*Cap. 5* continentur, quæ ad Hydrostaticam & Hydraulicam spectant. *Hauksbejus* aquæ gravitatem specificam & variorum corporum in aqua gravitatem determinat. Idem ascensum aquæ spontaneum in tubis capillaribus experimentis illustrat. *Jurinus* motum aquæ ex imi vasis foramine defluentis definit & theoremata ad œconomiam animalein applicat. *Hallejus* artem sub aqua vivendi docet.

*Cap. 6* de Geographia, navigatione & Musica tractat. Describitur *Cassini* conatus de linea meridiana per Galliam ducta. *Perks* tradit methodum meridianos nauticos mechanicè dividendi. *Thomas Salmon* theoriam Musicæ reducit ad proportionem Arithmeticas & Geometricas.

Altera Voluminis Pars Anatomica & Medica complexa in novem capita abit. *Cap. 1* describit *Rayus* Anatomiam ab *An-tonio Marchetti* in Academia Patavina celebratam, ubi quædam Anatomici opiniones notat. Subjungitur observatio rara partus cesarei.

*Cap. 2* de capite, *Cbesfeldentus* os inusitatum ex processu primo duræ matris exentum & nervum opticum corruptum; *Amyandus* fracturam scapitis singularem; *Fieldingius* globum e sclopeto emissum, qui triginta annis in capite vulnerari delituerat, describit. *Ridley* experimentum instituit ad veram causam motus duræ matris detegendam. *Archibaldus Adams* casum apoplectici extraordinarium; *Joannes Kay* cancerum inusitatum, *Yongius* pallorem faciei insolitum; *Bowerus* atheroma singulare; *Gandolphus* incisiones cornæ; *Archibaldus*

*baldus Adams* interiora auris humanæ depingit. *Cap. 3* de collo & thorace, *Douglasius* tumorem ingentem in anteriore parte colli; *Hewendenius* alium hydatidibus plenum; *Russellius* & *Greenhillus* tumores schirrosos in thorace; *Wrightius* apostema pulmonum; *Cowperus* polypum in vena pulmonaria, & petrificationem in aorta non procul a corde, una cum sectione hominis ex asthma mortui; *Chaboltus* infantem intestina in thorace habentem; *Douglasius* glandulas in liene repertas; *Cbesclænius* varias observationes de liene; *Douglasius* ventriculum cordis sinistrum prodigiôsè crassitiei; *Drakius* influxum respirationis in motum cordis describit. *Jurinus* vires cordis determinat. *Jacobus Keil* quasdam in ejusdem meditationes stricturas conscripsit, ad quas *Jurinus* replicat.

*Cap. 4* de abdomine, *Buffarius* triplicem in cadavere humano dissecto vesicam reperit. *Musgravius* liquorem cœruleum in vasa lactea transmittere docet. *Morinus* novum excogitavit Systema, quomodo potus in urinam abeat, & in vesicam urinariam deferatur. *Joannes Skipponus* experimentum commemorat, quo portio intestini ilei per vulnus abdomini canis inflictum extracti resecta, cane sanitati restituta. *Davismus* & *Andreas* colicos dolores singulares delineant. *Mesaporitus* dolores ex concrétione intestinorum enatos; *Shermannus* casum singularem alvi adstrictæ; *Douglasius* dissectionem ulcers in rene; *Yongius* casum hydropis; *Lafagius* alium similem; *Vaughanius* casum passionis iliacæ; *Halius* allantoidem humanam; *Richardson* puerum per 17 annos, quos vixit, non mingentem; *Yongius* alium urinam per umbilicum emittentem; *Amyandus* varia in stomacho reperta; *Musgravius* hydatides per anum exclusas; *Davismus* alias cum urina emissas; *Carolus Holt* aliique varias de calculo observationes rariores; *Yongius* crines in utero & ovariis repertos, itemque cum urina emissos; *Leewenbækius* varias observationes microscopicas; *Sylvester* dissectionem puerperæ; *Douglasius* hydroperiton ovarii in puerpera; *Birbeckius* foetum per umbilicum editum; *Skipponus* foetum in utero consumptum; *Yongius* duos foetus extrauterinos; *Derhamus* foetum in utero plorantem; *Yongius* foetum.

foeminam, cui menses anno ætatis 70 adhuc regulariter fluxerunt, *Hollingius* sectionem foemine per plures annos gravidæ; *Matberus* denique maculas maternas in scenam producit.

*Cap. 5* de venis, arteriis & sanguine, *Evelynus* exhibuit Societati Regiæ schemata venarum & arteriarum, in quæ suas animadversiones adjicit *Cowperus*. *Furinus* experimenta instituit circa gravitatem specificam sanguinis humani. Eundem sanguinem per microscopia contemplatur *Archibaldus Adams*. Hæmorrhagiam insolitam infantis describit *Monginotus*; aliam extraordinariam periodicam *Musgravius*; Sanguinis vero eruptionem ex variis corporis partibus *Mesaporitus*.

*Cap. 6* de ossibus & musculis, *Fowlerus* callum ossis humeri vices subeuntem; *Shermannus* alium in osse femoris; *Calopus* tumorem pedis ex curatione febris enatam; *Amyandus* schirrosam tumorem in crure, & *Douglasus* fracturam ossis cruris describit.

*Cap. 7* de monstris & longævitæ, *Taylor* & *Nevius* foetus monstruosos monstrant. *Jacobus Keill* sectionem instituit viri anno ætatis 130 extincti. *Richardsonius* mentionem facit foemine, quæ annum ætatis 104 vivendo attigit, & ejus sororis, quæ anno ætatis 107 mortua. *Matberus* de fecunditate & longævitæ in nova Anglia differit.

*Cap. 8* materię continentur, quæ ad præcedentia capita commode reduci non potuerunt. *Bononius* per microscopia vermes in scabię detexit. *Morlandus* de secretionibus animali disquirat. *Mead* tres casus hydrophobię commemorat. *De la Pryme* de morsu canis rabidi notatu digna refert. *Freindius* describit casum puellarum latratibus crebris instar canum correptarum. *Martinus Martini* autor est, juvenem 17 annorum febrim violentam laborantem recuperasse auditum, quo a primæ nativitatæ momento caruerat. *Oliverius* narrat, juvenem 25 annorum per integrum mensem somno sepultum jacuisse. *Poupartus* Scorbuti effectus admirandos; *Cowperus* dissectionem cadaveris humani; *Derhamus* variolas, & *Woodwardus* variolarum inoculationem describit, de quo ultimo argumento etiam *Pylarinus* differit. Sequuntur alie quædam observationes

tiones minoris momenti & tandem pestis Hafniensis a *Chamberlaynio*, sectio infantis emaciati a *Blairio*, antipathiz & virium imaginationis exempla a *Mathero*, opii usus somni experte ab anonymo enarratur.

Denique *Cap. 9* de Pharmacia & Chymia, *Coxburnius* dosim medicamentorum purgantium determinare docet; *Freindius* prælectiones chymicas defendit; *Boulduccus* principia purgantium examinat; *Floyerus* observationes quasdam botanico-chymicas communicat; *Yongius* internum usum cantharidum commendat; *Courtenius* experimenta circa venena influit; *Petiver* modum describit parandi Syracem liquidam; *Del Papa* effectus vernicis Indicæ commemorat. Hæc breviter indicasse sufficiat, ut eruditis innotescat, quid in Societate Regia ab A. 1700 usque ad 1720 ad perfectionem Matheseos, Physicæ ac Medicinæ fuerit collatum.

#### PARS QUARTA MISCELLANEARUM

*Observationum circa res naturales & præcipue circa mineralia, ferrum & stallactitas in Cavernis*

*Baumannianis.*

Naupotami prope Hamburg. typis Herm. Heint. Hollii, 1722, 8.  
Plag 3½.

**P**artes harum Observationum priores in Actis anni superioris p. 263 recensuimus, atque ex iis nonnulla notatu digna in usum lectorum excerptimus. Ut igitur ex Parte quoque quarta notatu digniora in medium proferamus, tenendum est, initium fieri a calculo novo sexagenario, cujus inventionem Cl. Autor *Carolo XII* Sueciæ Regi piæ memoriæ tribuit, inventis quippe novis characteribus & numerorum denominationibus. Desiderabat Rex in calculo decimali, quod non satis mensurarum, ponderum ac nummorum divisionibus responderet, adeoque progressionem numerorum simplicium in tali numero sistendum esse contendebat, qui simul cubus & quadratus sit & dimidiando ad unitatem sine fractione redeat. Ceterum Cl. Autor historica recensione contentus ipsam calculi formam in aliam com-

commodiorem occasionem differt. Addit in fine, Regem, cum Benderæ exul degeret, integrum exercitiorum militarium volumen composuisse, quod a peritissimis illius artis multum æstimetur, eundemque interdum dicere solitum fuisse: *vix dimilium esse hominem, qui calculare nesciat.* Observatio secunda complectitur rationes, quæ Autori persuaserunt, effluvia vel particulas minerales influere in matrices suas & illas metallo aqua mediante imprægnare. Sunt autem sequentes: 1) quod dentur aquæ effluviis diversi generis metallorum imprægnatæ, quæ ut plurimum ex rimis montium venis metallicis gravium emanent, quodque etiam cujuscunque generis particulis salinis, immo ipsis sulphureis ac oleosis imbuere deprehendantur: 2) quod in poros lapideos penetret aqua, testibus faxis in alveis fluminum diu submersis, immo quod penetret in poros quoque metalli, & in ipsius auri poros adactam esse constat: 3) quod in plerisque fodinis durissimæ petræ sudorem fundant, parietes & tecta humectantem, rima nullibi patente; in quibusdam appareat aquam vitriolo imbutam; in fodinis, quæ stratis constant, videre liceat aquam in confinio strati & petræ vel hodiernum fluere, vel olim fluxisse &c. Observatio tertia stallaçtitas & chrystallifationes ex lapidibus oriundas concernit, ubi imprimis ad phænomena provocat in Cavernis *Baumannianis* observata. Comparat lapides ex aqua petrificante ortum ducentes cum aqua congelata. Observatione quarta describit, quæ circa aquam stillatitiam, quæ lapidescere videtur, in cavernis *Baumannianis* observavit. Eam particulis faxeis imprægnari contendit, dum petram penetrat, atque in eo est, ut evincat, aquam, quæ stallaçtiten procreat, diversam esse a succo, qui Vegetabilia & Animalia in saxum convertit. Observatione quinta probare nititur, lapidum genus, vulgo *QUARTS* vocant, & Spathum, in quibus plerumque minera metalli reconditur, post diluvium demum *Noachicum* ortum fuisse. Tandem colophonis loco observationes generales circa caminos ferri fusorios exhibet, quibus eorundem meliorem contineri sibi persuadet, & novi camini ideam, quam animo concepit, delincat. Multa ab ejus structura pollicetur commoda, quæ ab usitata exspectare minime liceat.

**FRIDERICI HOFMANNI, CONSILIARII,**  
*Medici & Professoris Regii, Societatis Regiæ Britannicæ Sodalis, Observationum Physico-Chymicarum selectiorum Libri III, in quibus multa curiosa experimenta & selectissimæ virtutis medicamenta exhibentur, ad solidam & rationalem Chymiam stabiliendam præmissi.*

Halæ, in officina Rengeriana, 1722, 4.

Alph. 2 plag. 8.

**I**nstitutum Celeberrimi Autoris titulus operis egregii loquitur, quod in grati animi tesseram Societati Scientiarum Regiæ Britannicæ dedicavit, quod ipsum in suum ordinem cooptare dignata fuerit. Præmittitur præfatio epistolaris ad *Pium Nicolaum Garelli*, Archiatrum Cæsareum primarium, in qua Cel. Autor de Chymicæ imperfectione conqueritur, cum paucissimi fuerint, qui accuratas observationes & experimenta cum industria instituerint & phænomenorum causas elicere atque ad usum in aliis scientiis transferre potuerint. Commendat Chymicæ in Physica & Medicina usum, cum artificium ostendat, quo corpora mixta dissolvi, eorumque textura transformari & proprietates insitæ in alias mutari possunt, atque per chymica experimenta ignis, calor, lucis, frigoris, colorum, saporum, motuum terræ ignisque subterranei natura & causæ rectius intelligantur; cum in Physiologia multa occurrant, quibus explicandis idoneus non sit, nisi Chymicæ peritus; cum per eam plures difficultates in Pathologia tollantur, multa scientiæ diæteticiæ utilitas accedat, multum Semiologiæ lucis affundatur, vires medicamentorum in aprico ponantur, medicamenta denique selectissima conficiantur & ad dignoscenda eadem via siernatur. Monstrat porro, quamnam Chymia artibus mechanicis asserat utilitatem, cum eidem superstructa sit omnis metallurgia & non exiguum adjumentum asserat ad quosdam aurifabrorum labores, varia etiam inventa ad vitam fervientia inde propullularint. Præfationi subnectitur observationum conspectus, ex quo apparet, libro primo contineri viginti octo

octo, secundo triginta duo, tertio viginti & unam, numero omnium octogenarium superante.

Libro primo ab observatione prima usque ad decimam quartam multa de oleis in medium afferuntur. Quæ attritu & calore fortem odorem spargunt, ea vegetabilia per destillationem humidam oleum fundere subtile ac odori proportionatum: sulphur enim esse odoris principium. Contra odore carentia, etsi forti atque acri sapore prædita, per parum olei fundere, ut adeo manifestum sit, aliud esse odoris, aliud saporis principium. Aromata odoris fragrantis plus calefacere, quam quæ odore carent. Multæ commendantur enchiresses in destillatione oleorum observandæ, quæ apud ipsum Autorem legi possunt. Illud quoque notatu dignum est, vegetabilia parum olei edere, nisi ad adultam ætatem pervenerint, & senescentium eandem sortem esse, quam juvenilium. Tempestates variabiles in copiam oleorum influere perhibetur. Docetur etiam, quomodo olea destillata adulterari soleant, qua data occasione in specie de oleo juniperi, ligni Sassafras atque caryophyllorum vero agitur, olea destillata rariora recensentur, & pretiosa nonnulla singularibus observationibus illustrantur, veluti oleum rosarum & myrrhæ, oleum ex balsamo de Copahu destillatum &c. Reperies hic porro cautelas in oleorum destillatione & conservatione adhibendas, modum determinandi oleorum gravitates specificas, experimenta cum spiritu nitri fumante, ante plurimos annos ab Autore invento, variisque oleis destillatis instituta, & ad horum indolem rectius detegendam applicata, solutionem oleorum spiritu vini rectificatissimo solutorum, camphoræ ac oleorum ex regno animali derivatorum naturam atque virtutem explicatam: quibus multa atque præclara continentur, non solum ad locupletandam Chymiam, verum etiam ad incrementum scientiæ naturalis & artis salutari proficua, non ex proprio ingenio conficta, sed longo atque multiplici rerum usu comprobata. Ab Observatione decima quinta usque ad trigessimam octavam, quæ libri primi ultima, singularia experimenta occurrunt, quibus varia dogmata stabiliuntur, quorum nonnulla commemorasse juvat.

In hunc censum venit, quod resinz sint olea subtiliora ab acido admixto in coagulum densata, quod olea destillata ex insigni terræ copia mixta sint, quod sapes & odores a sola diversitate texturæ particularum salinarum & sulphurearum pendent; quod balsama tam liquida, quam solida & resinosa gummata ex subtili oleo, sale acido & terreo principio mixta sint; quod balsama & resinz in usum medicum menstruo sint dissolvendæ, minime autem igne fortiori exercendæ; quod essentia succini in fluidas pariter atque solidas corporis nostri partes intime penetret atque a parva dosi non mediocris expectandus sit effectus; quod ambra ad bituminis genus sit referenda, in spiritu vini rectificatissimo phlegisto difficulter resolvable; quod principia vinum constituentia sint spiritus inflammabilis, phlegma, sal acidum tartareum & sulphurea quædam oleosa substantia, atque vina pro varia & multiplici horum elementorum mixtione ratione saporis, odoris & virtutis inter se differant. Describitur inter alia essentia succini & ambra vera, balsamum liquidum ex santalo flavo prodiens, historia vini Tockaviensis Hungarici & analysis vinorum chymica, cylindrus staticus spiritus vini bonitatem explorandi &c. Inter rariora refertur præparatio resinz rubicundæ ex santalo rubro, cujus usum in tingendis & occultandis medicamentis & ad injectiones vasorum arteriosorum in capite, si sanguine destituta fuerint, commendat, nec non resinz ex cortice thymiamatis, quæ tam fragrantis odoris, ut illi similem vix reperire liceat, & cujus usum in tussi convulsiva compescenda laudat.

Liber secundus ab historia nitri incipit, addita anatomia physico-chymica, una cum variis observationibus non ubivis obviis. Sequuntur animadversiones circa magnesiæ albam. Inventorem ejus laudat Cl. Autor *Joannem Siboldum*, Archiatrum Episcopi Magdeburgensis, & rationes inquiri, cur pulvis iste alcalinus & sulphureus purget. Monet præterea, se interdum incommodi ab eo deprehendisse, quod flatulentias & tormina in imo ventre reliquerit, si præsertim frequentius in usum tractus fuerit, & prima regio progignendis succis corrosivis exposita fuerit. Progreditur hinc ad spiritum nitri ful-

man-



mantem, qui cum oleo caryophyllorum commixtus sponte in flammam abit: cujus inventionem sibi vindicat. Docet etiam spiritum hunc corrosivum edulcorare, ut ejus in Medicina esse possit usus. In numero axiomatum a Chymicis habetur, spiritum vini rectificatissimum salia non solvere: ostendit tamen Noster, regulam hanc pati exceptionem, qua comprobata, de salium diversorum in aqua solutione differit, rationem imprimis inquirens, cur salia alia aliis promptius in aqua solvantur. Declarat modum examinandi aquæ communis gravitatem specificam ope aræometri ex globo æneo cavo constantis, sub-junctis aliis quibusdam experimentis. Corporum solutionem non fieri per receptionem menstrui in poros contendit, solutionem enim fieri unione solventis & rei solubilis, præcipitationem vero esse novam solutionem, dum scilicet præcipitans sese arctius conjungit cum eo menstruo, cum quo prius corpus erat unitum, quoniam magis appetit illius, quam hujus confortium propter majorem partium convenientiam. Inter rariores effervescentiæ species refert, quod calx cum aqua communi, oleum vitrioli cum eadem & spiritu vini rectificatissimo, itemque cum sale communi & ammoniaco effervescat: his enim labefactari Chymicorum axioma, quod acidum & alcali tantum inter se effervescent. Operosum nimis foret, si sigillatim recenseremus, quæ de calce viva, de differentia spiritus salis ammoniaci cum calce viva & cum sale alcali parati, de effectibus olei vitrioli cum variis salibus & mineralibus commixti, de vero oleo vitrioli dulci, de sulphure vitrioli fixo anodyno, de vi caustica salium, de sale communi, de summa subtilitate & specifica virtute spiritus salis, de sale Ebsoniensi, de salium mediorum natura & usu, de ovis, sanguine humano & pane grossiori Westphalorum, quem *Bompurnickel* vocant, de succino, carbonibus fossilibus, calculorum renalium generatione, sale volatili sicco Anglicano, de methodo præparandi salia volatilia oleosa in forma sicca, spiritu bezoardico volatili, differentia salium fixorum alcalinorum, itemque acidorum, tinctura denique sulphuris volatilii & examine aquarum mineralium in medium proferuntur,

His itaque missis observationes Libri tertii contemblemur. Occurrunt hic loco primo experimenta de auripigmenti natura & viribus, quod perperam inter venena referri contendit, omnis virulentiz expers, cum canibus magna satis dosi sine noxa offeratur. Concedit tamen, quod in concluso vase liquatum vim venenatam acquirat. Succedit observatio altera de antimonio ejusque sulphuris natura ac virtute & variis illud præparandi modis. Multis argumentis probat Cl. Autor, sulphur, quod antimonio inest, idem esse cum sulphure minerali vulgari, nec virtute ab eo differre. Progreditur *Observ. 3* ad virtutem antimonii virulentam & medicam, ostendens, quomodo una in alteram transmutetur, atque *Observ. 4* medicamenta & experimenta circa regulum antimonii, inimo porro *Observ. 5* & *6* experimenta cum sale regali antimonii martialis caustico instituta & selectiora ex antimonio experimenta afferens. *Observ. 7* describit modum, quo vitriolum paratur in monte metallico non procul Goslaria sito, quem vulgo *Ramselsberg* vocant. Describit modum præparandi oleum vitrioli & nonnulla circa idem experimenta. *Observ. 8* in genesis & naturam aluminis inquirat, quod pro vitrioli albi specie habet, acidi aluminosi & vitriolici convenientia experimentis stabilita. *Observ. 9* sulphuris vulgaris mixtionem ac generationem experimentis illustrat, ubi sibi tribuit inventum præparandi sulphur artificiale ex spiritu vitrioli opio superfluo & per retortam vitream in arena destillato, & *Observ. 10* causas fætoris in sulphure minerali delitescens investigat, diversosque *Observ. 11* ejus effectus in mineralia & metalla expendit. *Observ. 12* calcinationis causas explicat. *Observ. 13* experimenta circa carbonem, & *Observ. 14* circa Phosphorum Anglicanum describit. *Observ. 15* stupendos describit effectus balsami sulphuris terebinthinati in satis firma retorta vitrea arenæ commissi, orificio fortiter occluso & igne vehementiore subministrato. Vitrum horrendo cum fragore disjecit, altera ejus parte cum collo per fenestras culinæ diffractas & excussas in aream longius projecta. Perfregit præterea fores cellæ cibariæ easque una cum aliquot ollis & patinis ex culina deturbavit

in

in aream. Effregit januam, quæ ex cella ista in laboratorium ducit, fera validissima avulsa. Quoniam ex eadem cella per cochleam in aliud conclave ascenditur, ibi etiam fores claustris emovit, & loculamenta cum vasis Batavis in pavementum prostravit & in eodem conclavi aliquot ejusdem generis vasa ex reliquorum medio sublata ad imum dejecit, fenestrasque marginibus excussas in arenam detrussit. Insuper positas prope januam, qua in plateam itur, fenestras diverberavit atque in angustiore conclavi insina assamenta dirupit, revulsosque, quibus januæ latera vestiuntur, asseres una cum claustro & cardinibus devolvit in pavementum. Denique januam conclavis, ubi aquæ destillatæ asservabantur, aliamque, quæ ex eo aditum in officinam concedit, vi & impetu aperuit. In ipsa vero officina nonnisi fenestrarum vitris stragem intulit, laxatis earum repagulis, quæ tamen secum non abripuit. Contigit hic casus tragicus A. 1698 d. 7 Novembr. Zellerfeldæ in tractu Hercyniæ, viditque Cl. Autor effectus stupendos, quos commemoravimus. Observ. 15 usque ad 18 experimenta circa colores chymica in medium affert. Observ. 19 agit de solutione cupri. Obs. denique 20 in naturam & proprietates auri per experimenta inquit, & ultima de medicamentis ex auro paratis judicium fert. Aurum fulminans constare putat ex innumeris tenuissimis compactissimisque auri globulis, subtilissima, humida & elastica materia repletis, qui accedente calore propter fortem expansionem simul & semel cum impetu diffringuntur, cum experientia loquatur, globulos vitreos humido quodam semirepletos insigni cum fragore disjici. Contra Alchymistas assurgit argumento a gravitate specifica petito, negans, quod color, splendor, fixitas in igne, aut perseveratio in capella sufficientes auri notas præbeant, quibus ab aliis metallicis massis distinguatur. Neque enim ullum in rerum natura proflare exemplum, quo unius corporis inanimati gravitas specifica in alteram exacte convertatur.

*OPUSCULUM ANATOMICUM DE FABRICA glandularum in corpore humano, continens duas  
Epi-*

*Epistolas, quarum prior est HERMANNI BOERHAAVE super hac re ad FREDERICUM RUY-  
SCHIIUM; altera FREDERICI RUYSCHII ad  
HERMANNUM BOERHAAVE,  
qua priori respondetur.*

Lugduni Bat. sumptibus Petri van der Aa, 1722, 4 maj.  
Plag. 11.

**C**Larissimus Boerhave sæpius intra privatos parietes a Fri-  
derico Ruyschio laceslitus, ut compendio quidem, atta-  
men liquido enarraret ea, quæ pro sententia Marcelli Mal-  
pighii contra suam de glandulis doctrinam moveri possent  
dubia, in priori Epistola nunc non solum utrorumque ho-  
rum Anatomicorum per orbem celeberrimorum, quas circa  
hoc argumentum foverunt, hypothesi clare exponit, sed & sub-  
jungit simul, quæ ad Ruyschii exceptiones regeri possint, ad  
quam Ruyschius pariter respondet. Dignam judicamus hanc  
materiam, quæ Lectori benevolo paulo accuratius ante ocu-  
lum ponatur. Definit itaque Malpighius glandulam simpli-  
cissimam per partem, quæ propriæ membranæ simplici appa-  
ratu involucri format cavum, intra quod singularis humor  
secretus, contentus, fusus, mutatus, per emillarium denique  
inde excretus, spectatur. Cum autem vera glandularum fa-  
brica vel ob earum exilitatem, vel multiplicem diversitatem,  
in obscuro hæctenus latitaverit, eam primo examinavit, prout  
oculorum acie esse qui potuit, & sub ea conditione, quam illi  
natura dederat, nec mutatam arte, nec vi morbi a nativa de-  
generantem indole. Qua quidem industria id effecit, ut de-  
texit patentes hic, abstrusas alibi partes in corpore, & ita ad  
amissim respondentes speciei, quam expressit superior defi-  
nitio, & pronunciaverit, per omnem corporis humani ambi-  
tum has manifesto reperiri glandulas, laticemque, qui ex eis  
emanare solet, ubique crassiores esse, quam aquosum quen-  
dam humorem, & copiosiores, quam ut in ultimis vasis ab  
arteria oriundis hæere queat: necessario igitur adesse debere  
folliculos judicavit, qui dictum laticem contineant. Qua in  
senten-

sententia magis confirmatus fuit, postquam consideravit morbos, qui infestant glandulas, e. g. talpam, grandines in limbis palpebrarum, tubercula faciei, tumores tunicatos, ac hydatides. Præter simplicissimarum glandularum genus aliud deprehendit, priori simplicitate proximam, utpote ita ex glandulis illis compositum, ut ex paucis illarum certa lege unitis nasci videantur. Adque hanc classem glandularum simplicissimarum primi & secundi generis refert viscera humani corporis, cerebrum, hepar, lienem, renes & testes. Atque hoc potissimum est punctum, in quo præcipue inter Malpighium & Ruyfchium intercedit controversia. Putavit enim Malpighius, arterias sanguiferas ducere sanguinem, pulmone præparatum, ad viscus, illudque ingressuras, deposita exteriori sua membrana tenuioribus cingi involucris, mox deinde in multiplices pandi ramos, qui rursus abeant in exiliores semper ac numerosiores, donec tandem ultimi explicentur in membranula tenui, quæ formet ibi cavum folliculum, ea lege, ut arteriolæ in illa membranula ordinatim digestæ atque in reticulares plagas contextæ humorem ibi loci disponant, aptentque facili secretioni. Statuit porro, arteriosis his reticulis venosa respondere vascula sanguinem ad cor reducentia, inter fines vero arteriæ & venæ principia tertium oriri vas arteriosum, exilius arteriola, a qua oritur, humorem capiens subtiliorem eo, qui ex arteria refluit in venam, hocque vas per membranulam folliculi glandulosi penetrans, ore suo patulo effundere hunc humorem in cavitatem folliculi, per emissarium iterum ejiciendum. Ruyfchius e contra putat, arterias ad viscus aliquod accedentes in singulis alio atque alio modo mutari, atque in diversas distributiones digeri. Quæ utrorumque sententia exposita, quid circa hepatis structuram statuerint, brevius hinc explicat Clar. Boerhaave. Vidit scilicet Malpighius utriculos locatos intra vasa adferentia ex vena portarum orta & inter reducentia, quæ in venam cavam exeunt, unde probabile judicat, esse hos folliculos, glandulis simplicissimis similes, verum bilis secretendæ organum; maxime quia ita sibi constanter similis est in variis animantibus hepatis ratio, & radiculæ pori biliarii,

veri hepatis emissarii, ex omnibus horum corpusculorum locis oriuntur. Ruyschius vero in hepate nati hominis, arte sua præparati, observavit, quod vasa sanguinea cum biliosis adeo tenaciter cohæreant, ut separari a se invicem haudquaquam possint; addit, quod fines utrorumque vasorum ultimo ita exeat, ut distincte appareant in fascium sp. ciem seu extensi penicilli pictoriam faciem absque glandulæ vel folliculi vel membranulæ cujusdam inventu exporrecti. Contra hanc tamen methodum Ruyschianam monet Boerhaavius, artificium injectionis, dum auget & distendit vasa repleta, comprimere reliqua, ad quæ injecta materia non pertingit, atque eo quidem magis, quo felicius majora impleta sunt, hinc illa aboleri quasi, & ab oculorum acie subduci, usque adeo ut ne minimum eorum vestigium compareat; sic arteriolas in membranam cujusque folliculi acinosque hepatis digestas, si perfectæ repletæ fuerint, nec tamen materies per exilia extrema in cavum ipsius utriculi effundi possit, ita comprimere hunc, ut omnino evanescat. Et si vel maxime contingat, ut materia transeat per ultima illa arteriarum vascula, usque in cavum acinulum, tum confusionem fieri omnium, quia spectetur tantum quasi extravasatio quædam, quæ est vera repletio folliculi. Quod eo audacius adstuit, quo certius est, non omnem omnium viscerum, e. g. membranæ cellulosæ ventriculi, intestinorum, scroti, frontis, lienis fabricam per hanc vasa cera replendi artem in apertum poni, sed potius aboleri; atque aliam omnino faciem assumere eadem viscera, cera repleta, ab illis, quæ per inflationem & exsiccationem præparata sunt, ut indices, diversa esse corpora. Novum equidem experimentum adfert Ruyschius pro destruendis glandulis hepatis, dum viscus hoc arte repletoria præparatum in aqua bene macerat, diuque, hinc membranulas & vincula, quæ vel adeo solida sunt, vel ita parva habent vasa, ut ceram non admittant, dissolvit & in aqua conquassando sollicitè separat; unde ultimi capillares canales instar penicilli explicantur, ut nihil penitus folliculi si adesset, unusquisque oculis suis deprehendat. Ad hoc tamen regerit Noster, omne vasculum minimum, quod a cera  
ut

ut balsamo non defenditur, in aqua putrescendo deliquescente sensim, separari & abluī; sicque tenuem folliculi membranulam secedere a vasculis repletis, ibidem relictis. Nec deest tertium argumentum Ruyfchio, dum perhibet, injectam materiam in venam portarum in porum hepaticum ejusque ramulos penetrare; rectum igitur judicat adesse iter inter hæc vasa absque medio folliculo, impedituro viam. Noster vero negat, Ruyfchium hoc in scriptis suis circa hepar declarasse; recordatur equidem, injectam ceraceam materiam in mesaraicas arterias transfudasse in intestina, hujus tamen rei causam esse dicit duplicem vasorum apparatus, quorum alii fines in cava illorum corporum directe desinunt, quibus utique subtilis humor aquosus recta separatus a sanguine certos in usus eo dimittitur, alii vero in glandulas Peyerianas & Brunnerianas, circa quas non ita exsudat injecta materies, sed maculas exhibet. Sed revertimur ad Malpighium, qui alterum pro demonstrandis in jecinore acinis petiit argumentum a morbis, tuberculis scilicet, vesiculis, hydatidibus, &c. in cadaveribus inspectis, cavos illos putans utriculos secretum humorem remorari, immutare, inque materiam talem morbosam convertere, quæ tum in cavitate hujus folliculi idoneum nacta locum ita concrevit, augetur, sicque ipsum suum vas continens expandit. Putat vero Ruyfchius, omnes illos tumores hepaticos enasci posse ex degeneratione extremorum vasorum, ita suas figuras mutantium, dum obstructa sunt ad ultimas suas angustias, ut amissa specie antiqua canalīs, per impeditam aggregatamque materiam in hujusmodi figuratos, globosos, polyedrosque folliculos transformantur. Cui tamen asserto repugnare videtur ex mente Boerhaavii, quod canales ultimi, quorum extremitates ita finguntur mutari, ad eum locum, ubi expansio hæc in vesiculam inchoatur, necessario quoque dilatari deberent, cum impossibile videatur, ut ultimum tantum dilatetur, paulo superius vero in angustias arctissimas coeat. Atqui vesiculæ hæc a parte adducentium vasorum ita angustatis accrescunt vasculis, ut fibræ meræ esse credantur, nulla amplius conspicua cavitate vasulari. Accedit deinde hæc perpetua observatio, quod nun-

quam in ullo vase ad extrema obstructo folliculus talis sphericus, undique fere clausus, a materie ostruente natus sit nisi in illis locis, in quibus folliculi præexisterent. Porro demonstravit Ruyschius, majora vasa pariter ac minora extrinsecus ambiente membrana tenerrima, cellulosa, valde dilatabili investiri, intra cujus cellulas colluvies abundantis aquæ deponatur, easque distendat, & hydropem producat, anasarca dicendum, si sub cute hæreret. Cum vero augeatur hic tumor, tandem vasa, quæ cinguntur illa tunica, ita comprimuntur, ut tota aboleantur, concrecant, & in fibras crassas mutantur, quibus hydatidum caterva undique appensa videatur. Noster vero credit, nullum unquam hydropem creasse tumores sphericos, bullasve aquosas undique clausas, nisi eis in locis, ubi sphaerulas naturales Malpighius observaverat. Ultimam denique Malpighius suum argumentum inde desumit, quod in prima hepatis origine in pullo observaverit jam olim Harveyus, confirmaverit ipse, totum illud constari ex meris primo folliculis, ita ad amissim referentibus uvas, suos per pedunculos majori accretas pedunculo, vel stipiti communi, ut tota inde enata fabrica quam accuratissime referat botrym, vel racemum uvarum. Atque hæc de priori Epistola sufficiant.

In posteriori relatione eo brevioribus esse nunc nobis licebit, quo magis jam Ruyschii de Glandulis sententia ex antecedentibus patet. Ut pauca solummodo addamus, male habet Ruyschium, glandularum nomen hisce corporibus imponi, cum membranaceum tenue parvæ cavitatis involucrium inter & fructum quercus, glans dictum, nulla intercedat convenientia, cryptæ potius appellandis; definitionem allatam Malpighii nimis generalem vocat, utpote quæ cadat etiam in folliculum fellis, pro glandula non habendum; imo mancam, cum vasorum nullam faciat mentionem, (solum si emissarium excipias,) quæ tamen partem agentem, involucrium patientem, tantum agant. Quod Malpighius exilitatem & diversitatem glandularum accuset; ob quam vera earum fabrica comprehendi commode haud queat, inde evenisse dicit, quod arte, qua ipse utitur, fuerit destitutus, quæ omnia vel minutissima



tissima oculis exponit; hinc non miratur, quod post mortem mutatas, constrictas, exsuccas, collapsas & vix aliquid vasorum conspexerit, siquidem ipse sua arte mutationem istam, quam mors fecit, tollat, & statum viventi proximum revocet; & addit, quoniam non mutatas arte inspexit Malpighius, ideo veritatem eum detegere nequivisse. Concedit quidem, plurimas reperiri in corpore humano glandulas, per totum vero corporis ambitum dispersas eas esse, & unica membrana cingi negat. Alterum glandularum simplicissimarum genus non admittit, donec sibi demonstretur, quemadmodum & tertium vas, inter fines arteriæ & venæ initia positum, in dubium vocat. Emissarium hepatis cum cryptarum emissariis nullo modo convenire asserit. Acinos hepatis constanter adferit, sed non pro folliculis membranaceis cavis cum emissario, sed pro vasculis pulposis tenerimis habet. Ad ea, quæ contra suam Artem repletoriam adduxerat Boerhaavius, respondet, se nullo modo cum impetu injicere materiam ceraceam, sed ita lente, ut non magis referantur vasa, quam ante fuerant. In tuberculis hepatis nunquam potuit discernere cavos folliculos emissariis instructos, ultimisque arteriis vel vasis sanguiferis appensos. His positis glandulam definit per corpus solidum, in coctione constans, conflatum ex aggregato vasorum, undique cinctum membrana, cujus vasa differunt pro differentia humorum, quos efficere debent, quales sunt conglobatæ mesenterii, pancreas, glandulæ salivales; Cryptam vero per corpusculum flaccidum, in coctione inconstans, vasa obtinens, membrana ab omni parte non cinctum, sed supra patulum instar foveæ; Acinos denique, per corpuscula rotundula membrana non cincta, quorum vascula inter excarnandum solvantur in formam subtilissimorum penicillorum. Denique inter Malpighium & se discrepantiam in eo putat consistere, quod 1) ille existimet, humores delabi in glandulas dictas simplicissimas, ibi foveri, mutari; ipse statuat, arterias ultimas succos præparare, præparatosque ibi deponere, earumque vascula diversa esse a vasis veræ glandulæ; 2) quod ille corpora hæc vocet glandulas, ipse cryptas; 3) quod ille tumores a cryptis

ptis oriri autumet, ipse, etiam ex obstructis extremis vasculis, maxime in pinguedine subcutanea, & in interioribus corporis sita; 4) quod ille tubercula illa cutanea, quæ sub corpore reticulari hærent, & extra cutem prominent, pro glandulis, ipse pro papillis nervosis tactui intervientibus habeat. De cetero ut specimen exhibeat, quid per artem suam detegere possit, portionem mesenterii in icone repræsentat, in qua solæ arteriæ, glandulæ & glandularum acini conspectui se offerunt.

*L. ANNÆI FLORI EPITOME RERUM Romanarum, cum integris Salmastii, Freinshemii, Grævii, & selectis aliorum adimadversionibus. Recensuit suasque adnotationes addidit CAROLUS ANDREAS DUCKERUS.*

Lugd. Bat. apud Jo. van der Linden, jun. 1722, 8.

Alph. 3 plag. 6 Tabb. æn. 2.

**N**ON est in omni antiquitate solutæ orationis Scriptor alius, qui majori studio argutiolas sententias, Poeticam dictionem, & in brevitate longe petitos sensus adfectaverit, quam qui sub nomine *L. Annæi Flori* circumfertur. Et cum istud quidem solemne fuerit omnibus Romanis auctoribus, majorum suorum, aut clarissimorum Græcorum flosculos sedulo decerpere, eorumque sententias modo, modo dictionis elegantiam diligenti æmulatione exprimere; vix tamen ex ceteris nominari aliquis potest, qui hoc ita aperte, ut *Florus*, præstiterit. Habemus ejus rei documenta certissima. Libro II cap. IV *Livium* adeo manifeste exscripsit, ut etiam *Freinshemius* verba inde petita pro supposititiis declaraverit. Libro III cap. XVII de judiciaria lege *Gracchi* iisdem verbis loquitur, quibus *Varro* apud *Nonium* locutus est. Et libro IV cap. I extr. *Salustium* exscripsit, qui eadem profus de occisis *Catilinariis* & mortuo *Catilina* protulit. Ac multa talia inveniri possent, si huic rei curatius attendere vellemus, & plura veterum monumenta, quæ ille forte secutus est, exstarent. Hæc igitur, quæ diximus, in emendatione ejusmodi scriptoris etiam atque etiam

etiam consideranda esse, ipsa res docet: hæc, ut longe aliam viam interpretandi & corrigendi insistamus, exigere videntur. Sed quam illa negotium facebant, & optimum etiam studium sufflaminare queant, magnos illos viros, qui medicam Florum manum aliquando commodarunt, dudum expertos esse, persuasum habemus. Alterum enim jure suo postulat, ut quæ minus publici saporis eo sæculo videantur, vetustate ipsa, & quadam quasi religione sese tueri, censeamus, utque dum ea nobis occurrunt, Ennium, Varronem, Catonem aut Sisennam, non Annæum legere existimemus. Alterum vero & vividum ingenium, & judicium acerrimum interpretis requirit, ut partim agnoscamus Poetam & Oratorem in Historico, partim vulnera, quæ per temporum injuriam inflicta sunt, blandius foveamus: nec urendo secandoque in mollem atque delicatulam nimium grassemur. Præterea sicuti homines, qui ficatis medicamentis candoris & ruboris formam mentiantur, indignari solent, si quis illis nativum colorem restituat; sic in auctore *κακοζήλω* minus ingenua quædam corrigere, soccum & cothurnum detrahere, non esset emendare, sed corrumpere: tantum abest, ut cum bona illius grati. Sed liceat, Hæc omnia non dubitamus quin ad animum revocaverit *Cl. Duckertus*, in Academia Trajectina Professor dignissimus, cum talem Florum editioni pararet. Adeo enim parcus est conjecturas vel suas, vel aliorum in contextum inferendi, ut ubi vis potius vulgatas lectiones sectetur. Sæpius illum legas audaciam & ineptias Annæi sui incubantem, sed non mutantem: sæpe defensionem Begeri, quas olim *Cl. Gravii* judicio opposuerat, convellentem. Ipse nihil tentat, & in locis etiam, quæ ipso morbo, quo totum corpus laborat, pejorem valetudinem manifeste indicant, abstinere, quam impetive curare maluit. Dignissimus propterea, cui Florus communi omnium consensu traderetur curandus, quem ipse sibi sumpsit. Erunt tamen, quibus hæc modestia non omnino placeat: atque illi fere, qui a Viro adeo circumspecto potius, quam a Tollo quodam, aut Amstelodamensibus, aut alio audaculo restitutionem eorum, quæ depravata sunt, expectarunt.

runt. Illi quippe sic judicabunt, non esse, cur toties incudat reddantur Auctores, cur notæ & commentarii angeantur, si inde ipsi scriptores nitidiores & emaculatiores non redeant. Sed habuit sane, quo abstinentiam suam defenderet Cl. Duckerus: si nihil aliud, istud, quod in adlocutione ad Lectorem proficitur, ne scilicet rem mali exempli susciperet, & imperitos doceret, ex libidine sua somnia quævis lectoribus pro veritatibus obtrudere. Nec tamen propterea obstat quicquam, quo minus hæc editio ceteris præferenda sit omnibus. Nam præterquam quod integras *Salmasii* (ex cujus chirographo, sive collatione MSS. cum editione Commeliniana, hæc quidem, qua Codd. lectiones, emendatiores apparent, quam antea vulgatæ sunt) *Freinsheimii*, *Grævii*, & selectas *Vincti*, *Stadii*, *Camertis*, *Gruteri*, *Kuperti* aliorumque observationes textui subiecit, varias lectiones ex vetustis tam scriptis, quam editis libris, quos vel ipse, vel alii contulerunt, diligenter adnotavit: ut inde editas lectiones confirmaret, aut conjiciendi facultas sibi aliisque daretur. His accedunt notulæ & suspensiones non contemnendæ *Lipsii*, *Vossiorum*, *Ryckii*, *Heinsii* ac *Perizonii*, quas hi libris suis copiose adscripserunt, Florum & emendantes, & illustrantes. Solæ Lipsianæ non ab ipso, sed ab auditore ejus, cum publice hunc Scriptorem prælegeret, concinnatæ sunt. Heinsius autem quasdam illarum jam olim cum Grævio communicaverat, qui suis notis inseruit: quemadmodum ex Perizonianis nonnullæ in Animadversionibus ejus Historicis publicatæ sunt. Ab his subsidiis solis egregia omnia in Florum proficisci poterant; sed diligentissimus Duckerus ex sua penu non pauca deprompsit, quæ historiam & dictionem haud vulgariter illustrant. Recte sane p. 128 de Camilli victoria censet, quod illa commentitia sit, & quod Galli, auro a Romanis accepto, obsidionem reliquerint. Plura hujuscemodi ab Historicis olim in gloriam nominis Romani conficta esse, nemo ignorat. Tale est figmentum Flori de classe Romana Fabio Buteone Cos. in Africam primo Punico bello missa, quod Cl. Editor jure explodit, & inter errores historicos refert p. 257. Recte etiam Span-

hemii

hemii sententiæ accedit ad Libr. III cap. V n. 30 de *arcano* Judæorum, quod Pompejus viderit: ut alia prætereamus ubi vel ipse, vel ex schedis, ut videtur, Perizonii antiquæ historiæ lucem accendit. Latinitatis peritissimum esse demonstrant illa, quæ p. 430 de *tum maxime* doctissime differit, contra eos, qui pro eo *cum maxime* rescribere tentarunt, quasi illud non posset *in presentia, hoc tempore* denotare. Si nostræ res optionis esset, unicam ejusmodi notam centum aliorum parallelorum coactionibus facile redimeremus. Similiter p. 594 de vocabulis *cupidus & cupiditas*, quæ de avaris dicuntur, & p. 643 de Pronomine *ipse*, quod primo casu aliis Pronominibus frequenter jungitur, disputat, neque vero euidam docto concedit, ut loca illa omnia corrupta sint, ubi *ipse* alio casu in hoc posito legitur. Nec protritæ diligentæ sunt, quæ p. 620 & sequ. de formulis *abrogare legem & obrogare legi* collegit: ex quibus certe major utilitas in elegantiores literas redundat, quam ex inani de ludibriis MSS. strepitu, aut præcipiti emendandi studio. Et hæc quidem cum singulari voluptate legimus. Hæsitavimus tamen paulisper p. 301, ubi Cl. Editor doctissimum Begerum, ut passim alibi, impugnat. Etenim quæ obijciuntur, non id efficere videntur, ut Begerus gradu suo depellatur. Sed pepercit forsitan elegantissimus Duckerus viribus suis, & rem ineptam longo apparatu ostendere noluit. Alioquin & hoc quotidie observamus, quod in omni doctrinarum genere Viri cetera docti, dum adversarios refutant, haud fere recte via incedant. Pag. 282 & alibi Ang. Politiani ex MS. ad Varronem de R. R. excerptas varias lectiones laudat, quas in Germania alicubi latere dicit. Narramus Cl. Duckero, has adhuc hic Lipsiæ delituisse, sed spem esse certiorum, fore, ut quam primum in lucem protrahantur, ubi, quæ Viri docti ad Scriptores de R. R. meditantur, erunt perfecta. Pag. 572 ad Flori verba: *Si nobiles, male saltem, ducatum sceleri præbuisissent*, adnotat: *Satis insolenter pro duces sceleris* fuissent. Post nomen *ducatu*s Justino, & jam Manilio usurpatum esse, ex Borrichio docet. Sed nec illi, nec Suetonius, nec Scriptores Hist. Aug. qui voce utuntur, *ducatum præbere*

habent. Nobis tamen sese obtulit Zeno Veronensis, qui Serm. XX, qui est de Exodo Serm. XI, *Exultat*, inquit de Judæo, quod in *Agypto creveris; at in originali decrevit solo.* — Deus illi ducatum præbuit: *idem a sua facie cum postmodum abjecit;* & hic notat: *Deus illius dux fuit*, plane ut in Floro, quem an hujus ordinis Scriptor defendere queat, per se satis patet. Ipsum Florum excipiunt primum Addenda & Emendanda, quæ non aliam ob causam ipsas viginti paginas complent, quam quod nonnulla subsidia Cl. Duckero serius & cum opus magnam jam partem esset descriptum, tradita sunt. Sequitur *columna Rosstrata* inscriptio, prout a P. Ciacconio suppleta est, resecto tamen ejusdem, qui in Grævii editione exhibetur, Commentario. Figuram ejus æri incisam dedit p. 237. Proximæ sunt *Excerptiones illæ Chronologica*, quas Freinshemius olim concinnavit: cujus etiam *Index*, tot egregiis judiciis comprobatus, mox adjicitur. Ex eo Cl. Editor nomina veterum Scriptorum, qui emendantur, aut illustrantur, non secus quam ex *Animadversionibus* diligenter collegit; attamen quædam mendæ eaque inveterata videmus nondum plane sublata esse. E. gr. nomini *Q. Catulus* adscribuntur numeri 3, 2, 15. Atque sic fuit in ed. Freinshemii de A. 1655, id retinuit Grævius alique, retinet etiam Noster; cum esse deberet 3, 21, 15. *Variarum & Elisionum* libellum separatim subjicere, Cl. Duckero non fuit consilium; maluit eas in ipsas Animadversiones conferre, ne, qui talia legere volunt, semper libellum variantis scripturæ indicem evolvere deberent. Denique addidit *L. Ampelii Libellum memoriam*, qui diu jam est, quod Flori nostri comes fuerit. Subjecit illi, quæ Heinsius atque Perizonius in exemplaribus suis notaverant, & quæ viri docti alibi ad emendandum hunc scriptorem contulerunt; tum & quæ ipsi inter legendum videri in mentem. Pauciora sunt ista quidem, nec tamen omnino ingrata: & in emendando tam lacero &, ut nunc habemus, magnam partem futili libello ut multum laboraret, institutum non permittebat. Forsitan curas suas libro majoris pretii commodat Cl. Duckerus. Fama enim fuit satis constans, ad eum pervenisse quondam, quæ optimus Perizonius in *Valerium Maximum*

MENSIS MARTII A. MDCCXXIII. 117

*ximum* habuit adfecta. Ille profecto ad hunc usque diem vindicem expectat idoneum: quem si in doctissimo Duckero tandem invenerit, habebit, quod huic ille imputet, & nos communi nomine optamus.

GRAMMATICA LATINA IN USUM PRINCIPIS Juventutis Britannicæ; cum Notis nec non conjecturis tam veterum, quam aliorum Grammaticorum jurgiter atque seorsum subjunctis; Autore SAM.

PRAT, S. T. P. Dec. Roffens.

Londini, apud R. & J. Bonwicke, G. & J. Innys, & al. 1722, 8. Alph. 1 plag. 20.

**S**I in tanta celeberrimorum Grammaticorum turba Cl. Sam. Prætor ejusque fama in obscuro futura est, non magis magnitudine eorum, qui nomini suo officiant, sese consolari, quam diverso suo ab aliis instituto gloriæ suæ prodesse poterit. Scripsit enim in usum Principis juventutis Britannicæ hanc suam Grammaticam, & ita conscripsit, ut aliorum potius, quam suas doctrinas atque opiniones proponeret. Hic nemo inauditas digressiones, ex alto repetitas linguæ Latinæ rationes requirat: nemo novum quoddam systema hinc cogitet. Illi tamen, qui varias conjecturas, varia locutionum vulgarium & singularium exempla simul conjuncta conspiciere cupiunt, talia ex Scaligeris, Sanctio, Mariangelo, Scioppio, Vossio, Melanchthone denique, Schmidio ceterisque satis cognitis doctoribus in hunc librum contracta legere poterunt. Et quamquam Cl. Autor de instituto suo nihil plane Lectorem monuerit, illis tamen potissimum grata acciderit opera ejus, qui nec magnos multosque libros hujus artis perlegere possunt, nec ipsos Latinos Scriptores eo animo evolvunt, ut inde judicium de linguæ genio bene subactum sibi acquirant. Est præterea genus hominum, quod sive debet, sive gaudet de lingua ista garrere quædam haud vulgaria, quorum hic cupiditati satisfacere esse, quilibet fatebitur. At quando ad optimum usum doctrinæ Grammaticæ attendimus, qui in *Interpretatione* olim

totus ponebatur, ita deficere videtur hic liber, ut reliqui hujus generis omnes. Neque propterea succensamus Cl. Auctori, qui aliorum potius vestigiis insistere, quam sua via uti voluit. Interim tamen si & Grammaticam, ut Grammaticam æstimes, aut plura addenda, aut quædam potius tollenda fuissent. Etenim in omni hoc negotio ea nobis semper fedit opinio, per paucis regulis, iisque generalioribus opus esse in parte ista, quam *Etymologiam* vocant. Brevius enim & efficacius iter est per exempla & lectionem vel unius Auctoris Classici: quo solo, scimus, multi eo usque processerunt, ut nunc inter ipsos Grammaticos numerentur. At in *Constructione* nil nisi vis ac natura cujusque *Casus & Modis* regulis explicanda veniret: quibus id certe effici potest, ut tam secure quis ita instructus bonos scriptores evolere & postea hac lingua scribere possit, quam qui pluribus regulis memoriam suam nequidquam oneravit. Hæ enim pluribus sunt obnoxie exceptionibus, quam istiusmodi unica, si vel plurimas patiatur. Si quis ea, quæ Cl. Auctor, ut omnes reliqui, de *Constructione* tertii Casus p. 34 cum Nomine, & p. 58 sqq. cum Verbo attulit, comparare velit cum unica Regula: *Ad Dativi naturam pertinet, ut denotet terminum ad quem*, veritatem dictorum ipse deprehendet. Sed quoniam Cl. Auctor alio modo lectoribus suis prodesse voluit, hæc oratio neque ad eum pertinet, neque adeo de merito ejus aliquid detrahere debet.

OBSERVATIONI CRITICHE ED APOLOGE-  
tiche supra il libro del Sig. Jacopo Lenfant, intito-  
lato Poggiana,

i. e.

OBSERVATIONES CRITICÆ ET APO-  
logeticæ in librum JAC. INFANTII, quem inscri-  
psit POGGIANA; Autore JO. BAPTISTA  
RECANATO, Patricio Veneto & Societatis  
Londinensis membro.

Venetis, apud Jo. Bapt. Albertium, 1721, 8.  
Plag. 18.

Men-



**M**entionem in Actis nostris facimus tum Historiæ Florentinæ Poggii, quam aliquot ab hinc annis edidit Jo. Bapt. Recanatus, Patricius Venetus, tum Poggianorum, quæ postea a Cl. Infantio sermone Gallico sunt conscriptæ. Nunc Nobilissimi Recanati observationes criticæ atque apologeticæ, contra Poggiana Infantii, non videntur silentio prætereundæ. Quo in libro id agit Autor, ut & sua quædam loca defendat, quæ ab Infantio fuerunt reprehensa, & præterea plus quam ducentos errores Geographicos, Historicos, Chronologicos, & Philologicos, quos in Poggianis observavit, recenscat atque emendet. Nos ita hac in re versabimur, ut pauca quædam ex libello, de quo diximus, nullo nostro interposito iudicio, exempli causa depromamus. Jacobum Sannazarium, celeberrimum Italorum Poetam, nequaquam nobili prognatum stirpe, sed servum quendam Æthiopicum fuisse, ab Acio Sincero libertate donatum, contendit Cl. Infantius, testem adducens Alexandrum ab Alexandro. Contra ea Recanatus ex illustri Neapolitana familia ortum illustrissimum Poetam, consensu omnium Autorum, nec ipso quidem Alexandro repugnante, asserit. Quippe pater Jacobi Sannazarii fuit Nicolaus, mater *Tomafella di Santo Mango*, ex nobili Salernitana familia. Natus 1458, post parentis præmaturum obitum, Noceram se contulit, rei domesticæ causa, atque inde Neapolim reversus in disciplinam se tradidit Jo. Pontani, ejus domum Academiam istius temporis florentissimam dixisset. Mos erat, ut singuli, qui in ista vivere societate cupiebant, nomen sibi quodpiam adsciscerent antiquum. Itaque & ipse Pontanus pro Joanne se appellavit Jovianum, & Anisius nomen Jani, Sannazarius nomen Acii Sinceri, atque alii alia nomina sibi assumerunt. Ex quo facile intelligitur, Acium Sincero non fuisse Dominum Patronumque Sannazarii, sed ipsum Sannazarium, cum servum quendam Æthiopicum haberet, *eum & libertate & gentili cognomento donasse, litteralibusque disciplinis, Alexandro teste, instruxisse, ita ut cuivis ingenio non impar videretur.* En alium Infantii errorem a Recanato proditum! *Nicolai Picinini, inclyti ejus temp. statim ducis vitam Latine elaboravit Joannes Baptista, Pog-*

p. 27.

75.

*gii filius.* Hoc ita in Poggianis suis retulit Cl. Lenfant, ut Jo. Baptistam orationem funebrem in obitum Picinini, Ducis Florentiz, composuisse, scriberet. Falso, si audimus Recanatum. Nam Picininus, filius cujusdam Ianionis, nunquam fuit Dux Florentiz: immo vero id temporis Florentia nullis subiecta Ducibus liberam habuit rempublicam, ita ut Picininus summa illa dignitate, quam liberaliter in ipsum contulit Poggianorum Autor, nullo pacto uti potuisset. Consimili errore Redolfus Varanius Camertes ab Infantio vocatur Dux Florentiz: qui, quamvis sine controversia & nobili genere natus & pace belloque clarus exercitum duxerit Florentinum, nequaquam tamen Dux Florentiz nunc pari potest. In locum Nicolai V Pontificis successisse Pium II, memorat Infantius, quod negat Autor noster, atque adeo miratur, quid sit, cur Calixtus III, qui Pium inter & Nicolaum intercessit, e numero Pontificum fuerit a *Poggianista* expunctus. Nunc de Episcopali dignitate Laurentii Vallæ videamus. Accusat virum Poggius acerrima & varia objectans probra, innox ita eum alloquitur: *Sed non horruisti, bellua impudentissima, falsitatis meminisse, qui olim Papiæ, penuria coactus, ut non redderes pecunias tibi creditas, falsum chyrographum cum scripisses, accusatus, convictus, damnatus, ante tempus legitimum absque ulla dispensatione Episcopus factus es? magna profecto dignitas, id ætatis adolescentem tantam dignitatem assequi sua virtute potuisse. Sed cum tibi invito ea dignitas esset concessa, credo ne a Pontifice culpareris, mitram albam, eo quo acceperas die, in Episcopatus curia deposuisti, qua ad hoc usque tempus suspensa pendet ad gloriam, & detestandam sceleris nomini que tui sempiternam funam.* Hæc Poggius. In quibus verbis singulare quidpiam & oppido curiosum, ad vitam Vallæ pertinens, sibi reperisse visus est Infantius.

p. III

Etenim vere constitutum Episcopum fuisse Vallam eundemque sponte officio illi renuntiasse, deposita Episcopali mitra, sibi persuadet. Sed negat se adduci posse Recanatus, ut credat, clarissimum Poggianorum Autorem, etiamsi Ecclesiæ Romanæ membrum esset, isto modo Episcopum creati velle, quomodo creatum esse Vallam Poggius commemorat: apertissimi

ma enim irrisione ad pervulgatum illum morem *S. Officii Inquisitionis* respexisse Poggium, quo constitutum fuerit, ut mitram quandam in capite gestarent, qui virgis cæderentur a carnifice. Satis expoluimus, qua ratione doctissimus Autor adversarium oppugnet suum. Nunc, qua virtute propria defendat mœnia, vel unico exemplo declarandum arbitramur. Factum sua commendatione Poggius pronuntiat, ut Leonardus Aretinus Romam vocaretur, ad munus Secretarii Pontificis obeundum. Quæ si ita se res habet, errat sane, iudice Infantio, illustris Recanatus, qui Leonardum jam tum Secretarium Pontificis fuisse contendit, cum Poggius veniret Romam. Sed negat hoc a se scriptum Autor noster: nihil enim aliud se asseruisse, quam Leonardum eodem tempore Secretarium Pontificis fuisse, cum Poggius esset scriptor Apostolicus; neque vero quicquam impedire, quo minus & commendatione Poggii sit Romam accersitus Leonardus, & deinceps utrique in eadem Pontificis aula vixerint, alter ut Secretarius, alter ut Scriptor Apostolicus: itaque ad defensionem suam nihil aliud opus esse, quam ut propria saltem verba considerentur, quæ sunt huiusmodi; *Eo prorsus tempore, quo exscribendis epistolis vacabat Poggius, Leonardus Aretinus Pontificis a secretis erat, ut innuit publicum documentum, quo ambo procuratores ejusdem actus sunt effecti.* Atque hæc ex Observationibus Cl. Recanati delibata sufficiant.

p. 108.

62 seqq.

65.

JO. WESSELI DISSERTATIONES SACRÆ  
Leidensēs ad Selecta quedam V. & N. T.  
loca &c.

Lugd. Bat. apud Sam. Luchtmans, 1721, 4.  
Alph. 3 plag. 13.

EX quo in Academia Batavorum Lugdunensi summe Rev. Autor Sacratiores literas doeuit, XVI hæcæ dissertationes ad selecta quedam V. & N. T. loca habuit, quas, quum justum aliquod volumen conficere viderentur, collegit, & prælo iterum subjici curavit. In prima dissertatione *de angelo Jehovæ*  
ab

ab Hagara viso, sententiam Patrum Ante-Nicænorum, ab Augustino temere desertam, æternum Dei filium patriarchis apparuisse, angeli Jehovæ nomine insignitum, ex Gen. XVI. 7-14 in primis confirmat, & contra Hackspanium, Clericum & Calixtum tuetur, atque tantum abesse ostendit, ut Arianismo faveret, ut potius & Arianorum, Ebionitarum, & Sabellianorum errores evertat, ac Triinitatis mysterium in V.T. cognitum fuisse, haud obscure indicet. *In secunda* diff. de Jehova in monte provisuro, ad Gen. XXII, 14, unum montium in regione montis Moriæ, sive tractus Hierosolymitani, qui postea dictus fuit Calvaria, ab Abrahamo, Messiam inibi immolandum in spiritu prophetico prævidente, appellatum fuisse IEHOVA IIREH, atque adeo illustrem in hoc dicto de Christo in uno montium Moriæ sacrificando contineri prophetiam, in JESU Nazareno impletam, erudite dextreque ostendit. Qua occasione de ratione denominationis montis Moriæ, quem a מורה & יה id est, a cultu divino solenni per sacrificia, in quibus *timoris Dei* exercitium consistebat, appellatum fuisse adlerit: de nomine ה patriarchis non ignoto, verbis Exod. VI, 2 de experimentalis nominis hujus cognitione, ex promissorum complemento oriente, patriarchis nondum concessa, expositis: & denique de die Christi ab Abrahamo viso differit, & Werenfelsii, diem Christi de die nativitate Isaaci explicantis, interpretationem rejicit, atque in ea est sententia, quando Abrahamus Joh. VIII, 56 diem Christi, id est, tempus illud illustre, quo Deus manifestatus est in carne, & quidem totum illud, quod passionem & gloriam complectitur, cum gaudio vidisse dicitur, in sui tantum, eum subinde clariorem diei Christi, etiam qua passuri, accepisse cognitionem. *In tertia, quarta & quinta* diff. ad Exod. XXXIII, 18-23 prolixè refert, qua ratione *Moses intuitum gloriæ Jehovæ petierit*; Jehova vero *faciem suam a nullo mortalium videri posse* responderit; *posteriorum* tamen *visionem* gratiose concesserit. Ad *votum Moysi* quod attinet, per gloriam Jehovæ, nec Dei essentiam, nec opus aliquod miraculosum, nec filium Dei Messiam, nec consummatæ felicitatis statum aut locum, sed speciem splendidissimam, divinæ majestatis ac præsentis symbolum pulcherri-

cherrimum intelli oportere contendit. Quando autem quaeritur, utrum species Dei gloriosa tunc demum producenda, an diu producta, & num in caelo praesens, vel in nube latens, sit intelligenda: Deum in caelo in aeternum luce quadam fulgentissima symbolica praesentiam suam testaturum esse, non dubitans, hujus partem aliquam, vel aliam ei plane similem lucem ait in monte Sinai adfuisse, sed in nube latuisse: hancque totam & absque nube intueri desiderasse Mosem, non ex nimia curiositate, nec quod ignoraret quocum loqueretur, nec ut Israelitarum caecitati & stupori succurreret, aut mediante hac imagine splendidissima in cognitione Dei proficeret; sed maxime, ut signum haberet plenissimae Dei irati cum populo in foedissimam idololatriam prolapsa reconciliationis, & regiminis Theocratici continuandi. In *responsione Dei* tum promissionem triplicem, tum visionis faciei negationem, tum denique concessam posteriorum hujus imaginis visionem distincte considerat, & ita quidem statuit: promississe Deum gloriae suae caelestis, *וַיֹּאמֶר יְהוָה* dictae, quam videre cupiebat Moses, in monte Sinai praesentiam, ejusque, sed nube tegendae, transitum, sive verum & corporalem quidem, sed rapidissimum motum, sensum Mosis externum affecturum; nec non proclamationem nominis divini, & voluntatis divinae significationem; ac denique misericordiam *pro arbitrio*, uti loquitur, in populum exercendam: *faciem* vero, id est, anteriorem & praestantiorum gloriae hujus, seu figurae istius splendidissimae symbolicae partem, ex vividissimo igne constantem, ab ullo mortalium absque mortis periculo videri posse, negare Deum: polliceri tamen, se manu sua, id est, nube Mosem tecturum & protecturum, & nube, tanquam corporali impedimento, remota, partium hujus gloriae posteriorum intuitum corporalem ad breve tempus concessurum. Hanc mentem ipsius, candide & perspicue a nobis traditam, dum Autor fusius exponit, inquit simul, quo sensu Deus *Ex. XLV, 15* dicatur *Deus abscondens se*; quoties Moses in montem Sinai ascenderit; XL dies jejunaverit, vel minimum in monte commemoratus sit; quoties in fine prioris jejunii quadragesimalis pro populo apud Deum intercesserit;

quid per *vias Domini* Exod. XXXIII, 13 sit intelligendum; an in vita æterna beati Deum oculis corporeis sint visuri, quod contra Seb. Schmidium & Wolfburgum diserte negat, affirmantemque sententiam gravem valde, crassumque, & periculosum errorem dicit; unde splendor faciei Moſis exortus ſit, & id genus alia, quæ ab eruditis in controverſiam vocantur, immiſcet. Miramur vero merito, quod Lutheranorum abſolutum decretum negantium & pernegantium theologiam ſibi haud parum, uti in indice notatur, contradicere probaturus, fidem dari *per vires mediis divinitus præbitis inſitas*, quæ ſunt verba illuſtris Puſſendorffii, ab ipſo p. 157 citata, idem eſſe ſibi perſuadeat, ac dari fidem *virtute divina inſuperabili, ex decreto & immutabili voluntate Dei*: ecquis Lutheranorum hoc unquam affirmaverit? In *ſexta diſſert. de epiftola Eliæ Prophetæ*, ad 2 Par. XXI, 12, Eliam Prophetam excellentiſſimum, & in multis ipſi Moſi ſimilem, nullum vaticinium de Chriſto, nec ſcriptum Propheticum reliquiſſe; traditionem quoque de duratione mundi per ſex mille annos non Eliæ Prophetæ, ſed recentiori cuidam Rabbino adſcribendam eſſe obſervat; & varia ſcripta Eliæ apocrypha recenſet; tumque diverſas eruditorum ſententias de epiftola Eliæ examinat, quorum alii epiftolam in Paradifo datam, alii autorem hujus epiftolæ eſſe alium quendam Eliam, ejuſdem vel nominis, vel ſpiritus, aut Eliſam, Eliam per ſcribarum incuriam nominato; alii hanc epiftolam quidem ante raptum Eliæ in cælum ſcriptam, poſt eum vero ad Regem Jehoranium delatam; alii denique, quibus Autor ſubſcribit, raptum Eliæ poſt mortem Joſaphati contigiſſe ſtatuentes, etiam ante illum, & forte vivente adhuc Joſaphato, hanc epiftolam traditam eſſe hariolantur. In *ſeptima diſſ. de ſilentio Scripturæ myſtico*, ad Pf. CX, 4, Scripturam quoque ſilentio de Meſſia prophetare, ex lege de hirco emiſſario in vita relicto, maxime vero ex hiſtoria Melchizedeci probari poſſe affirmat, quippe de quo Moſes ideo ſiluiſſe videtur, ut tyꝑus eſſet Meſſis, a Davide I. c. & Paulo Hebr. VII, 3 ita acceptus. Hancque operam eo animo eumque in finem ſe ſuſcepiffe fatetur, ut ex

p. 225.

hac ſententia, ſi non omnibus modis demonſtrata, ſaltem valde

pro-

probabili reddita, constare queat, nullam esse necessitatem, propter elogia Paulina vel Melchisedecum habendi pro ipso Dei filio, vel illum ineptissime transformandi in Henochum, veletiam ei adscribendi aut immediatam creationem, aut ex virgine nativitatem, & cœlibatum, aut denique immortalem, quam in hisce terris nactus esset, vitam, ac sequentem absque ulla visa morte quoad animam pariter ac corpus, in cœlum translationem. Ad hanc vero sententiam confirmandam sequentibus utitur argumentis: primo nullam aliam commodam silentii Mosis de tanti viri parentibus causam dari posse: dein verba Davidis: על דברתי מלכי צדק cum Fr. Junio ita verenda esse: Tu es sacerdos in æternum *secundum narrationem meam de Melchisedeco*, sive *κατὰ τὰς ἐξῆς*, id est, prout narratio a Mose fuit ordinata: quam interpretationem non ingeniosam solum esse dicit, sed solidam, qua admissa, omnia, quæ Paulus de Melchisedeco prædicat, quæque crucem figunt interpretibus, facillimo negotio expediri queant: porro Paulum in sermone suo de Melchisedeco non nova quædam tradere ex spiritu prophetico, sed historiam Mosis in iis, quæ narrantur & reticentur, ope clavis Davidicæ referare, & merum interpretem Mosis agere: & denique in opposita sententia, quæ elogia Paulina Melchisedeco ex rei veritate tribui affirmat, desiderari omnino prædicatorum cum subjecto cohærentiam, rei certitudinem ac demonstrationem. Sic etiam ad objectiones secus sentientium diluendas, testimoniis ex Julio Polluce, Horatio, Seneca & Livio adductis, non insolitum esse dicendum demonstrat, quando ἀπείρωτος & ἀμύρωτος appellatur aliquis, *cujus parentes memoria non sunt proditi*; & *phrases: manet in æternum, testimonium habet, quod vivat*, nihil aliud h. l. significare putat, quam, *mortem ejus destinato Dei consilio nullibi esse memoratam*; & in fine dissertationis annotat, *elogia illa, sine patre, sine matre, sine generis recensione*, de patre, matre, & genere, non sacerdoti solum & Levitico, sed etiam regio explicari posse. In disse. 1. *o. 8ava* ad Prov. VIII, 23 adversus anonymum quendam Belgam & Roellium disputat, *unctionem summa sapientia æternam, non officia-*

*officiale* intelligendam esse, *sed finale*, id est, non æternam prædestinationem in mediatorem, sed generationem æternam & communicationem essentiz divinæ significare: ubi inter alia ritum unguendi infantes, ex quo unctio baptizatorum orta, ex Ezech. XVI, 9, nec non ex gentiliū monumentis illustrat. In dissert. nona ad Es. LXII, 9 *de angelo faciei Jehova*, hunc titulum, a Græco interprete perperam neglectum, non Mosem, vel angelum creatum, sed ipsum filium Dei denotare, sex argumentis demonstrat; & vocem פניו *facierum* vel *faciei ejus*, non per appositionem, ac si filius Dei פניו facies Dei diceretur, quod nullo Scripturæ testimonio probari posse autumat; nec tanquam genitivum adjuncti, quæ Seb. Schmidii est sententia, per *faciem* essentiam, majestatem & gloriam Dei intelligentis, accipi debere; sed titulum hunc ab aulis Regum & Principum pettum esse statuit, in quibus ministri honoratiores faciem Regum videre, vel coram facie eorum stare dicuntur, eodemque ducem & redemptorem Israelis ob eminentiam & personæ & officii insigniri. In diss. *decima de Messia crucifixo Judæis offendiculo futuro*, vaticinium Zach. XIII, 6 de crucifixione Christi explicandum esse, quam plurimis argumentis ex antecedentibus, ipso textu, & consequentibus desumptis confirmat. In diss. *undecima de Jona typo Christi prophetico*, eoque reali, ab ipso Christo Matth. XII, 39, 40 allegato, missis reliquis comparationibus, sepulturam Domini triduanam imprimis respiciendam esse monet, quippe quam Dominus ipse vocet signum Jonæ Prophetæ, id est, illi simile, & ab ipso datum & prædictum. In diss. *duodecima de Christo filio Dei tantum secundum naturam divinam*, ex oraculo Paulino Rom. I, 3, 4 prolixè exposito, sententiam Roellii, Christum, quæ Θεῶν υἱόν, dici filium Dei, & Remonstrantium opinionem de causis filiationis Christi diversis, una æterna ac naturali, altera temporali, varia & multiplici, tanquam erroneam rejicit, & Christum filium Dei dici *tantum* secundum divinam naturam, & quidem propter hujus non communionem, sed communicationem, perfectissimo modo ab æterno factam, probat. Etenim dum Christus ex statu mortuorum  
propria



propria sua virtute resurrexit, jam antea existens filius Dei, & in se satis ab omnibus aliis filiis Dei distinctus, ut talis re vera est declaratus & manifestatus. In diss. *decima tertia* locum satis difficilem, quo Sociniani ad divinitatem Christi impugnandam frequenter abutantur, 1 Cor. XV, 28, de subjectionis filii presentis duratione & continuatione quidem explicari posse contra Crellium asserit; haud minus commode tamen de *ὑποταγῆν filii futura*, sive novo subjectionis modo posthac futuro exponi posse contendit, sive illa subiectio filii de corpore eius mystico, plene & beate tunc soli Deo subjiendo, sive de operis mediatorii consummatione ac perfecta congruentia cum Patris voluntate & ordinatione, sive potius de subiectione ipsius filii, dominio eius presenti quadantenus opposita, quatenus scilicet ipsi, ut *filio*, cui *omnia in aeternum subiecta manebunt*, convenire potest, exponatur: & tandem concludit, τὸ *subjici patri* non posse significare *privari ac exui omni imperio*; sed tantum *exui administrationis modo*, qui nunc in terris obtinet, & Regis quidem invictissimi, sapientissimi & sanctissimi gloriam manifestat, simul tamen aliquam in corpore mystico imperfectionem, maculam successive tollendam, & multiplicem miseriam, supponit, ob quam ille regiminis inodus necessarius est, qui omnino cessare debet, quando ecclesia omnis militans ad triumphantem accesserit, Deoque soli felicissimo modo subiecta fuerit. Sic regni presentis non tam abolitio quam complementum confirmatur. In dissert. *decima quarta* locum *διωχθέντος* Paulinis quoque annumerandum, Gal. III, 20, variis variorum sententiis relatis, ita explicat, ut unum enunciationis subiectum statuat, qui est mediator, de quo v. 19, filius Dei; duplex vero praedicatum, alterum negativum, alterum affirmativum. Verba enim Paulina ita vertit: ille tamen *mediator, non unius est, sed est ipse Deus unus*, hoc sensu, ut Paulus non neget, Christum esse unius Dei filium aeternum, neque etiam, illum esse mediatorem a Deo ab aeterno electum, quo sensu Apostolus scripsit, 1 Cor. III, 23 *χριστὸς δε, Θεῶν*: sed ut neget tantummodo, mediatorem Simulacrum, qui ipse filius Dei erat, esse *summi Dei subditum, a Deo summo dependentem, ejusque*

potestati instar creaturae subjectum, uti nunc est quoad alteram naturam, postquam semen Abrahami factus est, quo sensu & terra, Ps. XXIV, 1 & nos Rom. XIV, 8 τὸ κρείσσον esse dicimur. Nam Paulus phrasi quodammodo ministeriali ἐν χρεσὶ μεσῆτε, ex potestate delegata mediatoris, usus, ne quis illam traheret ad divinitatem mediatoris evertendam, prudenter addidisse videtur, legislatorem illum Sinaiticum tamen non esse unius, Dei nempe, eique, ut creaturam, subjectum, sed ipsum Deum unum. Utrum vero hac nova translatione omnis verborum difficultas sublata sit, peritis literarum divinarum interpretibus dijudicandum relinquimus. In diss. decima quinta ad Gal. IV, 3 per *elementa mundi* legem promissioni adjectam, imprimis ceremoniam, intelligendam esse, eamque ita potissimum dici ob apparatus mundanum, pluribus ostendit. Denique in diss. decima sexta, ad Coloss. I, 14, de Christo imagine invisibilis Dei iterum adversus Arianos & Socinianos, nec non Roelium, docet confirmatque, hoc loco quidem totam personam Θεοῦ εἰκασμένην, non tamen totum personae dici imaginem Dei invisibilis: imaginem quoque non intelligi artificialem, nec internam & mentalem, sed naturalem, qualis est filius: atque adeo Christum non dici imaginem Dei invisibilis, quatenus ipse est visibilis, sed quatenus invisibili sua natura divina patri est similis, sive quatenus est filius, & invisibilis patris invisibilis imago recte dici potest. Hisce dissertationibus *duae* annexae sunt orationes inaugurales, altera ab Autore Roterodami habita A. 1711 de laudibus Apostoli Pauli, altera Lugduni Batavorum A. 1712 de titulo crucis Domini, quum utrobique professionem Theologiae publicam suscepit. Paulum celebraturus, ejus nomen, patriam, civitatem Romanam, quam non ex communi Tarsensium omnium, sed parentis sui speciali privilegio accepisse arbitratur, educationem liberaliorem, & conversionem, qua statum antecedaneum, autorem, locum, dona gratiae in eum effusa, acceptumque Apostolatam, consideranda; porro raptum in caelum, labores, plagas & denique vaticinia V. T. de hoc gentium doctore e tribu Benjamin oriundo, in laudem ipsius convertit. Et quod ad mortem Pauli

atti-

attinet, martyrii coronam ipsi, capite procul dubio truncato, non denegandam esse: ubi vero, quando, & an sub Nerone ultimo sit affectus supplicio, admodum in obscuro latere: immo probabilitatis specie haud carere opinatur, Paulum Nerone supervivisse, & post ejus mortem a vinculis liberatum, Romanam reliquisse, & alias terrarum partes visitasse, ideoque posteriora ejus vincula sub Nerone figmentum esse; posteriorem etiam ad Timotheum epistolam, non ultimam esse in vinculis Romanis a Paulo conscriptam. In *titulo crucis* autem Jesu Nazareni Regis Judæorum, cui jus hæreditarium regni Davidici terreni fuisse diserte negat, quàm plurima providentiæ divinæ documenta, eumque in oraculis V. T. non quidem prædictum, in lamina tamen aurea, a summo Pontifice cum hac Inscriptio-  
ne *יהוה ליהוה* in fronte gestata, præfiguratum esse, observat.

Gründlicher Tractat von des Pabsts vermeinter  
obersten Kirchen-Gewalt.

h. e.

ISAACI BARROW TRACTATUS DE SV-  
prematu Pape, una cum MAIMBURGII Tr. de in-  
stitutione & prærogativis Ecclesie Rom. illum ex Angli-  
co, hunc e Gallico sermone in Germanicum vertit  
M. AUG. TITTELIUS, Past.  
Pörstensis.

Lipsiæ, typis Immanuelis Titii, 1723, 4.

Alph. 5 plag. 7.

Solidissimum hoc opus *Celeb. Barrovi*, quod scriptis ejus & sermonibus in sol. editis adnexum habetur, a reliquo corpore secrevit Cl. M. Aug. Tittelius, Pörstentium prope Leucopetram Pastor, & luculenta versione Germanica induit. Superfluum arbitramur ad commendationem hujus libri quicquam proferre, cum tot magnorum Theologorum elogia haud vulgarem de eo etiam nostris hominibus expectationem injece-  
rint. Unicum Tillotsoni testimonium negligere haud debemus,  
quod

- quod operi præmittitur & instar omnium esse potest. Fatetur nempe Vir inter Theologos summos nulli secundus, Barrovium ita de hoc doctrinæ capite egisse, ut nihil reliqui fecerit in utramque partem, quod de hac materia dici queat. Interpres præfationem satis longam de zelo religionis, an & quatenus locum habeat, huic operi adjecit, in eaque simul objectiones Pontificiorum præcipuas, quæ ad labefactandam religionis nostræ præstantiam in genere formari solent, caute solvit. Autor vere ipse Tractatum totum in septem potissimum theses, quas ponunt adversarii, evolvendas refutandasque dividit, quarum 1) est, S. Petrum institutione Christi divina & ipsius jussu Principem Apostolorum ita fuisse, ut reliquos imperio suo rexerit; 2) Petri Principatum cum omnibus juribus illi adnexis non in persona ejus tantum hæsisse, sed ad omnes ejus successores hæreditario jure transiisse; 3) Petrum Episcopum Romæ fuisse; 4) eundem, non obstante loci crebra mutatione, Episcopum ibi mansisse, donec ex hac vita migraret; 5) Romanos Episcopos, ex institutione divina summum in universum Christianum orbem imperium principatumque obtinere; 6) usum hujus imperii penes Romanos Episcopos verè extitisse, & inde a temporibus S. Petri semper viguisse; 7) hunc Primatum seu imperium Ecclesiasticum nullo modo rescindi, infirmari aut tolli posse. Quas theses omnes pro ea, qua excellebat, ingenii vi, judicii acie & doctrinæ præstantia egregie excutit Autor, & earum falsitatem ita omnium exponit oculis, ut haud dubie inter ipsos adversarios futuri sint, quos veritatis fulgor vincat & ad se trahat. Tractatus ejusdem *de unitate Ecclesie* subjunctus non minorem ad convincendos homines vim habet; quem deinde sequitur Ludov. Maimburgius, qui idem fere argumentum de Primatu Pontificis in tractatu peculiari de *Fundatione & præcipuis Romana Ecclesie juribus Gallice* pertractavit. Accessit is ad hanc operam mirum in modum armatus, & libertatem Ecclesie Gallicanæ, quamvis ipse Pontificius, ita contra quasvis secus sentientium opiniones defendit, ut haud injuria secundum abs Barrovio locum in præsentis opere obtinuerit.

MENSIS MARTII A. MDCCXXIII. 129  
EMONIS LUCII VRIEMOET DE SCHL-  
lob Jude illustri germine Dissertatio &c.

Traj. ad Rhenum, apud Gisbertum a Paddenburg, 1722, 8.

Plag. 15.

**D**E tituli Messiz שילה, quo in illustri vaticinio Jacobi Gen.  
XLIX, 10 insignitur, origine grammatica & vera signi-  
ficatione Philologi haecenus multis modis disputarunt, & in  
longe diversas iverunt sententias, ex quibus Gouletii, a radice  
שילה *molestia & agritudine laborare hanc vocem derivantis*,  
explicationem singularem & paradoxam in Acti nostris A. 1588  
p. 528 jam recentuimus. Aliam nunc, eamque novam, nec  
minus singularem, Gouletii tamen conjecturae merito praefe-  
rendam, de obscurissimi, at illustrissimi hujus tituli etymo &  
significatu sententiam doctissimus Autor, qui Cl. Relandi se  
profiteretur discipulum, in hac dissertatione aequi peritique cen-  
soris judicio subjicit, & varia eruditione philologica, praeser-  
tim ex Arabicae linguae thesauris depromta, illustrat confirmat-  
que. Sententiam vero suam, quam modeste conjecturam di-  
cit, in prologo statim exponit, & שילה compositum esse arbi-  
tratur ex pronomine 3 sing. masc. ה *suus, ejus*, & vocabulo  
שיל, pro Hebraeo שילה, quod Arabes etiam per ש, שילה  
scribunt, posito, N initiali per aphazresin in linguis Orientali-  
bus usitatissimam abjecto. Radicem itaque vocis שילה consti-  
tuit שיל, vel, uti Arabes scribunt, שילה, & in ipsa disserta-  
tione, quae in X Capita distincta est; *Cap. I* grammaticas diffi-  
cultates erudite removet, ostenditque, licet affixum ה, pro-  
nomen 3 sing. masc. in Hebraismo rarius fit, cum loco ejus ו  
ponatur, illius tamen non deesse exempla; in commate enim  
sequente II occurrere ערה *asinus ejus*, & Pl. XLII, 9 שירה  
*canticum ejus*, 2 Sam. II, 9 כלה *universitas ejus*, quibus in  
locis ne *Keri* quidem notatum; porro ש aut nullam aut sane  
exiguam subire mutationem & cum י saepissime permutari; N  
denique radicale ex usu linguarum Orientalium facile exulare,  
sicuti ex שיר Chaldzi & Syri faciunt שיר, ex שיר, שיר &c.  
& ipsimet Hebraei pro שירה non semel dicunt שירה; idque  
R in

in hac voce eo facilius fieri potuisse, cum N voce a fine crescente per ה, vocalem suam amittere, & mobile (:) instrui debuisse, atque adeo vix ullum sonum edere potuisset, Syristali initiali *Aleph* lineolam, quam *occultantem* vocant, subscriptibus, & vox immediate præcedens **מ** in **מ** exeat. Superatis hac ratione difficultatibus grammaticis, *Cap. II* veram **משיח** sive **משיח** significationem indagare conatur, & vocem **משיח**, quæ in Codice sacro duobus tantum in locis legitur, nempe Exod. XXIV, 11 & Ef. XLI, 9, & ab interpretibus, etiam antiquissimis, varie explicatur, ex usu linguæ Arabicæ significare docet *hominem non modo genere, sed & virtute, atque existimatione nobilem, isque radicatum*, & si Hebrææ radicis **משיח** significatum usumque spectes, *separatum, selectum* &c. Jam cum anguste nimis de emphasi vocabuli hujus in hoc loco cogitari nequeat, *Messiam* hac voce describi monet tum *ab illustri natura* sua, & divina per æternam generationem a patre accepta, & humana, qua ex primaria & nobili tribu Judæ, & quidem ex regia Davidis familia, quodque reliqua omnia superat, ex virgine oriturus erat; tum a *virtutibus & insigni munere mediatorio*, omnibus modis *nobilem & eximium*: EJUS vero, nempe *JUDÆ nobilem* dici, tum qua filium Judæ, & ex stirpe & tribu ipsius oriturum, tum qua Deum & Dominum ejusdem, ejusdemque Principem & Servatorem. Hanc, quam voci **משיח** tribuendam credit, notionem a Prophetis insigniter confirmari demonstraturus, nominibus ad designandum eundem Messiam plane parallelis, sæpe non sine respectu ad hunc locum Geneleos, utentibus, in *cap. III* titulos Messiz, *personam nobili genere & illustri stirpe ortam* significantes, colligit, & missis nominibus vaticinio Jacobi antiquioribus, nempe **ער** *semen mulieris, Abrahami, Isaaci*, præ ceteris nominibus parallelis in scriptis Prophetarum obviis eminere, & cum **משיח** imprimis convenire adserit **משיח**, quam vocem, vel in quinque admodum insignibus locis Messiam designantem, prolixius illustrat, & *germen*, non vulgaris, sed illustris & præstantissimæ stirpis, ortumque Messiz divinum pariter atque humanum denotare contendit. Deinde confert illustrat-  
que

que titulos נצור, נצור, וינק, &c. & in *Cap. IV* nomina illa parallela, quæ ortum Messiz divinum sub *splendoris*, humanum sub *germinis* notione describunt, & utramque notionem iisdem sæpe significari vocabulis, evincit. Ubi in primis tria Scripturæ loca explicat, in quibus eadem notiones efflorescentis splendoris & germinis five furculi eandem Messiz duplicem nobilitatem depingunt, nempe Num. XXIV, 17, 2 Sam. XXIII, 4, Apoc. XXII, 16. Ad alterum vero vocis נצור vel נצור significatum, quo *virum virtute, robore & potentia* quasi *radicatum & præstantem* denotat, nominibus parallelis illustrandum, *Cap. V* eadem repetit, & in hanc sententiam exponit nomina; quibus *Cap. VI & VII* alios subjungit Messiz titulos insigniores, in quibus virtutis ac potentiz notio præcipue dominatur; e.g. נצור, Jer. XXX, 21, cujus loci cum Gen XLIX, 10 convenientiam accurate ostendit; נצור, Hiob. VII, 20, נצור, נצור, & imprimis, נצור; atque in fine capituli VII observat, affixum pronominale EJUS reliquis etiam Messiz titulis annecti. Tum in *Cap. VIII* allatam vocis נצור expositionem, quam satis probabilem reddidit contextui, nexui & scopo orationis Jacobi, & ipsius, in quo occurrit, commatis, quippe in quo SCHILOH a nobili origine ex Juda, a potentia & munere, dominio nempe in gentes, ab ipso denique adventus tempore describitur, quam appositissime congruere indicat; eamque ut aliorum conjecturis de hac ipsa voce probabiliorem esse demonstrat, in *Cap. IX* viginti tres diversas eruditorum sententias examinat, earumque omnium optimam esse fatetur Hilleri, vocem נצור a נצור deducentis, & *expositum ejus* explicantis: suam tamen cum Hilleri sententia comparans, quoad grammaticas quidem rationes paria cum illa facere, quoad sensus vero amplitudinem atque aptitudinem longissime eam post se relinquere, sibi persuadet. Denique in *Cap. X* integri commatis 10 sensum exponit, verba difficiliora explicat, & vaticinii de regimine, generatim sumto, & legislatore, *ex populo* tribus Judæ, *ex medio* gentis ejus, non recessuro, complementum perspicue satis recenset. Atque in hoc ipso capite, dum vocem נצור eru-

dite illustrat, obscurioris loci Jud. V, 14 verba מְשִׁיבֵי הַיָּם  
 רְעוּ plano & facili sensu reddit: *tenentes sceptrum scribarum,*  
 sive scribarum imperio imperantes.

## MEMOIRES ET NEGOCIATIONS

secrettes &amp;c.

h. e.

COMMENTARII DE REBUS IN EURO-  
 pa gestis ob successionem Hispanicam; Autore  
 DE LA TORRE.

## Tomus II.

Hagæ, apud Viduam Adr. Moetjens, 1722, 8.

Alph. I.

**P**rimum præclari hujus operis Tomum, quem A. 1722 p.  
 385 sqq. recensuimus, excipit nunc *secundus*, quo filum  
 cœptæ narrationis persequitur Autor diligentissime. Nos, quæ  
 hic memoriæ prodita sunt, strictim attingemus, haud secus  
 quam superiora delibavimus. Primo igitur loco ad verbum  
 recitat, quos antea in neminis notitiam venisse ait, *secretos*  
*articulos primi pariter ac secundi tractatus partitionis.* Sci-  
 licet primæ conventionis articulo secreto pactum erat, ut  
 quamdiu post mortem Regis Hispaniæ duraret Bavari Princi-  
 pis minorennitas, ejus vice tutorio nomine regnaret pater,  
 Elector Bavarix, idemque, si forte filius præmatura morte  
 exstingeretur, ei succederet in omnibus Hispaniæ monar-  
 chiæ regnis & provinciis: Secundi Tractatus articulis secretis  
 conventum est, ut, si forte Dux Lotharingiæ Mediolanensi  
 Ducatu suum permutare nollet, hic Ducatus Mediolanensis  
 proprius fieret Electori Bavarix ejusque utriusque sexus he-  
 redibus, ea conditione, ut Navarra adjiceretur hereditati Del-  
 phini; itemque ut fœderis hujus socii cogant Regem Hispani-  
 æ, omnes suas provincias relinquere in statu præsentis, nul-  
 la urbe vel portu destructo, nullo Prorege abdicato; denique  
 ut Austriaco non permittatur succedere prius in assignatis sibi  
 provin-



provinciis, quam subscripserit certæ *renuntiationi*, cujus hic ipsa verba exhibentur. p. 10.

Hinc refert, A. 1700 M. Julio Viennam venisse legatum Hispanicum, Ducem Molefium: cujus epistolam ad Regem suum postea scriptam, quam cum Imperatore ejusque ministris sæpius collocutus fuerat, totam hic repræsentat. In ea commemorat Molefius, quam tarde in aula Imperatoria procedant consilia, quantæque difficultates sibi fuerint objectæ contententi & enitenti, ut Carolus Austriacus clam quamprimum mittatur in Hispaniam. Simul describit paucis genium Josephi, Regis Romanorum, Comitis Harrachii, & Cardinalis Collonitii. Ac Josephum quidem majorem in modum laudat, ejusque in Jesuitas odium haud inepte excusat. Harrachium ait justo tardiores esse in capiendis consiliis; Collonitium totum pendere ab arbitrio Jesuitarum, bonumque potius Sacerdotem esse, quam politicum. Idem legatus ab Imperatrice rogatus, ut statum aulæ Hispanicæ ipsi summa fide aperiret, omnem rerum infelicitate gestarum culpam rejecit in Perlipiam, Reginz amicam, quippe quæ sua & honoris & pecuniæ avaritia Reginam & omnes Germanos reddiderit Hispanicis invisos. Præterea falsa esse contendit, quæ vulgo jactentur de pactis cum Regina Hispanicæ post mariti mortem nuptiis Delphini. Exposuit etiam Imperatrici summas virtutes levibus vitis mixtas Admirantis Castellæ, ejusque in domum Austriacam benevolentiam. Inter hæc Viennam venit Elector Palatinus, cui Molefius exposuit summam necessitatem obsistendi, quo minus in immensum excreseat potentia Galli: atque hac in re Palatinum facile habuit assentientem. Diligenter postea & crebro agitata in aula Cæsaris fuerunt consilia de rebus Hispanicis: nihil tamen certi fuit destinatum: quæ diuturna judicii practici suspensio adeo molesta fuit & Molefio & Portocarrero Cardinali, ut hic ne disteriis quidem abstineret in tarditatem aulæ Austriacæ. Eodem temporis tractu accidit, ut Papa Innocentius XII se morti proximum esse intelligens, tres Cardinales, Spadam, Panciaticum, & Albanum, (qui non ita multo post Papa factus est,) sententiam dicere juberet de succe-

fore futuro monarchiæ Hispanicæ. Hi cum cenfissent, renuntiationem Regiæ Gallicæ non jam firmam, sed potius irritam esse, cum finis per eam renuntiationem intentus nunc temporis ejus pacti præstatione obtineri non possit; hanc triumvirorum purpuratorum sententiam (quæ ad verbum descripta hic exstat,) Papa, qui exiguo intervallo ad plures ablit, Madritum misit, adjunctis suis & ad Regem & ad Portocarrerum epistolis. Hoc nuntio Madrium delato, etsi Portocarrerus adhuc flagrabat amore domus Austriacæ, tamen & Papæ autoritas, & Urracæ, intimi sui amici, (quem Galli sibi conciliarant fautorem,) adhortatio cum pertraxit in partes Gallicas, itemque sermo Præfidis Castellæ, qui totus hic expromitur. In eandem sententiam postea facile fuit Portocarrero traducere præcipuos aulæ Hispanicæ ministros. Paulo post Rex Hispaniæ adeo graviter ægravavit, nulla ut spes superesset salutis: id quod permovit Portocarrerum, ut Regi persuadere conaretur, eligendum sibi esse successorem Ducem Andegavensem. Propensiores quidem se Rex præbebat in Archiducem Austriacum: sed cum Portocarrerus diceret, fore, ut æterna excidat salute, si id non faceret, teneram Regis morti proximi conscientiam tam vehementer percussit, ut is eam rem totam permitteret arbitrio Portocarreri. Is igitur convocavit præstantissimos & Theologos & JCtos, qui cum approbassent Papæ sententiam, statim duos JCtos componere jussit Testamentum Regis, cujus hic summa exhibentur capita. De hoc testamento Rex ipse literas scripsit Viennam ad Molefium, legatum suum, quem jussit notum id facere Imperatori, addita spe, se aliquando, si convalescat, aliam secuturum esse sententiam. Sed fefellit ea spes. Nam d. 1 Novembris A. 1700 Rex vita excessit.

P. 101.

LIB. II.

Aliquot horis ab excessu Regis Proceres venerunt in regiam, aperturi testamentum. Accedebat etiam legatus Imperatoris, non dubitans, heredem scriptum esse Archiducem. Sed statim ei renuntiatum est, heredem esse Andegavensem: id quod is illico per cursorem edocuit Imperatorem. Idem domino suo perscripsit Gallicus legatus, qui & Regi suo misit Epistolam a summo Hispaniæ consilio scriptam, quæ tota hic exhibetur.

137.

MENSIS MARTII A. MDCCXXIII. 135

betur. Hanc non ita multis diebus post secutum est descriptum exemplum testamenti regii. Scripsit item de hac re Portocarrerus epistolam ad legatum Hispanicum in aula Gallica versantem. Tota ea hic exstat, in eaque is fatetur, rumorem esse Madriti, Regem Hispaniæ invitum atque coactum testamento subscripsisse nomen suum. Rex Galliæ accepto tam læto nuntio contiliarios suos convocavit, qui postquam in utramque partem acriter disputassent, aliis testamentum accipiendum, aliis tractatum partitionis sancte servandum esse contententibus, ad extremum, Delphino eam sententiam præeunte, conclusum est, ratum esse habendum testamentum, & pro Rege Hispaniæ agnoscendum Ducem Andegavensem. Hoc facto Rex Galliæ Madritum misit literas responforias, quæ hic exhibentur ad verbum; in quibus testamento se satisfacturum promittit, & Regem Hispaniæ propediem misurum nepotem suum, Ducem Andegavensem. Hinc statim Andegavensem declaravit Hispaniæ Regem solenni ritu, qui hic accurate describitur: ac postea Harcurtium Madritum ire iussit titulo legati extraordinarii præfulgentem, qui una cum Portocarrero faceret, quæ placerent Regi Galliæ. Statim etiam Elector Baviaræ, Rector tum Belgicarum provinciarum, Regi Galliæ rescripsit, sese ratam habere successionem Andegavensium. Cum vero Rex Galliæ jure metueret, ne Imperator jus suum in Hispaniæ regna persecuturus sit, statuit ipsi inimicos excitare in ipsa Germania. Unde renovavit controversiam de nono Electoratu, ac dissentientibus Principibus copias pariter & pecunias auxiliares large pollicitus est. Pari consilio misit in Hungariam, qui seditionem ibi excitarent. Interim Madriti solenniter facta est Regis novi proclamatio: imo eo usque Consilium Hispanicum se totamque Hispaniam subjecit imperio ac potestati Regis Galliæ, ut tanta humilitas non solum aliis partim admirationem, partim indignationem, sed ipsi Galliæ Regi risum & jocum exprimeret. Postea hic Rex Hollandiæ per literas notificavit nepotis sui successionem in regnis Hispaniæ, adjuncto longiore scripto, quo iis persuadere studebat,

p. 146.

161.

184.

197.

bat, iustissimis se causis perinotum esse ad comprobandum  
 Hispaniæ Regis testamentum. Hollandi quiescendum puta-  
 bant, donec, quid consilii placeret Angliæ Regi, resciscerent.  
 Nam & huic Gallus ea de re literas misit, quas cum legatus  
 Gallicus Regi Britannico redderet addito longo sermone de  
 facti istius iustitia, Rex Britannicæ: *Non est, inquit, quod*  
 p. 250. *Regem tuum excusando multum verborum consumas. Ludov-*  
*vicus tuus semper est Ludovicus. Fecit more suo.* Ac statim  
 postea novum convocavit Parlamentum. Inter hæc Impera-  
 tor Mediolanum misit legatum, qui Principem Valdemor-  
 um permoveret ad se totumque Ducatum Mediolanensem sub-  
 jiciendum Cæsari. At irritus fuit hic conatus. Interea Rex  
 283. Gallicæ Ducem Sabaudicæ maximis promissis & amplissimis  
 conditionibus in suas partes pertraxit. Helvetios etiam studuit  
 adducere ad approbandum testamentum Hispanicum. Sed  
 apud hos plus valuit Imperatorii legati oratio. Itaque neutri-  
 304. us esse partis constituerunt. D. 4 Decembris Versalia disces-  
 sit novus Rex Hispanorum, & in itinere literas misit ad Hol-  
 landos. Viennæ interim pœnitentia aulicos subibat tarditatis  
 312. suæ, jamque videbant, se & cœpias & Archiducem mittere  
 debuisse in Hispaniam. Alia igitur jam via reparandum rati  
 damnum, cum scirent, & in Hispania, & in regno Neapo-  
 litano, & in ceteris Hispanicis provinciis plurimos esse do-  
 mus Austriacæ amicos, statuerunt bellum suscipere, & initio  
 quidem in Italia, nil proficiente Papa novo, qui bellum il-  
 lud Italicum summis viribus dissuadebat Imperatori. Videns  
 314. vero Rex Gallicæ, evitari novum bellum haud posse, e muni-  
 tis Belgii Hispanici urbibus ejecit præsidiarios Hollandorum  
 milites: quæ res cum ab aliis narretur aliter. Autor noster  
 sinceram veritatem exponit uberius, atque ita Tomum hunc  
 concludit, simul promittens, plures Tomos ad conti-  
 nuandam hanc historiam secuturos esse.

---

*Prælo nuper subjecimus Indicem Generalem Quarti Decen-*  
*nii Actorum Erud. ab A. 1712 ad A. 1721 incl. nec aubitamus, cum*  
*sub finem proximi Mensis Aprilis proditurum.*

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Aprilis Anno MDCC XXIII.*

ACADEMIÆ CÆSAREO-LEOPOLDINÆ  
*Carolinæ Naturæ Curiosorum Ephemerides, sive obser-  
vationum Medico-Physicarum, a celeberrimis Viris, tum  
Medicis, tum aliis Eruditis in Germania & extra  
eam communicatarum, Centuria IX & X,  
cum Appendice.*

Augustæ Vindelicorum, apud Viduam Pauli Kühnzii, 1722, 4.  
Alphab. 3 plag. 17 Tab. fig. zn. 13.

CUM in binis his Centuriis Ephemeridum non minus cu-  
riosæ annotatæ legantur observationes, ac in antece-  
dentibus, non possumus non ex iisdem quædam speci-  
minis loco cum Lectore benevolo communicare. *Josephus  
Lanzonus* quartanam terrore fugatam, hæmorrhagiam letha-  
lem ex scarificatione, cæcitatem ex scabie retropulsa, dolores  
articulares ex adstricta diarrhœa, & insaniam periodicam ex  
mensium suppressione sistit. *Maximil. Preussius* sæctum uterum  
disrupisse, & post sui & matris obitum in abdominis hujus ca-  
vitate deprehensum fuisse dicit. *Sylvester Sam. Anhornius de  
Hartwiss* energuineni actiones describit, salularum Scolliensis  
historiam texit, earumque vim antispasmodicam depræ-  
dicat. *Job. Dav. Mauchartus* hydrophobiam lethalem accura-  
te delineat, spinam dorsi bifidam observatam, & lienis in-  
flammationem, alias lethalem, in vaccis venæ sectione & radi-  
ce bryoniæ præservatam & curatam esse scribit. *Job. Jac. Dille-  
nius* succum de papavere nostro resinoso gummosum collegit,  
cujus granum unum eundem cum vulgari opio effectum dedit,

S

nisi

nisi quod somnium aliquanto turbulentiorem reddiderit. *Job. Adam. Reimannus* dubiam reddit auri uvarum vegetabilis existentiam. *Dan. Fischerus* Remedium abortus deprædicat essentiam castorei cum essentia theriacali & oleo cinamomi mistam. *Dan. Nebelius* Spasmodicorum symptomatum ex usu coturnicum causam lilio tenuento, quo vescuntur hæ, adscribit; & condylomata ventriculi ex salivatione mercuriali subito suppressa annotat. *Dan. Hoffmannus* violentam cerebri lacerationem non lethalem describit. *Job. Adam. Gerizius* hydropicum a lapsu subito mortuum refert, quia diaphragma, accepto vulnere, serum ad pectus admittit, unde pulmones se dilatare non potuerunt. *Johannes Salzmannus* miram crani fracturam in homine per quadraginta annos superflite delineari curavit, & globum plumbeum, quibus lepores transfodi solent, deglutitum cum urina redditum perhibet. *Job. Christoph. Hertius* in vetula 65 annorum concipiendi energiam cum fluxu menstruo reassumptam perhibet. *Benedictus Gullmannus* virum obesitate nimia suffocatum sistit, ac motus epilepticos falsæ conceptioni supervenisse perhibet. *Johann. Mauritius Hoffmannus* amavrosin, ictum pugionis obtusum, oculo exceptum, insequentem, feliciter curavit; uteri rupturam post mortem vidit, & hypercatharsin ac alia pernitiola symptomata ab epota insitione pomi colocynthidis inducta consopivit. *Christian. de Helwich* futuræ sagittalis discessionem tanquam causam cephalalgiz agnovit, & efficaciam sulphuris lycopodii in intertrigine, excoriatione, ac ulceribus manantibus laudat. *Michael Alberti* casum refert, in quo omnes hæmorrhagiæ solenniores in uno subiecto occurrerunt; hæmoptysin & hæmorrhagiam narium menstruam in gravida innoxiam observavit, ac pleuriticum vomitorio ex mortis faucibus se eripuisse dicit. *Job. Burch. Mügling* varia obmutescentiæ exempla ab imaginatione matris vel terrore inducta, aut ficta, allegat; & sortum per 46 annos in utero detentum commemorat. *Job. Adam. Limprecht* vulnus hepatis cum deperditione substantiæ magnæ curatum describit. *Anton. Vallisnerius* urinam per os excretam & ad pristinas vias mercurio revocatam perhibet; empyema præscripta mumia,

cum

cum coralliis & terebinthina per urinam curavit, & stellam marinam discoidem ex literis *D. Ludovici Bourguet*, Medici Veneti, sequenti modo describit: Zoophytum, Potta marina seu Vulva marina dictum, quo de Donatus in sua descriptione litteris Veneti agit, nullam tamen descriptionem neque figuram, hujus animalis suppedians, totum transparens est, instar glaciei, & consistentiam albuminis ovi ad duritiem cocti obtinet. Hoc a me Anatomiz subjectum ex disco magno, in diametro palmum superante, compositum inveni, qui interne totus, quasi planus & æqualis est, ex altera autem parte vel superne, rugosus omnino cum variis transversis striis in circumferentia; quæ in simbrias quasdam cœruleas elegantissimas transparentes terminantur. Discus a circumferentia sensim crassescit, usque ad centrum, ubi plusquam pollicarem crassitiem ostendit. Ex centro calix rotundus plusquam quatuor digitorum altitudine exsurgit, ad cujus latera in basi quatuor insignia, foramina, ori aperto similia, videntur, in crucis formam desinentia: ab extremitate ejus octo longi pedes in modum cujusdam stellæ marinæ, bini & bini prodeunt. Versus basin pedum horum prope crucem ad utrumque latum duæ parvulæ, & ita numero sedecim locantur, nec non porro ulterius alix duæ alix juxta quemlibet pedem, usque ad principium cujusdam quasi digiti, prismatis figura, coloris transparentis, cœrulei, ex quo veluti ex aliqua commissura quædam unguis, carnosus rotundi & longiusculi, figura Satyro marino Donati, simillima, species est. Insuper ille unguis colore cœruleo, pellucidissimo, guttulis aquæ congelatæ, quæ per hyemem, a tectis ædium dependet, similis existit. Interius cavitas adest, quæ basin calicis circumdat, & æqualiter fauces quatuor apertis in forma oris aperti, quasi semicircularis figuræ, largitur. A singulis hisce aperturis tres tubuli procedunt, qui in circumferentia disci terminantur, atque acre & aqua pleni apparent. Interne versus centrum alia quædam cavitas occurrit, quæ tunica cingitur, duas cavitates separante, atque ex tubulis per pluribus albicantibus composita, qui, uti mihi videntur, vala sunt spermatica; in fundo materia lubrica viscida flavescente

„scente excurrente, quæ, si non fallor, lac est & ovarium hujus  
 „animalis. Cavitas hæc interior usque ad medietatem calicis  
 „pertingit, a quo octo tubuli prodeunt, ad pedes pertingentes,  
 „& in apice unguis carnosus jam descripti terminantur. Alia  
 „organisationis internæ nota observari nequit, siquidem, quam-  
 „vis tota illa moles sit organica, nihilominus propter subtilita-  
 „tem, teneritudinem & transparentiam fibrarum difficillime,  
 „bono etiam cum microscopio, compositio ejus detegitur, sub-  
 „tilissima tamen in tubulis tunica, egregie efformata, & similis  
 „illi, qui vitellum ovi involvit, cernitur.

## TAB. II.

## Explicatio Fig. I in Tab. II.

- Fig. I. a. a. a. a. Corpus disci, quod ultra tertiam partem pedum por-  
 rigitur, totum rugosum, & interne tubulis concavis  
 plenum, intus planum, & cujus circumferentia spe-  
 ciem aliquam fimbriarum elegantissimi cœrulei colo-  
 ris refert.
- b. b. b. b. Quatuor oscula, aut foramina instar oris, quæ caput  
 in cavitatem immittunt, quæ intus calicem centri in  
 animali circumdat.
- c. c. c. c. &c. Tubuli numero duodecim, qui ab extremitate  
 circumferentiæ disci procedunt.
- d. d. d. d. Calix, qui circa basin centri rotundus est, & altitudine  
 quatuor pollicum in formam crucis dividitur.
- e. e. e. e. &c. Octo pedes, qui bini & bini ab extremitate crucis  
 exeunt, atque animali figuram stellæ largiuntur.
- f. f. f. f. &c. Sedecim parvæ alæ, quæ versus basin pedum jun-  
 guntur, & animali pro calice una cum disco vertendo  
 inserviunt.
- g. g. g. g. &c. Sedecim alæ majores pedum, quæ ad basin cor-  
 poris sub digitorum specie, figura prismatis, termi-  
 nantur.
- h. h. h. h. &c. Dignæ pedum prismatis figura, & coloris cœru-  
 lei transparentis.
- i. i. i. i. &c. Ungues rotundi, longiusculi, carnei, & ejusdem  
 cum digitis coloris admodum transparentes.

k. k. k. k.



k. k. k. Interni tubuli, qui per animalis transparentiam clare conspiciuntur.

l. l. l. Puncta hæc locum vasis tubiformibus albicantibus plenum monstrant, qui intus calici & disco assignantur, in cujus fundo species illa lactis flavescens cernitur, quæ ovarium esse creditur.

Porro *Job. Morasch* virum refert, qui cataractæ depositio- nem in oculo utroque felici cum successu ante quatuor annos sustinuerat, nisi quod, armato licet oculo, legendis formandis- que literis non amplius suffecerit, nec acute viderit. In ejus ve- ro oculo post mortem nulla pellicula, imo nec humor crysalli- nus repertus fuit, quia hic, ut putat, per operationem e sede sua depulsus & successu temporis penitus consumtus & oblite- ratus fuit. *Vitus Riedlinus* & *Job. Matth. Mullerus* ex radice eicutæ aquaticæ, loco petroselini comestæ, symptomata prava curarunt. *Job. Fried. Hertz* pultis farinacæ rubescens men- tionem facit, huncque colorem fermentationis effectum esse di- cit. *Job. Matthias Muller* de fonte soterio Kupfferzellensi dis- serit. *Job. Casp. Grimmus* Fabæ S. Ignatii vim inesse narcoti- cam probat. *Georg. Deshardingius* tincturam tartari acrem & infusum foliorum Sennæ pro veris non feris venditat anodynis, & arcanum duplicatum salis Epsomensis succedaneum deprædi- cat. *Job. Bapt. de Wenckh* de vermibus erucas æmulantibus cum urina secretis sermonem facit. *Mich. Bernb. Valentini* hemi- craniam lethalem ex pituita & aqua flavescens gelatinæ instar concreta & sub pia matre dextro cerebri hæmisphærio superja- cente describit, & Clangulæ Anatomæ suppeditat sequentibus verbis: Anno 1720 mense Novembri offerebatur Anas fera,, rarior, ex illarum genere, quæ Platyrinchi seu Latirosiræ, Hel,, vetis *Zuschmånler*, dicuntur, cum inferior rostri pars in su,, periori, tanquam in theca quadam, includatur. Erat autem,, illa species, quæ Clangula vocatur, & quidem mas, qui infra,, oculos utrinque maculam albam pilosam, in diametro album,, vel grossum æquantem, habere solet, quæ in formellis deside,, ratur. Magnitudine Anate domestica paulo minor erat, in par,, te superiori alarum ex parte nigra, ex parte alba, apicem in,,

„vertice gerens, e nigris pennarum cirrhis conflatum, prope  
 „quem pennæ ex nigro obscure virent. Venter albicans. Ro-  
 „strum illi brevius & obtusius reliquis, cujus pars inferior  
 „in superiori tanquam in theca reconditur. Lingua car-  
 „nosa & semipollicem lata, cujus pars anterior instar succisæ  
 „quasi præmorfa appendicem minorem habebat, in parte su-  
 „periori quodammodo nigricans, in altera vero seu inferiore  
 „ex albo flavescens. Oculi similiter eleganter flavescabant,  
 „quemadmodum & pedes, quorum digiti lata & nigricante  
 „pellicula, alis vespertilionum hævè absimili, connectebantur.  
 „Intestinum cæcum duas appendices longas, utrinque annexas,  
 „habebat. Quod vero singulare & insolitum est, aspera arteria  
 „primum angusta, circa medietatem in utriculum se expande-  
 „bat, duos fere pollices latum, cujus annuli oblique & squama-  
 „rum instar sibi quodammodo incumbebant. Abhinc rursus  
 „angustior reddebatur, donec tandem in pectore in sacculum  
 „cartilagineum, instar crepitaculi infantilis, utriculo majorem &  
 „aliis anatum speciebus etiam familiarem desineret, qui altero in  
 „latere etiam adhuc semiannulares articulos ostendebat; in ma-  
 „jore vero parte glaber erat, & in utroque latere in appendices  
 „angustiores desinebat, quæ in pulmones hiabant,

TAB. II. Explicatio Fig. 2 in Tab. II.

- Fig. 2. a. aspera arteria.  
 b. utriculus annularis.  
 c. continuatio asperæ arteriæ latior.  
 d. sacculus cartilagineus glaber.  
 e. latus sacculi articulatum.  
 f. f. f. f. appendices sacculi articulis gaudentes.

Fig. 3.

- a. lingua.  
 b. appendix linguæ.

Fig. 3.

In Appendice harum Centuriarum continenturi. *Mauritii Hoffmanni*, Professoris quondam in Academia Altdorfina Medicinæ Primarii, Mantissa Observationum selectiorum, a filio, Joh. Maur. Hoffmanno suppeditata, II *Christiani Heinrichi Erndelii* Iter Medicum Grodnense, III *Francisci Scufonii* Obser-  
 vatio-

vationes circa locustas, IV *Januarii Jannellii* Exercitatio Epistolari de mira dilatatione & prolapsu coli, V *Godofredi Held ab Hagelsheim* Analogia Macrocosmi cum Microcosmo occasione astus diurni in utroque Anno 1719 observata, VI *Johannis Baptista de Wenckb* Dissertatio Physica: An ex coitu hominis cum bruto possit verus homo generari? VII *Johannis Casparis Westphali* Judicium de Sagis & Magis, IIX, IX & X Memoria Lochæriana, Lancisiana, & Genseliana. Egregia quidem pariter sunt, quæ in Appendice hac leguntur, singula tamen recensere nobis, brevitatis studiosis, haud licet, non possumus tamen non Anatonem Mustelæ piscis a B. Hoffmanno olim institutam ex ejus observationibus communicare. Ita autem ille: Mustelam piscem, quem vulgo *Mhl-Ruppen*, & *Ruappen* nominant, squamis destitutum aperui, cujus hepar in paucos lobos scissum flavescens suspensum in vitro tenuissimæ texturæ liquorem flavum oculorum bulbos detergentem & mundificantem stillabat; ventriculus oblongo-rotundus sensim attenuabatur. Pylorum sive duodeni principium appendices pendulæ multæ, cæca intestina repræsentantes, quadruplici adhæsu ambiabant, chylum distribuendum forte transeuntem oculis suis excipientes, quas Noricæ medicæ *Ruppenhändlein* vocant, & adversus epilepsiam, secundinarum retentionem & colica tormenta laudant. Vesicula fellis sub hepate propendens post appendices in duodenum per porum compressa tenuem bilem eructabat. Lien parti inferiori intestini recti adhærebat per fibras & vasa. Hujus extremo binæ corpuscula lactei candoris adiacebant, testes æmulantia, ad quæ vas sanguineum a superiori ventre demissum ramis suis, terminabatur.

Explicatio Fig. 4 & 5.

- a. Portio oesophagi.
- b. Principium ventriculi.
- c. Ventriculus ipse.
- d. Ejusdem fundus.
- e. Pylorus, in quo valvula quædam aderat, nec flatui transitura ad ventriculum concedens.

TAB. II.  
Fig. 4-5.

f. Ap.

- f. Appendices sunt foraminibus quatuor ad duodenum hiantes, chylumque absorbentes: hic enim istis compressis effluxit una cum lumbrico tereti exiguo rubescente.
- g. Vesicula fellis sub hepate, penitus exalbido.
- h. Reliqua intestinorum portio quæ ad
- i. k. oblique reflectebatur, & ad
- l. rursus dilatabatur, ac
- m. intestinum rectum constituabat, ubi valvula aderat, quæ nec flatum ex recto intestino impulsam admittebat. Hinc recto intestino lien parti inferiori per vasa & fibras appensum erat. Utrinque etiam accumbebat
- n. corpusculum lactei coloris thymo non absimile.

HISTOIRE DE FRANCE &c.

b. c.

HISTORIA RERUM IN GALLIA GESTARUM  
regnante Ludovico XIV, Autore












DE LARRAY

Tom. V. VI. VII. VIII. IX.

Roterodami, apud Michaelem Böhmerum & Socios, 1722, 12.

Alph. 5.

**H**istoriæ rerum in Gallia gestarum, uti eam Larræus posteritati commendare voluit, Tomum I & II in Actis nostris Anni M DCC XIX Mense Februario p. 61, Tomum III & IV in Supplementorum Actorum Erudit. T. VII p. 59 sq. recensuimus: nunc ne suscepto muneri defuisse videamur, reliqua volumina exponemus, sed, cum sint illa omnia & recentia, neque reconditæ memoriæ, per summa capita ibimus. Tomo V leguntur ea, quæ post pacem Noviomagi ipsam ab anno MDCLXXIX ad MDCXCI gesta sunt. Annum itaque MDCLXXX nobilitant nuptiæ Delphinum inter & Annam Mariam Victoriam, Bavaram Principem, Electoris sororem, iter Regis per Regni sui Belgicos limites, summa *Reunionum*, quas vocabant, Tribunalia Brisaci ac Metis constituta, futilia Ravauisii in suprema Curia Metensi Senatoris commenta, sed Louvoisio



STAB. II. Adhuc. M. d. p. pag. 140.

sio nil nisi prælia & cædes spiranti peropportuna serendorum bellorum instrumenta, quæ Hispaniam Sueciæque Reges, Electorem, Comitesque Palatinos, aliosque Imperii ordines aut Valli Francici legem subire, aut excidere provinciis insolenti aut jubebant. Anno MDCLXXXI Tripolitanis, quos Ducefnus navali bello premebat, funesto, Argentoratum cum externa vi tum proditione domestica Imperio eripiebat, præsidio Gallico etiam Casale occupante, quod Dux Mantuanus in Imperii & Imperatoris fraudem Regi crediderat. Anno sequenti Rex sua & Ecclesiæ suæ jura contra Pontificem defendit, idem in civis purioris doctrinæ studiosos lævit, Arausionensem Principatum legitimo Domino eripuit, Lucemburgum præter fas oblidione cinxit, Algerianos classe missa compescuit, Burgundix Ducem, Delphino filium, sibi nepotem nasci lætatus est. Anno MDCLXXXIII Regem Conjugis Mariæ Theresiæ & magni Colberti funera, Hispanos Cortraci & Dixmudæ jactura, & Lucemburgi ruinæ affligerunt, quarum urbium illas equidem Galli vi ceperunt, hanc globis igne gravidis injectis perdidērunt, pace Noviomageni, ut sibi persuadebant, nihil infracta. Eodem anno dux Andegavenis in lucem editus est. Anno proximo Regi æquum visum fuit Genuensium, liberæ gentis, urbem eo prorsus modo, quo Piratarum Barbaricorum pessimos nidos perdere, Lucemburgum armis subigere, & non sublisset ibi bellandi cupido, nisi inducias, ut fœderis verba habent, XX annorum Hispanus Lucemburgo cesso, Imperium Argentorato derelicto redemisset. Anno MDCLXXXV Rex Genuensium Ducem & quatuor Senatorii ordinis viros delictorum veniam humiliter rogantes audivit, Electori Palatino ex Neoburgica gente primo, nomine Ducis Aurelianensis, quæ Caroli Electoris e Simmerensibus ultimi germana fuit, iniquissimam de hereditate litem movit, & Edicto Nannerensi ab Avo Hugonotis, quorum fide in rebus arduis usus erat maxima, Palladii instar concesso, a Patre sancte custodito, a se ipso sæpius firmato, nunc sublato penitus & abrogato, gravissimis dirissimisque persecutionibus hominum innocentissimorum fidelissimorumque fenestram aperuit, quod ita placuit Michaeli Tellerio Regni Can-

cellario, ut, cum moribunda dextra crudele edictum signasset, verbis Simeonis: *Domine, nunc in pace dimittis servum tuum,* abuteretur. Siamensis Regis legatio a Ludovico audita, incubula tertii nepotis, Bituricensis Ducis, morbus Regis, quem ani fistula laborasse constat, & domus Regia S. Cyri, pio Maintenoniz consilio condita, insequentem annum insigniverunt. Anno MDCLXXXVII Rex, neque aliorum summorum Principum exemplo, neque iustissimis Innocentii XI rationibus motus, Apyli Jus, Legato Marchione Lavardino Romam missio, invito Pontifice & manu militari usurpavit, quo effecit, ut, decertantibus anno proximo de Coloniensis Electoris & Præfulis dignitate Cardinali Furstenbergio Argentoratensium Episcopo, qui dudum infestum erga patriam animum induerat, Gallis eo nomine caro atque accepto, & Josepho Clemente Bavaro Ratisponensi Episcopo, Pontifex illis malis irritatus eo lubentius meliorem causam sequeretur, & Bavarum, demtis ex pontificiz potestatis plenitudine obflaculis, rite electum pronunciaret. Rex sibi non amplius esse quiescendum ratus, indicto Imperio, Belgis, Britannis, Hispanis bello, primum iræ suæ impetum in Palatinatum effudit, & eo, quem memoravimus, anno per militum incendiariorum facinora æternam suo nomini maculam inussit. Anno MDCLXXXIX Sebendunum in Catalaunia a Gallis captum est, sed fusi sunt in Flandris apud Vallem curtam a Principe Waldeckio, Moguntia, Bonna, Cæsaris Insula in Germania sunt receptæ. Anno sequenti prælium Floriacense commissum est. Anno MDCLXXXI Montes in Hannonia, Urgella in Catalaunis a Gallis captæ; in Italia etiam non infeliciter est pugnatum; Leodium & Barcino injecto igne territæ. Eodem anno orbis terrarum pondus Louvoisii morte sibi subductum sensit.

Tomo VI Autor persequitur ea, quæ ab Anno MDCXCII ad annum usque MDCXCVII, ad pacis nempe Rysvicensis tempora restitutamque Europæ quietem evenerunt. Sunt illa fere prælia, cædes, incendia, expugnationes urbium. Ita anno hujus postremæ Seculi decimi septimi decadis secundo Namurcum a Gallis expugnatum, ad Stenkerkum dimicatum, Carolomon-

Tomontium exeunte anno globorum ignivomorum injectione  
 fœdatum est; anno tertio Heidelbergæ turpissima Heidersdorf-  
 fii deditio in Gallorum venit potestatem, Rhoda etiam in Ca-  
 talaunia capta, ad Landum in Belgio pugnatum est, Fanum e-  
 tiam S. Maclovii igne tormentario & infernali machina per  
 Britannos territum. Anno quarto Dixmuda & Huum a Sociis  
 Celsissimis, Palamus, Gerunda & Ostalricum a Gallis captæ,  
 Deppa, Portus Gratiz, Caroburgus, Caletum, Dunquerca a  
 classe Britannica igne injecto tentatæ. Anno quinto Casale  
 a Sabaudis, Namurcum a Guilielmo Rege recuperatæ, S. Maclo-  
 vi Fanum, Dunquerca, Caletum idem, quod superiori anno, fa-  
 tum subiere. Anno sexto Sabaudiz Dux suæ utilitatis causa fœ-  
 dus Sociorum arctissimum primus rupit, pace cum Gallis inita,  
 cujus exemplum proximo anno, Barcinone capta, fecerit reliqui  
 Galliz hostes. Rysvici convenere Legati Galliz & Sociorum;  
 concilium illud a belligerantibus Regibus institutum Saeculo  
 Legato moderante. Consensum in sequentes fere leges: ut Hi-  
 spanis Gerunda, Rhoda, Barcino, Luxemburgum, Carole-  
 montium, Montes Haunoniz, Athum, Contracumque resti-  
 tuerentur, ut Guilielmus tertius pro legitimo Britanniarum Re-  
 ge a Ludovico, Jacobi exulis hospite, agnosceretur, ut Imperio  
 Imperiique Principibus reliquisque ordinibus restituerentur ere-  
 pta, addita tamen infausta illa Articuli IV clausula, *de Religio-  
 ne Romano-Catholica, quod ad urbes & regiones restituendas ut-  
 tineret, es in statu, in quo tunc erat, relinquenda defendenda-  
 que*, ut Rex Friburgo, Brisaco, Philippiburgo redditis, Argen-  
 toratum sibi haberet, ut Lotharingiz Dux suas provincias ita re-  
 ciperet, uti earum possessione patruus magnus Carolus IV Anno  
 MDCLXX gavifus est.

Pacem concesserat gementi Europæ Rex pius, ut sermone  
 Gallis tam familiari utamur, sed eo fine, ut bellum pararet re-  
 liquis atrocius, & reperiret artes, quibus Hispanica successio  
 Nepoti suo secundo loco genito firmaretur. Hæc Tomum VII  
 occupant. In vulgus notum est, Regem Galliarum bis familiz  
 regiz post mortem Caroli II jam languentis herciscundæ ratio-  
 nes cum Britannis Belgisque iniisse, atque ita bis Regem Hispaniarum



marum indignabundum ad testamentum faciendum impulisse, posterioribus tabulis Hispaniarum heredem Andegavensem esse designatum, ab Hispanis etiam mortuo Rege magno gaudio & summa consensione in folio locatum, quod ita suæ Monarchiæ scissionem lacerationemque evitari posse credebant; nota sunt hæc, & alibi rectius & uberius narrata; quare iisdem hic non immorabimur.

Tomo VIII narrantur, quæ prioribus sex hujus seculi annis evenere, ad illud usque tempus, quo Augusta Taurinorum ab obsidione Gallica liberata est. Inferebat bellum hereditatis Hispanicæ repetendæ causa Leopoldus Imperator, magno animo, exiguis copiis, sed veteranis, multoque bello induratis, & quod potissimum erat, parituis duci, quo major aut melior bello non est, Eugenio Sabaudo. Superatæ Alpes, Galli ad Carpium, ad Clarium fusi, Neapolitani Proceres, Austriacæ dominationis cupidine, liberandæ patriæ consilia inierunt, quæ tamen coitio nonnullorum capitali supplicio repressa est. Hæc anno præsentis seculi primo gesta sunt. Anno secundo Colonienfis Elector Gallicanas partes manifesta defectione secutus est, Bavarus Frater consilia non meliora tacitus agitavit, quæ Ulma capta intelligentibus prodebat, Britanni vero & Belgæ cum Imperatore socius inire avertendæ servitutis publicæ causa, Andegavensis per Italiam fecit iter, ad Lazarum magna contentione pugnatum est, Mantua obsessa, Villaregîs Gallorum dux e munitissima urbe Cremonensi captivus abductus, rates Hispanicæ argento Americano graves apud Vigum oppressæ aut captæ, Leodium a Marlboroughio, Landavium a Romanorum Rege ad deditionem compulsæ. Anno tertio Bavarus Elector, Ratispona occupata, castra sua Villarii castris jungebat, Cemenii, quod sacra sua vi armata defendere niterentur, bello crudelissimo petiti, Bonna capta a sociis, mox ad Eckeranum pagum dimicatum in Germania, Tyrolenses in montibus suis Bavares irrumpentes exceperunt pro merito, Stirumii tamen copiæ sunt castræ, Brisacum a Burgundiæ Duce, Landavium a Tallardo ad deditionem compulsæ, ad Speierbacum etiam a Germanis infeliciter est pugnatum, Hispaniæ solenni patris fratris-

fratrisque cessione in Carolum Regem translata, Sabaudus etiam magno foederi accessit, Muum, Limburgum, Geldra in potestatem sociorum redacta. Anno quarto Carolus Rex ad Lusitanicum litus appulit, postquam ab horum Rege magni foederis accessio facta esset, in Italia res Sabaudis non infeliciter cesserunt, Bavaro Electori fortuna anno ineunte ablandita est, captis Augusta Vindelicorum, & Passavio, validior indies junctis exercitibus a ducibus Gallicis adductis, sed ut lapsu graviore rueret, post ingentem cladem ad Donavertiam, & majorem inamo gravissimam, & Bavaris Gallisque luctuosissimam ad Hochfladium extorris & exul, Calpe quoque a Britannica classe capta, Vercellæ, Eperedia, Segulium a Gallis occupata, Ulma & Landavium in Germania recepta. Anno quinto Bulla Pontificis Clementis XI: *Virum domini Sabaoth* incendium occasione *Cisus* cujusdam *Conscientia*, quem vocant, subortum utcumque sopivit, ignibus sub cinere doloso occultatis potius, quam extinctis. Germaniam vero terruit mors Leopoldi Imperatoris, in Italia ad Cassanum pugnatum est, Barcinonensis Regem suum Carolum III recepit, in Belgio dubio Marte res gesta. Anno sexto Barcinonensis urbs a Philippo Andegavensi frustra obsessa, Galli prope pagum Ramelium intra vallum munitissimum latentes expugnati & in fugam conjecti sunt, amissis mox Bruxellis, Mechlinio, Gandavo, Brugis, Antverpia, Aldenarda, nobilissimis urbibus. Re magis memorabili hæc periodus finire non potuit, quam clade Gallorum Taurinensi.

Ut reliqua Tomo IX explicata persequamur, Ostenda & Athum Belgii urbes ad victorias Sociorum anno sexto hujus seculi reportatas pertinebant. Anno sequenti Neapolitanum Regnum ad suum dominum rediit, sed Sabaudi Principes Telonem Martium frustra obsidione cinxerunt. Anno octavo Scotia a Jacobo exule, qui se Britanniae Regem ferebat, incassum tentata est, in Belgio ad Aldenardam pugnatum, mox Insulæ a sociis celeberrima obsidione capta. Anno nono prælio ad Meplaquetum prior fuit deditio Tornaci a Gallis facta, prælium ipsius a sociis prospere commissum Montium Hannoniæ deditio

tio infecta est. Anno sequenti Gertrudimontii de pace actum  
 sed frustra, Duacum potius, Bethunia, Aria, S. Venantii Farum  
 cessere sociis, Gallis vero & Regi imprimis læto partu in lucem  
 editus est Princeps, idemque in regno successor Ludovicus XV.  
 Anno undecimo magna rerum immutatio facta est, animo &  
 favore Annæ Britannicæ a Marlboroughiis Conjugibus, & qui  
 eas partes hæcenus secuti erant, ad Harlejum, Sanct-Johan-  
 nem, & asseclas convertio, translataque simul rerum summa, qui  
 cum Tallardii artibus corrupti de pace cum Gallis ineunda agi-  
 tarent consilia, opportunum colorem infausæ scissioni præbuit  
 mors Imperatoris Josephi, & Caroli Fratris Hispaniarum Re-  
 gis in Imperatorem sublecuta electio. Bochanium captum est,  
 sed Eugenio revertendum erat in Germaniam, ut cum exercitu  
 Francofurtana Comitia tutaretur. Anno duodecimo Legati pa-  
 cis pangendæ causa, conventu a Britannicæ Regina Ultrajecti in-  
 dicto, convenerunt, quibus tamen rixæ inter Rechteri legati  
 Belgici, & Menagerii Gallici legati familiares exortæ fecerunt  
 moram. Eugenius Sabaudus Quercetum expugnaverat, op-  
 pugnat Landavium, licet Ormondus Britannicarum copia-  
 rum dux castra sejunxisset. Sed Comitis Albemarlii exercitu  
 ad Denavium cæso, & Landrecium liberatum, & Duacum, Quer-  
 cetum, Bochanium receptæ sunt a Villario. Anno decimo tertio  
 Pax inita est inter Gallicæ Regem, Regesque Britannicæ, Lusita-  
 nicæ, Borussicæ, Sicilicæ, Belgicæque. Agnita a Gallis Hannove-  
 rana in Britannicis successio, Dunquercam solo æquare placuit,  
 firmata Philippi V & successorum de hereditate Gallica renun-  
 tiatio, Americæ Septentrionalis provinciæ nonnullæ Anglis  
 cessæ; urbium in Belgio captarum nonnullæ Gallis redditæ,  
 aliz a Republica Belgarum retentæ, aliz Bavaro promissæ sunt.  
 Lusitanis in America meridionali satisfactum. Borussorum  
 Rex pro Rege illius gentis & summo Novi Castri Principe a  
 Gallis acceptus, Geldricæ partem cum Arasionensi Principatu  
 commutavit. Inter Sabaudur. & Gallos non sine illius commo-  
 do limites constituti. Sunt & Imperio & Imperatori oblatæ pa-  
 cis conditiones, quas sprevit Augustus noster. Sed eodem anno  
 Villarius Landavium & Friburgum ad deditionem compulit.

Tan-

MENSIS APRILIS A. MDCCXXIII. 157

Tandem anno sequenti a summis ducibus Eugenio Sabauda & Villario Rastadii de pace convenit, Brisaco, Friburgo, Kehliao; no propugnaculo restituti, Landavium retinere Galli, Coloniensis & Bavarus Electores restituti, & quæ alia legati pacti sunt, Badæ eodem anno firmata magis atque uberius explicata. Pacem fecerat Rex cum hostibus, nunc etiam Ecclesiæ suæ eandem, oppressis discordiis intestinis, procurare annitebatur. Videbatur ipsi, hoc fieri posse per Edicta, quibus Pontificis Romani Bullam, quam prioribus verbis: *Unigenitus Dei Filius* allegare solent, recipi ubique & ab omnibus observari jubebat, & asperius animadvertisset in adversam partem, nisi Sphacelocerosum mors anno clo lo ccxv Kalendis Septembribus ad plures abire coegisset.

Et cum hac catastrophe merito finitur Historia Larræi nostri, quæ, licet in priori parte splendidum illud nomen utcumque increatur, in sequentem tamen diurnorum aut mensurorum de rebus novis Commentariorum Epitomen definit. Res narrantur plures ad finem præfixum nihil pertinentes, & aliquando ne quidem a putidis fabulis vacuum est opus. Morbo denique popularibus suis perquam familiari, adulandi, Regis & suæ gentis facta laudandi, excusandi, exornandi, hostibus detrahendi studio insigni, scriptor gravissime decubuit: illi tamen malo credidissimus medicinam esse potuisse sat efficacem diurnum exilium, asylumque, & beneficia, quæ ei in nostra Germania, tam misere a Rege suo lacerata, obtigerunt quam plurima. Verbo, satius fuisset, majori apparatu, meliori fide, majori modestia animum ad scribendum appellere, quam laudem Britannica Historia partam in tam manifestum discrimen adducere.

Gedichte und Latein. Inschriften Hn. Carl Gustav Heræus.

i. e.

CAROLI GUSTAVI HERÆI, S. CÆS. MAJ.

Consil. & rei antiquæ nec non ferundis Numismatibus Præfæcti, Poemata vernacula & Inscriptiones Latine.

Noriber-

Noribergæ, apud Petrum Contadum Monath, 1721, 8 maj.

Alph. 1 pl. 18 & Tabb. zn. 8 præter plur. fig. textui insertas.

**D**Uos fere libros hic sistimus, vernaculum alterum sub eo quem dedimus titulo, alterum Latinum, cui titulum Ill. Autor fecit, *Inscriptiones & symbola varii argumenti*. Et si enim jam A. 1715 hujus generis Miscellanea publico impertierit, de quibus diximus in Actis A. 1716 p. 386, plura tamen & tum habuit luce digna & porro sequentibus annis elucubravit. De poematibus, quorum majestatem & veneres l. c. commendavimus, nihil nunc addimus, nisi quod e præfatione, in qua de poesi vernacula & orthographia (in qua emendanda studium Vice-Cancellariorum Imper. de Seilern & Schoenbornii commendat) docte disquirat, notamus, Neukirchium in eo esse, ut Telemachum, a Fenelonio tam pulchre prosa oratione descriptum, heroico carmine Germanico exprimat, tum quod sub finem rationem ostendat erigendæ novæ Societatis, quæ in emendanda lingua Germanica cum fructu versari possit. Sed ut ad alteram partem, eamque potiorem veniamus, quam Latino sermone in usum, ut videtur, exterorum conscripsit, nisi quod pauca quædam Gallica inserta sunt, conspiciuntur hic primo loco numismata circiter quadraginta, Potent. Imp. Caroli VI res gestas illustrantia, ac partim ob artem sculptoris, partim ob inventoris ingenium commendanda. In his uti feliciter imitatus est gravem veterum simplicitatem, ita se Regiæ Acad. Scientiarum Gallicæ, cujus & methodum in Historia Ludovici XIV servatam æmulari videtur, magnopere probavit, uti e binis ad Academiam datis Epistolis Gallicis p. 90 sqq. apparet. Unum ex his producimus, quo Augustissimi Cæsaris insignis literarum & antiqui ac nostri ævi numismatum cura posteritati commendatur. *Sistit averfa*, ut cum Nostro loquamur, *Herculem nostrum spoliis hostium secure insidentem, & Clavæ, cui innititur, jungentem Plectrum illud, quod in numis antiquis Herculi Musarum, quas ducit, est proprium. Hanc media inter arma literarum & artium tutelam infra clarius indicant mixta armis volumina, & Urna intus antiquis numis, extra fulgens moderno ita dicto numismate, quod ex torque pender. Ut constat*

P. 47.  
TAB. II.  
Fig. 6.

*constet in ipso bellorum strepitu omnis aetatis monumenta inflaurata, cuncta & restituta fuisse. Itaque servatura Herois sui gloriam servata Musa coronat Ductorem Stateremque. Inscriptio: OBSERVATAM PRISCI NOSTRIQUE TEMPORIS MEMORIAM; infra: HERCULIMUSARUM.* Sequuntur deinde Spectaculorum pyrotechnicorum copiosae descriptiones, figuris non inelegantibus exornatae, quae vel solae ad novam hanc artis emblematicae speciem, haecenus paucissimis tentatae, manuducere queant, maxime cum in eadem festivitate, ut in natali Augusti, non unum Autori Spectaculum fuerit praebendum, sed plura diversis aedificiis aptanda, quae dum consideramus, tantamque inscriptionum & emblematum tam apte excogitatorum copiam contemplamur, non possumus non summam in Autore ingenii ubertatem demerari. Quod idem dicendum de apparatu funebri regis ac mausoleis, qualia Josepho Imp. Eleonora Magdalena Teresia, Augustae Matri, Ludovico XIV Regi Galliae, Jo. Wilhelmo El. Palat. aliisque vel posita Viennae in templis, vel destinata certe ab Autore fuere. Nec minus ingeniosae inscriptiones reliquae, quibus aras, columnas, palatia nuper excitata, resque alias decoravit, e quibus eam hic afferemus, quam valvis aeneis numophylacii portatilis, quod Augustiss. Carolus in ipsa Hispaniam secum traxit, Noster insculpi curavit: (I) *An. MDCCXIV reparatum est Numophylacium hoc, quod primum institutioni Caroli Principis Juventutis, deinde in ipsa expeditione Iberica Regis Victoris recreanda menti inseruit.* (II) *ut Gades remota in aetere hoc Carolus V Herculem suum non modo Gadi-tanum, sed etiam Musagetam agnoscerent.* Jucunda quoque sunt, quae alia passim inspergantur: ita ubi inscriptiones recenset aulicorum, quibus Carolus V expeditio Tunctana a Johanne Majo, cognomento Barbalonga, castra Caesaris secuto, & Titiano, expressis ad vivum imaginibus, depingitur, quaeque e tenebris tandem protracta Devossio Bruxellae reparanda dedit Carolus VI, ex Ephemeridibus Gallicis Caroli V MSptis in Bibliotheca Caesarea Cod. Hist 94 asservatis excerpta. quae ad eam expeditionem spectant, liberaliter communicat Cl. Herz-

- us, magnam haud dubie gratiam ab orbe erudito reportaturus, si integrum Codicem in lucem protraxerit. Dum mortem Caroli XII Sueciz Regis elogio ad exemplum breviarii Imperii Augusti in Tabulis Ancyranis celebrat, animadversiones addit perquam curiosas de rebus, quas a testibus oculatis atque omni exceptione majoribus accepit, ac postremo octo vulnera enumerat, huic Regi in bello inflictis, nimirum, 1 in Narvæ expugnatione contusum collum remissiori globulo, quem in ejus collari repertum custodit Regina Soror, 2 A. 1703 ad Cracoviam fractum femur sinistrum, 3 ante cladem Pultavicam per talum & plantam sinistri pedis medius digitus glante abreptus, nullo in lævissimis doloribus edito impatientis animi signo, 4 in Benderiano conflictu acinace percussa capitis pars sinistra, nec non 5 læva pollicem inter & digitum demonstrativum, 6 in Rugiæ insula papilla sinistra glante icta, cum moliretur ipse palum valli hostilis, quo se muniverat potens appulsa classis A. 1715, 7 in Norvegia prope sacerdotis villam, Lebke, sinister humerus gladio in velitatione per rejectum pallium & vestes secatus, 8 ultimum vulnus letale, quod solum non ad versum, glante tamen per tempora sinistra dextram aurem perforante, ei & populo maxime fuit sinistrum. Porro in Mantissa exhibet Noster monumenta quædam sepulcralia A. 1714 Moguntiz eruta & ab ipso illustrata, sepulcrum item, quod in reficienda via Luxemburgica detestatum A. 1718, Mysteria Dionysiorum seu Orgiorum in marmoreo vase antiquo S. C. & Cath. Maj. vas vetustum, quod a Duce Brunsvico-Blanckenburgico Museo Cæsareo illatum, quibus denique & descriptionem cavernæ subterraneæ majoris in Styria & dissertationem ad Academiam Regiam Scientiarum Paris. subjunxit, qua variorum de inventis passim sub terra & in cavernis ossium, vertebrarum, costarum, dentium, maxillarum, concharum, piscium reliquiis sententias erudite recenset, & non obscure in eorum propendet sententiam, qui hic omnia inter lusus naturæ referunt, judicium tamen Academiæ integrum relinquit.

MENSIS APRILIS A. MDCC XXIII. 155  
THESAURUS ANTIQUITATUM ET HI-  
storiarum Italiae, a JO. GEORGIO GRÆVIO  
edi coeptus, cum Praefat. PETRI  
BURMANNI.

*Tomi VII Partes II.*

Lugd. Bat. apud Petrum van der Aa, 1722, fol. maj.  
Alph. 15 pl. 12 tabb. zn. 10.

UT recensio operis splendidissimi, cujus novis indies Vo-  
luminibus prope obruimur, potro defungamur, hujus  
Tomi contenta, quantum licet, brevissime enarrabimus. Ex-  
tant vero Parte I:

*Bartolomaei Dulcini* de Bononiae vario statu ab ejus ori-  
gine usque ad A. 1625 Libri VI, Bononiae 1621 in 4 editi.

*Jo. Bapt. Agocchi* Fundatio & Dominium antiquum ur-  
bis Bononiae, quem libellum Bononiae 1638 editum ex Italico  
Latine nunc vertit *Bernardinus Morettus*.

Descriptio Bononiae antiquae & hodiernae, quam e scri-  
ptoribus & monumentis fide dignis nunc primum composuit  
*Georgius Quapnerus*.

*Cynibii Jo. Bapt. Gyraldi* de Ferraria & Atestinis Princi-  
pibus Commentariolus, e Latina editione Ferrariae 1556 in 4  
excusa repetitus, collata tamen Italica, quae 1597 Venetiis  
prodiit: accessere monumenta quaedam ad eum illustrandum e  
*Laur. Schraderi* Monum. Italiae & *Nathanis Chytrai* Delitiis  
Itinerum excerpta, ut & *Scaligeri* in Ferrariam & *Aloysii Luisii*  
de Ferraria terrae motibus concussa Carmina.

*Alphonse Cagnacini* Antiquitatis Ferrariae fragmentum, I-  
talice antea Venetiis editum, sed rarissimum, quod Latine  
nunc vertit *Bern. Morettus*.

*Hippolyti Angeleri* de antiquitate urbis Atestinae liber, e  
MS. nunc primum editus, & *Alexandri Burgos*, Philos. & Hist.  
Eccles. Patavii Professoris, animadversionibus illustratus.

*Desiderii Spreti* de urbis Ravennae amplitudine, vastatio-  
ne, & instauratione Libri III, Ven. 1489 & 1588 editi, quibus  
pariter



puriter accessit *Laur. Schraderi* descriptio urbis, cum monumentis ibi post *Spreti* mortem positis.

*Hieronymi Rubi* Italicarum & *Revennatum* Historiarum Libri XI usque ad A. 1588, ejus libri quatuor editiones Venetas A. 1572, 1589, 1590 & 1603 accurate inter se contulit, atque ultimam e prioribus feliciter supplevit perindustrius Editor, non omissis in fine quatuor Conciliis *Ravennæ* celebratis; simul ostendit, *Lipentium*, *Kœnigium* aliosque falli, qui Libros XII *Rubi* numerant.

In Volumine II primum locum occupat *Petri Maria Kavine* *Faventia* rediviva, *Faventii* 1670 in 4 edita, hætenus oppido rara. Sequuntur:

*Scipionis Claramontii* *Cæsenæ* urbis Histor. Libri XVI, *Cæsenæ* primum 1641 in 4 vulgati, at multum nunc emendati & figuris quoque elegantioribus illustrati. Cui accessere *Jacobi Villani* *Rubicon* in *Cæsenam* Sc. *Claramontii*, *Arimini* 1641, 4, *Vincentii*, *Civis Cæsenatis* de *Rubicone* antiquo adversus *Ariminenses* Scriptores Dissertatio, *Cæsenæ* 1643, 4, *Jac. Villani* de *Rubicone* Responsa ad L. *Holstenii* & *Tereutiani Ubicolz* dubia, *Lucernæ* 1647, *Gabrielis Naudæi* Exercitatio, quod *Senæ* nomen non *Cæsenæ* sed *Senogalliæ* conveniat, *Parisi* 1642 in 8, *Fortunii Liceti* pro urbis *Cæsenæ* antiquitate Apologia contra Sc. *Claramontium*, & *Simeonis Claramontii*, *Scipionis Filii*, Contentio apologetica de *Cæsenæ* triumphante contra Fr. *Licetum*, *Cæsenæ* 1660 edita.

*Philippi Antonini* *Sassina* antiqua, quam ex *Italico* vertit notisque adornavit *Sigebertus Havercampius*, omissis tamen, quæ de *Triumpho Romanorum* & *triclinio* libro *Etrusco* accesserant.

*Josephi Malatestæ Garuffi* *Lucerna* lapidaria, quæ monumenta *Via Flaminia* & *Arimini* scrutatur; quam *Sig. Havercamp* recensuit.

*Jo. Franc. Angelita* urbis *Recinetti* origines, historia & descriptio, *Italica* lingua, incio quidem & invito Autore, edita *Ven.* 1601, 4, & a *Jo. Laur. Mosheim* Latine translata.

*Franc. Adami* de rebus gestis in civitate *Firmana* Fragmentum.

gmentorum Libri II, & *Casaris Ottinelli* de Firmo elogium, quæ junctim prodierunt Romæ 1591, 8.

Præfatus his est more suo Cl. *Burmamnus*, hoc est, doctè atque eleganter, nunc vitas Scriptorum percensens, nunc ea repetens probansque, quæ in scriptoribus his imprimis memoratù digna deprehendit, nunc emendans eorum errores, si quos, imprimis in inscriptionibus, aliisque veterum monumentis recensendis admisere. Simul varia hic illic curiosa, ut de typographiæ inventione aliisque, inspergit, & ubi de *Garuffii* Lucerna Lapidaria differit, ea repetit & fusius deducit, quæ in Actis nostris A. 1693 p. 347 ab Autore recensione, qui fuit *Christianus Wagnerus*, in flore ætatis rebus mortalibus ereptus, fuere animadversa.

*HARMONIA MENSURARUM, SIVE ANALYSIS & Synthefis per Rationum & Angulorum Mensuras promotæ: accedunt alia Opuscula Mathematica, per ROGERUM COTESIUM. Edidit & auxit ROBERTUS SMITH, Coll. Trin. Cantabr. & R. S. Socius, Astronomiæ & Experimentalis Philosophiæ post COTESIUM Professor.*

Cantabrigiæ, 1722, 4.  
Plag. 50 Tab. æn. 1.

**D**istribuitur hic liber in Partes tres; quarum prima, quæ dicitur *Logometria*, in eum potissimum finem conscripta est, ut constaret, Problemata illa, quæ ad Hyperbolæ & Ellipticos Quadraturas reduci solent, ad Rationum & Angulorum Mensuras percommode reduci posse, & exinde facilius resolvi vel per Canonem Logarithmorum, vel per Canonem sinuum & Tangentium. Rationum Mensuræ sunt quantitates cujuscunque generis, quarum magnitudines magnitudinibus rationum sunt analogæ. Secundum hanc definitionem in quolibet Canone Logarithmorum exhibetur *Systema* mensurarum Numerarium cujusque rationis, quam habet numerus quisque ad Unitatem;

tem: in qualibet Linea Logistica exhibetur systema mensurarum Linearium; Asymptoti scilicet partes, binis quibusque ordinatis interceptæ, sunt mensuræ lineares rationum inter istas ordinatas: in Hyperbola vero constituitur alterius generis mensurarum systema; namque Aræ inter curvam & asymptoton interjectæ, & binis quibusque ordinatis conclusæ, sunt mensuræ Planæ rationum inter has ordinatas. Diversa itaque oriuntur mensurarum systemata, prout modis diversis exponitur analogia illa determinata & immutabilis, quæ est inter magnitudines rationum: pro mensuris scilicet adhibendo quantitates quaslibet cunque diversas, quales sunt Velocitates, Tempora & similia; aut etiam minuendo vel augendo systematis cujusvis dati mensuras omnes in eadem data quacunque proportionem. In tanta autem varietate optimo consilio cautum est, ne qua confusio oriretur, vel de genere, vel de magnitudine mensurarum, de quibus contingat sermonem institui. Autor enim feliciter indicavit, determinatæ cujusdam & immutabilis rationis mensuram pro *Modulo* cujusque systematis semper habendam esse; cui semel invento aliarum rationum mensuræ certis proportionibus certoque genere in unoquoque systemate respondebunt. In Propositione prima per methodum valde generalem & simplicem exponitur inventio mensuræ rationis cujuscunque propositæ. Hujus inventi hæc sunt corollaria. Modulus cujusque systematis est quantitas aliqua invariabilis, quæ ita se habet ad incrementum minimum mensuræ rationis cujuscunque propositæ, ut rationis terminus variabilis se habet ad termini ipsius incrementum. Mensura datæ cujuscunque rationis est ut Modulus systematis, ex quo desumitur. Modulus ergo in omni mensurarum systemate semper æqualis fit mensuræ rationis cujusdam determinatæ & immutabilis; quæ proinde *Ratio Modularis* vocatur atque his numeris exhibetur 2, 718281828459 &c. ad 1, vel 1 ad 0, 367879441171 &c. Hujus itaque rationis mensura numeralis seu logarithmus *Briggianus* est Modulus systematis *Briggiani*: & ejusdem mensura linearis in Logistica æquatur datæ Subtangenti; quæ proinde, hujus systematis Modulus: ejusdem denique mensura pla-

na per *Aream Hyperbolicam* exposita æquatur dato parallelogrammo sub ordinata ad asymptoton & recta a centro abscissa; quæ adeo est harum mensurarum modulus. Et cujuscunque demum systematis modulus plerunque est quantitas aliqua notabilis. In secunda Propositione per methodum minime vulgarem docetur Constructio Canonis *Briggiani*, traditurque regula pro inventione numerorum & logarithmorum, qui intermedii sunt & ultra Canonis limites excurrunt. In Propositione tertia exponitur systematis cujusvis logometrici constructio per Canonem logarithmorum: idque non solum si detur e systemate proposito mensura rationis alicujus determinatæ, sed etiam si non detur. In Propp. 4, 5 & 6 quadratur Hyperbola, describitur Logistica & Spiralis *Æquiangula*; atque uno alteroque exemplo harum propositionum utilitas demonstratur. Unum huc adducam de Inventione Densitatis Aeris, ex quo Auctoris methodus Logometrica, cujusmodi sit, quodammodo percipi possit. Uniformiter agente vi Gravitatis, vulgo notum est, si quotlibet Altitudines sumantur in progressionem Arithmetica, densitates Aeris in his altitudinibus fore in progressionem Geometrica: id est altitudines illæ sunt mensuræ rationum inter densitatem aeris ad Terræ superficiem & densitates ejus in istis altitudinibus; similiterque binarum quarumvis altitudinum differentia est mensura rationis inter densitates aeris in his altitudinibus. Hujus autem mensuræ magnitudo vera, quæ propositæ cuivis densitatum rationi vere conveniat, jam restat determinanda. In hunc finem Autor facile demonstrat, hujus systematis modulum æqualem esse Altitudini Atmosphæræ, cujus uniformis densitas ubique eadem esset ac densitas aeris ad terræ superficiem. Datur itaque hic modulus (quippe qui est ad altitudinem Hydrargyri Barometrici ut gravitas Hydrargyri ad gravitatem aeris) atque inde dabitur systema totum. Nam, cum earundem rationum mensuræ in omnibus systematibus sunt inter se analogæ, Logarithmus rationis inter densitates aeris in binis quibusvis altitudinibus erit ad modulum Canonis, (sive ad logarithmum Rationis Modularis,) ut altitudinum earum;

earundem differentia, ad Atmosphæræ prædictæ homogeneæ altitudinem illam datam. Huic *Logometria* subnectitur Scholium Generale, quo continentur Problematam Constructiones perquam elegantes cum Logometricæ tum Trigonometricæ; quibus utique exhibentur curvarum vel Geometricarum vel mechanicarum Longitudines, Aræ & contra Gravitatis; quia & solida ex iis genita & solidorum superficies. Construuntur etiam Problemata Physica de corporum Viribus attractivis, de fluidorum Densitate & Resistentia & de Planetarum Trajectoriis. Horum Problematum duo sæpe sunt Casus, quorum alter construitur per mensuram Rationis, alter vero per mensuram Anguli. Admiranda *Mensurarum* utriusque generis *Harmonia* in his casibus animadvertenda operi ipsi nomen imposuit. Nam mensuræ Angulorum, perinde ac Rationum, sunt quantitates cujuscunque generis, quarum magnitudines magnitudinibus Angulorum sunt analogæ. Huic definitioni respondent circuli cujusvis arcus vel sectores, vel etiam quælibet quantitates Temporis, Velocitatis aut Resistentiæ; modo sint angulorum quantitatibus analogæ. In unoquoque vero systemate diversus habebitur modulus mensuris ipsis homogeneus; ex quo per Canonem Sinuum & Tangentium hæ mensuræ æque commode computari possunt, ac rationum mensuræ per Canonem Logarithmorum. Erit enim systematis Modulus datus ad mensuram anguli cujusvis dati, ut circuli Radius ad ejusdem arcum, qui angulum eundem datum subtenderet; vel ut hic numerus graduum 57, 2957795130 &c. (qui semper idem est) ad numerum graduum in angulo dato. De summa rei ecce tibi „Autoris sententiam, p. 35: „Geometris integrum erit ex ad- „ductis hactenus Exemplis de Methodo nostra judicare; quam „quidem, si proba fuerit, ulterius excolere pergent & exco- „lendo latius promovebunt. Patet utique campus amplissimus, „in quo vires suas experiri poterunt, præsertim si Logome- „triæ Trigonometriam insuper adjungant, quibus miram „quandam affinitatem in se invicem euntibus intercedere nota- „bam. Hisce quidem Principiis haud facile crediderim *gene- „raliora* dari posse; cum tota Mathesis vix quicquam in uni-  
verso

verso suo ambitu complectatur præter angulorum & rationum,,  
 Theoriam. Neque sane *commodiora* sperabit, qui animadver,,  
 terit Effectiois facilitatem per amplissimas illas omnibus,,  
 que suis numeris absolutas cum Logarithmorum tum Sinuum,,  
 & Tangentium Tabulas; quas antecessorum nostrorum lau,,  
 datissimæ solertiæ debemus acceptas. Ut vero tanti beneficii,,  
 uberior nobis exurgat fructus, id nunc exponendum restat,,  
 quibus artibus ad istiusmodi conclusiones rectissima pervenia,,  
 tur. In hunc finem Theoremata quædam tum Logometrica,,  
 tum Trigonometrica adjecissem, quæ parata ad usum asservo;,,  
 ni consultius visum esset, quum absque nimis ambagibus ea,,  
 tradi non possunt, intacta potius præterire atque aliis denuo,,  
 investiganda relinquere., *Hiscæ quidem Principiis haud facile*  
*crediderim generaliora dari posse*, dixit Autor; id quod uno at-  
 que altero exemplo plenius constabit. In problemate supra  
 memorato densitates Aeris in quibusvis altitudinibus per altitu-  
 dines ipsas dimensus est, posita Atmosphæræ homogenæ alti-  
 tudine pro modulo mensurarum. Haud aliter ubi agit de motu  
 corporis dati in dato Medio resistente cum data qualibet veloci-  
 tate deorsum vel sursum project; ostendit, tempus descensus,  
 determinato quodam tempore semper auctum, fore mensu-  
 ram Rationis ad Temporis modulum datum, cujus termini  
 sunt summa & differentia Velocitatis Ultimæ (quam corpus in  
 infinitum descendendo acquirere posset) & velocitatis in fine  
 descensus acquisitæ: Tempus autem ascensus, determinato  
 quodam tempore semper diminutum, fore mensuram Anguli  
 ad Temporis modulum datum, cujus Radius est ad Tangen-  
 tem in ratione Velocitatis Ultimæ prædictæ & velocitatis in fi-  
 ne ascensus acquisitæ: Spatium vero, dato tempore descensu  
 vel ascensu descriptum, fore mensuram Rationis ad spatii mo-  
 dulum datum, cujus termini exponuntur per vires acceleran-  
 tes vel retardantes e gravitate & resistantia simul agentibus in  
 principio & fine motus collectas. Generalis hæc descriptio suf-  
 ficiet ad hanc rem quam paro. Nempe cum rationum magni-  
 tudines (pariter ac ipsi termini) per quantitates cujuscunque  
 generis exponi possunt, Geometris integrum esse quodlibet-

cunque earum genus pro renata seligere: ut neque necesse sit aut Hyperbolæ aut Logometricæ cujuscumque Figuræ subsidium comparare; neque alias fere ullas quantitates adhibere, præterquam quas ipsæ suppeditent Problematis propositi conditiones. Id quod intelligi potest de Angulorum mensuris. Quod de principiis suis notatu dignum censuit Autor, hoc erat alterum; *neque sane commodiora sperabit qui animadverterit Effectionis facilitatem.* Nam eodem operandi modo semper dabitur vel rationis vel anguli mensura, quæ proposito cuius Problematis satis faciet: sumendo scilicet ex Tabulis memoratis rationis dimetiendæ Logarithmum vel numerum Graduum in angulo dimetiendo, & exinde datis tribus terminis inveniendæ quartam proportionalem. Simplicissima quidem area Hyperbolica per Autoris Prop. quartam eadem opera quadrari potest, Ellipticæ vero non item: & quo magis compositæ fuerint hæc areæ, eo majori calculo opus erit: si Series Infinitæ ad quadraturam advocentur, etiamnum angebitur calculi molestia. Quæ cum ita sint annon merito querendum videtur, quo fine, dempta contemplationis gratia, sectionum conicarum Areæ ad problematum constructiones semper adhibendæ sint. Geometria duplici ratione considerari debet prout vel in Theoria vel in Praxi versetur. In theoria parum refert quarumcunque Figurarum ope ad veritatem perveniamus, quippe quod mutuas rerum habitudines solummodo expendimus. In præxi vero tanto melior erit propositi problematis solutio, quanto minore fiat Figurarum apparatus. Hactenus de *Logometria*; quæ antehac edita fuit in *Transactionibus Philosoph. Reg. Soc. Lond.* Anno 1714 No. 338. Theoremata vero cum Logometrica tum Trigonometrica, quæ operis Partem secundam constituunt, post immaturam Autoris mortem nunc primum prodeunt. Hæc vero datarum Fluxionum Fluentes exhibent non per areas conicas sed per mensuras rationum & angulorum. In Parte tertia applicantur hæc Theoremata ad Problematum Analysis & Constructionem: quæ solito faciliores sunt, quia sublatis sectionibus conicis, una sublata est earundem determinatio per æquationes datas. Percommode nos edocuit

docuit Autor, paulo antequam fato concessit, (datis literis ad amicum suum D. Jones) „Fluxionum Methodum Inver-  
sam nondum eo usque promotam fuisse vel per areas conicas,  
vel per mensuras rationum & angulorum, quousque per has,  
methodos promoveri possit. Campus (inquit) infinitus hactenus incultus jacuit, quem ego tandem feliciter ingressus sum.  
Missis ambagibus dicam quod res est. Excogitavi methodum,  
generalem & venustam, qua per mensuras rationum & angulorum dabitur Fluens quantitatis cujusvis, quæ cum hac For-

ma comparari potest  $\frac{dz z^{\theta \eta + \frac{\delta}{\lambda} \eta - 1}}{e + fz^{\eta}}$ : ubi d, e, f denotant,  
quantitates quaslibet invariabiles, z variabilem,  $\eta$  Indicem,  
quemvis,  $\theta$  numerum quemvis integrum affirmativum vel,  
negativum,  $\frac{\delta}{\lambda}$  quemlibet fractum. Hujus Formæ fluxiones,

quarum fluentes hactenus inventæ fuerunt, sunt  $\frac{dz z^{\theta \eta - 1}}{e + fz^{\eta}}$  &c.

$\frac{dz z^{\theta \eta + \frac{\delta}{\lambda} \eta - 1}}{e + fz^{\eta}}$ . Hæ sunt duæ primæ *Newtonianæ* (ut nosli),  
quarum e fluentibus fluentes reliquæ *Newtonianæ* facile deri-  
vari possunt. Et quemadmodum in sua Tabula, Formæ Ir-  
rationales Generis quadratici derivantur a Rationalibus; sic,  
ex mea Generali Forma Rationali deduco Irrationales cu-  
juscunque Generis. Verbi gratia, si  $\frac{\delta}{\lambda}$  significet fractionem,  
quamlibet affirmativam aut negativam, fluentes quantitatum,

hujus Formæ  $dz z^{\theta \eta - 1} \frac{1}{x e + fz^{\eta}} \frac{\delta}{\lambda}$  & hujus  $dz z^{\theta \eta - 1} \frac{1}{x \frac{e + fz^{\eta}}{g + bz^{\eta}} \frac{\delta}{\lambda}}$

& aliarum quarundam, pendent a mensuris rationum & an-  
gulorum. In *Actis Lipsensibus* Anni 1702 p. 218 & 219,  
*Leibnitius* demonstrare aggressus est, fluentem hujus fluxionis,

$\frac{x}{x^2 + a^2}$  exprimi non posse per mensuras rationum & angulo-  
rum.



„rum., Deinde hæc verba subjungit, „& optarem (quod  
 „alias etiam me innuere memini) ut  $\int \frac{x}{x+a}$  seu Quadraturam  
 „Hyperbolæ constat dare Logarithmos seu Sectionem Ratio-  
 „nis, &  $\int \frac{x}{xx+aa}$  Sectionem Anguli, ita porro continuari pos-  
 „se progressionem, constareque cuinam Problemati respon-  
 „deat  $\int \frac{x}{x^2+a^2}$ ;  $\int \frac{x}{x^2+a^2}$ ; &c. Adest jam quod optat; nam  
 „in hac mea solutione generali continentur istiusmodi progres-  
 „siones numero infinitæ. Immo vero ulterius progredi possum  
 „& ostendere, quo pacto exhibendi sunt Fluente fluxionum hu-

„jus Formæ  $\frac{d z z^{\theta \eta + \frac{\delta}{\lambda} \eta - 1}}{e + f z^{\eta} + g z^{2 \eta}}$  vel etiam hujus  $\frac{d z z^{\theta \eta + \frac{\delta}{\lambda} \eta - 1}}{e + f z^{\eta} + g z^{2 \eta} + b z^{3 \eta}}$

„absque ulla exceptione aut limitatione: ubi  $\theta$  (ut supra) de-  
 „notaverit numerum quemvis integrum affirmativum vel ne-  
 „gativum, &  $\lambda$  denominator hujus Fractionis denotaverit nu-  
 „merum quemlibet in hac serie 2, 4, 8, 16, 32 &c. Mihi qui-  
 „dem verisimile videtur de *Leibnitii* magna quæstione omnino  
 „contra statuendum esse quam ipse putavit, & constiturum tan-  
 „dem, Fluentem cujuscunque Fluxionis rationalis pendere a  
 „mensuris rationum & angulorum, exceptis iis quæ terminis  
 „finitis etiam absque mensuris designari possunt., De his Auto-  
 „ris nostri inventis *Taylorus* certior factus, fluentes duarum  
 „fluxionum quas ultimo memoravimus, Mathematicis exteris  
 „denuo investigandas proposuit. Ex quo *Bernoullius* (in *Actis*  
*Lipsensibus* Anni 1719 p. 256) earum inventionem ad arearum  
 „conicarum quadraturas reduxit. Autoris solutionem per men-  
 „suras rationum & angulorum in hoc opere Editor evulgavit, &  
 „posito hoc fundamento Theorematum Tabulas ampliores de  
 „novo superstruxit: in quibus fluxiones reduxit ad 94 Formas,  
 „partim rationales partim irrationales. Et ad calcem Libri Notas  
 „addidit, quibus ea potissimum explicavit quæ ad operis scopum  
 „maxime pertineant; simulque Methodum adjecit de compo-  
 „nendis

nendis Demonstrationibus Logometricis & Trigonometricis, variis Exemplis explanatam. Superest ut nonnulla adjiciantur de *Operibus Miscellaneis*. Tractatus primus inscribitur *Æstimatione Errorum in mixta Mathesi*: continet autem Theoremata 28, quibus determinatur proportio, quæ est inter Variationes minimas contemporaneas partium reliquarum Trianguli plani & spherici dum binæ quævis invariatae maneant. Exemplo facili constabit quæ sit hujus Theoriæ utilitas. In praxi Astronomica sæpissime exquirenda venit diei vel noctis hora per Sideris alicujus altitudinem. Observatæ altitudinis Errore dato proponatur Errorem temporis invenire. Applicando Theorema 22 ad triangulum sphericum cujus latera sunt complementa Elevationis Poli, Declinationis Sideris & Altitudinis ejusdem supra Horizontem Loci, Autor facile ostendit, Variationem anguli ad polum, id est, Errorem temporis fore ut error altitudinis directe, ut sinus anguli inter meridianum & verticalem per sidus transeuntem inverse, utque sinus complementi elevationis poli inverse. Quibus ita constitutis si detur Altitudinis error sub data poli elevatione, error temporis erit ut sinus anguli illius inter meridianum & verticalem inverse. Eandem igitur quantitatem habebit, quæcunque fuerit in dato verticali sideris altitudo; minimus autem erit ubi verticalis fecerit angulos rectos cum meridiano. Absolute vero minimus erit Observatori sub Æquatore degenti, ubi verticalis fecerit angulos rectos cum meridiano: quo in casu si Error altitudinis fuerit minuti unius primi, Error temporis erit quatuor scrupulorum secundorum. Si Observator recedat ab Æquatore versus alterutrum Polum, augebitur Error temporis in ratione radii ad sinum complementi Latitudinis. Unde in Latitudine graduum 45 erit scrupulorum secundorum  $5\frac{2}{3}$ , in Latitudine graduum 50 erit scrupulorum secundorum  $6\frac{2}{3}$ ; in Latitudine graduum 55, erit scrupulorum secundorum  $6\frac{3}{4}$ . Si Sidus constitutum sit in alio quovis verticali, qui sit ad meridianum obliquus, adhuc augebitur Error in ratione radii ad sinum anguli illius obliqui. Denique si altitudinis Error sit vel major vel minor quam minuti unius primi; Error temporis simul augebitur vel minuetur

in eadem ratione. Ad eundem fere modum in aliis casibus Limites inveniuntur Errorum, qui ex minus accuratis observationibus ortum ducunt; quin & Positiones ad observandum commodissimè deprehenduntur. In Tractatu secundo agitur de *Methodo Differentiali Newtoniana*. Nesciebat autem, quo tempore hæc conscripsit Autor, Tractatum integrum de eodem argumento a *Newtono* compositum fuisse: ut proinde nihil mirum sit celeberrimos hosce Viros diversas operandi rationes in plerisque secutos esse. Conferantur Acta A. 1712 p. 76. Tractatus tertius inscribitur *Canonotechnia* sive de Constructione Tabularum per Differentias. Propositio decima totius argumenti solutionem generalem continet, atque ita se habet: „Datæ Seriei cujuscunque terminis aliquot æquidistantibus, quorum intervalla secunda sunt in æquales quoti betcunque partes; propositum sit invenire terminos interferendos. His denique accedunt schedulæ tres de Descensu Gravium, de motu Pendulorum in Cycloide & de motu Projectilium; quorum omnium theoria in compendium felicissime contracta est. Superfunt alia nonnulla ejusdem Autoris Opusculæ Mathematica, de quibus (cum lucem nondum viderint) consulenda est Editoris Præfatio. Novitati rerum plurimarum, quæ in hoc Opere continentur, accedit etiam ea simplicitatis & elegantię gratia, quæ alibi vix occurrat.

\* \* \* \* \*

Huic recensione ex Anglia ad nos transmissæ in usum Historiæ literariæ, cujus potissima habetur in his Actis ratio, sequentia adjicimus. *Rogesium Cotesium*, Collegii Trinitatis apud Cantabrigienses Socium & Astronomiæ ac Philosophiæ Professore *Plumianum*, natum fuisse Burbagii in agro Leicesterensi d. 10 Jul. A. 1682 & A. 1716 d. 4 Junii st. v. præmatura morte orbi erudito ereptum. Exteris eundem primum innotuisse ex præfatione, quam alteri Principiorum Philosophiæ naturalis mathematicorum illustris *Newtoni* editioni præmisit. Cum *Thomas Plumius*, S. T. P. & Archidiaconus Roffensis, Professionem Astronomicam & Philosophiæ experimentalis apud Cantabrigienses fundaret, *Cotesium*, juvenem adhuc &

Artium

Artium tantum Baccalaureum, ipso viri summi *Newtoni* iudicio dignum fuisse habitum, qui eandem ornaret, & huic muneri admotum in usum auditorum lectiones de experimentis copiosas literis mandasse, quæ adhuc in MS:is latent. In iisdem contineri, quæ de compendio Arithmetices, de resolutione æquationum & de problemate dioptrico universali ratione geometrica definiendi visibilis magnitudinem apparentem, situm, locum apparentem & gradum distinctionis, tum per quotlibet leates, cujuscunque generis & ad quocunque intervalla, tum inter se, tum inter oculum & visibile dispositas. Relictum quoque ab eo fuisse Tractatum de natura curvarum, quarum genera & species distinguat, figuras describat & proprietates primarias sectionum imprimis Conicarum ex æquationibus algebraicis eruat, quarum insigniores ad superiores curvas quoque pertinere ostendat. Dicitur etiam Tabulas *Flamstedianas* & *Cassinianas* ad Solis & Satellitum motus computandos commodiores reddidisse & novas componere aggressum fuisse ad Lunæ theoriam *Newtonianam*: eique operi promovendo celeberrimum *Bentlejum* Collegii S. Trinitatis Præfectum, ad optima instrumenta comparanda & ædificium extruendum sumtus magnificos contulisse, tam de suo expensas, quam ab aliis impetratos. Deinde ut methodus plenius percipiatur ab iis, ad quos liber non pervenit, utque mensurarum rationis & angulorum harmoniam intueantur, more nostro, quo præcipua inventa in his Actis conservare studemus, addimus, quomodo Cl. Autor mensuram rationis & angulorum investiget. TAB. II.

Fig. 7.

Inventurus mensuram rationis AC: AB terminorum differentiam BC concipit divisam in particulas innumeras quam minimas PQ & rationem inter AQ & AP exponit per  $\frac{PQ}{AP}$ , quæ manet index magnitudinis rationis, etiamsi particula PQ dupla, vel tripla, subdupla vel subtripla capiatur, ut ratio duplicata vel triplicata, subduplicata vel subtriplicata evadat. Immo assumpta in genere quantitate quadam M, quantitas  $\frac{M \cdot PQ}{AP}$  designabit mensuram rationis inter AQ & AP, quæ ad

diver-

diversum accommodabitur systema pro diversa magnitudine ipsius  $M$ ; quam *Modulum Systematis* appellat Noster. Quae admodum vero Summa omnium rationum  $AQ:AP=AC:AB$ ,

ita summa omnium  $\frac{M.PQ}{AP}$  est aequalis mensurae rationis  $AC:$

$AB$ , consequenter terminis  $AP$  &  $AQ$  non nisi quantitate infinitae parva  $PQ$  differentibus,

$\frac{M.PQ}{AP}$  vel  $\frac{M.PQ}{AQ}$  aequalis mensurae rationis inter  $AQ$  &  $AP$  ad modulum  $M$ , atque adeo modulus  $M$  ad mensuram rationis  $AQ:AP$  ut terminorum alteruter ad eorundem differentiam  $PQ$ . Unde porro inferat, mensuram datam cujusque rationis esse ut modulum systematis, ex quo defumitur, atque adeo eundem in omni mensurarum systemate aequari mensurae rationis cujusdam determinatae, quam *Rationem modularem* vocat. Sit e. gr.  $a$  quantitas constans,  $x$  variabilis, & quaeratur ratio  $a+x:a-x$  mensura. Ponatur haec ratio aequalis ipsi  $y:1$  seu  $AP:AB$ , erit  $\frac{M.PQ}{AP} = \frac{Mdy}{y}$ . Unde

patet  $\frac{dy}{y}$  esse differentiale logarithmi rationis, quam habet numerus  $y$  ad unitatem. Substitutis ipsorum  $y$  &  $dy$  valoribus  $(a+x):(a-x)$  &  $2adx:(a-x)$ , erit differentiale mensurae  $\frac{M.PQ}{AP} = 2Mdx:(a^2-x^2) = 2M \ln \frac{dx}{a} + \frac{x^2}{a^2} dx + \frac{x^2 dx}{a^2}$

&c. cujus summa  $2M \ln \frac{x}{a} + \frac{x^3}{3a^2} + \frac{x^5}{5a^4}$  &c. exponit mensuram rationis  $a+x:a-x$ . Quodsi  $a$  denotet summam duarum

quantitatum  $x$  earundem differentiam, erit  $a+x$  ad  $a-x$  ut

quantitas major ad minorem, adeoque si fuerit  $2Mdx:a=A$ ,

$Ax^2:a^2=B$ ,  $Bx^2:a^2=C$  &c. erit mensura rationis, quam

habet quantitas major ad minorem  $=A+\frac{1}{3}B+\frac{1}{5}C$  &c. Simili

modo mensura rationis  $1+v:1$  reperitur  $M \ln v - \frac{1}{2}v^2 + \frac{1}{3}v^3 - \frac{1}{4}$

$v^4 + \frac{1}{5}v^5$  &c. Quodsi ea dicatur  $m$ , erit  $\frac{m}{4M} = v - \frac{1}{2}v^2 + \frac{1}{3}v^3$

$- \frac{1}{4}v^4$

$- \frac{1}{4}v^4$

$- \frac{1}{4}v^4$

$$+\frac{1}{4}v^4+\frac{1}{5}v^5 \&c. \text{ reperiturque } v = \frac{m}{M} + \frac{m^2}{2M^2} + \frac{m^3}{6M^3} + \frac{m^4}{24M^4}$$

$+\frac{m^5}{120M^5} \&c.$  ut ratio quaesita inter  $v$  &  $1$  sit ea, quam habet

$$1 + \frac{m}{M} + \frac{m^2}{2M^2} + \frac{m^3}{6M^3} + \frac{m^4}{24M^4} + \frac{m^5}{120M^5} \&c. \text{ ad } 1. \text{ Quodsi porro}$$

ponatur  $m=M$ , sive  $\frac{m}{M}=1$ , erit ratio modularis ea, quam

habet  $1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{24} + \frac{1}{120} \&c.$  ad  $1$ . Eodem modo si

detur ratio inter  $1$  &  $1-v$ , erit mensura  $M$  in  $v - \frac{1}{2}v^2 + \frac{1}{3}v^3$

$+\frac{1}{4}v^4 + \frac{1}{5}v^5 \&c.$  & ratio modularis reperitur ut  $1$  ad  $1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{6}$

$-\frac{1}{24} + \frac{1}{4} - \frac{1}{120} \&c.$  ad  $1$ . Hinc ulterius infert Autor, si expo-

sito termino  $R$  sumatur  $R=A, \frac{2}{3}A=B, \frac{3}{4}B=C, \frac{4}{5}C=D,$

$\frac{5}{6}D=E \&c.$  in infinitum & capiatur  $S=R+A+B+C+D+E$

&c. in infinitum, retionem modularem fore eam, quae est inter

terminum minorem expositum  $R$  & majorem inventum  $S$ . Vel

exposito termino  $S$ , si sumatur  $S=A, \frac{2}{3}A=B, \frac{3}{4}B=C \&c.$  ut

ante & capiatur  $R=S-A+B-C+D-E \&c.$  rationem modula-

rem fore eam, quae est inter terminum majorem expositum  $S$

& minorem inventum  $R$ . Eodem modo inveniri posse *angu-*

*lum modularem* Cl. Editor in Notis docet. Concipiatur angu-

lus propositus  $BAC$  divisus in angulos innumeros  $PAQ$  centro-

que  $A$  intervallo quovis  $AP$  describatur arcus  $BC$ ; patebit tan-

dem, ut ante,  $\frac{M \cdot PQ}{AP}$  designare mensuram anguli  $PAQ$  ad mo-

dulum  $M$ . Unde porro eodem, quo ante, modo infert: mo-

dulum  $M$  esse ad mensuram anguli  $PAQ$  ut circuli radii  $AP$

ad arcum  $PQ$ , qui angulum istum subtendit. Porro dato an-

gulo  $BAC$  dari summam omnium  $\frac{PQ}{AP}$  & summam omnium

$\frac{M \cdot PQ}{AP}$  esse ut  $M$ , adeoque mensuram dati cujusque anguli ef-

se ut modulum Systematis, e quo desumitur. Modulum in o-

mnium mensurarum Systemate semper æqualem fieri mensuræ

anguli

TAB. II.  
Fig. 8.

TAB. II  
Fig. 9.

anguli cujusdam determinati, qui is est, quem *modularem* appellat Autor. Angulum modulare enim esse, quem circum arcus radio æqualis subtendit. Si enim mensura anguli PAQ augeri intelligatur, donec modulo M fuerit æqualis, arcum PQ radio AP æqualem fieri. Quod si *angulum modulare* eadem, qua supra ratione *rationem modulare*, investigare libuerit, sit PD sinus anguli PAD & ducto radio AQ a puncto Q demittatur perpendicularis QP ad sinum productum. Dicatur  $AP=r$ ,  $PD=x$ , erit  $Pp=dx$ , consequenter cum hic sit  $\frac{M \cdot Pp}{AD}$

quod erat ante  $\frac{M \cdot PQ}{AP}$ , habebitur differentiale mensuræ

$$= M dx : r (r^2 - x^2) = M \text{ in } \frac{dx}{r} + \frac{x^2 dx}{2r^3} + \frac{3x^4 dx}{8r^5} + \frac{5x^6 dx}{16r^7} \&c.$$

$$\text{consequenter ipsa mensura} = M \text{ in } \frac{x}{r} + \frac{x^3}{6r^3} + \frac{3x^5}{40r^5} + \frac{5x^7}{112r^7}$$

$$\&c. \text{ Unde si ea vocetur } m, \text{ erit } \frac{m}{M} = \frac{x}{r} + \frac{x^3}{6r^3} + \frac{3x^5}{40r^5} \&c.$$

reperiturque tandem ut supra anguli quæsitæ sinus  $x$  ad radium  $r$  ut  $\frac{m}{M} - \frac{m^3}{6M^3} + \frac{m^5}{120M^5} - \frac{m^7}{5040M^7} + \&c. \text{ ad } 1$ . Quod

si ponatur  $m=M$  five  $\frac{m}{M} = 1$ , sinum anguli modularis fore

ad radium ut  $1 - \frac{1}{6} + \frac{1}{120} - \frac{1}{5040} + \&c. \text{ ad } 1$ . Unde per modum corollarii infer, expolito radio R, si sumatur  $\frac{2}{3} R=A$ ,

$\frac{1}{4} \cdot \frac{1}{5} A=B$ ,  $\frac{1}{6} \cdot \frac{1}{7} B=C$ ,  $\frac{1}{8} \cdot \frac{1}{9} C=D$  &c. capiatur  $S=R-A+B-C+D-$  &c. fore S sinum anguli modularis ad radium R. Ad

Fig. 10.

computanda theoremata, quæ Cl. Editor ex schedis Autoris ab interitu vindicavit, tanquam methodi fundamentum commendat theoremata sequens: Si quærantur factores binomii  $a^m + x^m$ , exponente  $m$  existente quolibet integro, dividatur circuli circumferentia ABCD, cujus centrum O, in totidem partes æquales AB, BC, CD, DE, EF &c. quot sunt unitates in  $2m$ , & ab omnibus divisionum punctis ducantur ad punctum quodvis P in

¶ in OA radio producto, si opus sit, rectæ AP, BP, CP, DP, EP, FP &c. positis  $OA=a$ ,  $OP=x$ , contentum sub omnibus AP, CP, EP &c. fore  $a^m-x^m$  & contentum sub reliquis BP, DP, EP &c. in locis reliquis alternis  $a^m+x^m$ . E. gr. si  $m=5$ , peripheria circuli dividatur in 10 partes æquales, erit AP. CP. EP. GP.  $IP=OA^5-OP^5$  & BP. DP. FP. HP.  $KP=OA^5+OP^5$ . Ut appareat, qualia theoremata prodeant, si summationes per mensuras rationum & angulorum exhibeantur; unum alterumque ex plurimis, quæ Cl. Autor affert, huc transcribi consultum ducimus. Sit itaque in Parabola Apolloniana A vertex, F focus, AQ axis, PQ semiordinata: si recta AL bifariam secans PQ in L continuetur in M, donec LM sit mensura rationis inter LA+AQ & QL ad modulum AF, recta AM erit arcui parabolico AP æqualis. Si A sit vertex Cissoïdis Diocleæ, AB diameter circuli genitoris, PQ ad AB normalis, BC asymptotus, ducta AC, quæ asymptotum secat in C ita ut faciat angulum BAC recti subtriplum & summa BD media proportionali inter BQ & BA, ductaque recta AE, quæ bisecet PQ & asymptoto occurrat in E; arcus Cissoïdis AP æquabitur duplicato excessui rectæ AE supra diametrum AB & simul triplicatæ mensuræ rationis inter BA+AC & BD+DC ad modulum BC. Quodsi Cissoïdis area APQ convertatur circa axem AQ, solidum inde genitum æquale erit Cylindro, cujus basis PQ, altitudo QZ, si sint AQ, AB, AR, AS, AT continue proportionales & ad modulum TS capiatur QX mensura rationis inter AB & BQ & retro ponatur XZ æqualis ipsi SR una cum dimidio ipsius RB ac triente simul BQ.

TAB. II.

Fig. 11.

Fig. 12.

**J. HERMANNI SOLUTIO PROPRIA**

*duorum Problematum Geometricorum in Actis*

*Erudit. 1719 Mens. Aug. a se  
propositorum.*

Quatuor jam effluerunt anni ex quo tempore duo problema propofui ad scientiæ incrementum facientia, quorum primum poscebat, ut ex area cujusdam curvæ per quantam



titatem permixtas coordinatas ejus involventem data, inventi-  
 atur curvæ æquatio quæ construi possit: alterum vero proble-  
 ma requirebat, ut exhibeantur curvæ algebraicæ quarum re-  
 ctificatio indefinita pendeat a quadratura cujuslibet alius cur-  
 væ algebraicæ, tot tamen quot quis voluerit, arcus absolute re-  
 ctificabiles habeant independentes a quadratura curvæ a qua  
 rectificatio earum indefinita pendet. Primum ergo respiciebat  
 inversum problema quadraturarum multoque facilius videba-  
 tur altero, quod circa rectificationem curvarum versatur, vel  
 ideo maxime, quod nulla hætenus curva innotuit irrectifica-  
 bili: quæ tamen aliquot arcus absolute rectificabiles contineret,  
 cum tamen jam dudum reperti sint modi innumera spatia abso-  
 lute quadrabilia assignandi in curvis quadraturam indefinitam  
 algebraicam non admittentibus; propterea difficiliori facilius  
 præmissi illudque ab hoc typorum varietate distinxi. Cum ta-  
 men in utrumque ad Geometriæ augmentum profutura dici  
 posse cernerem, ambo simul peritioribus Geometris excutien-  
 da offerre volebam, non vana spe fretus fore, ut, cum pluries  
 jam Problemata ab iis in publicum missa soluta dederim, ad  
 par officii genus præstandum accederent, problematumque  
 meorum vadum non modo tentarent, sed etiam solutiones  
 sagacitate sua & industria dignas afferrent. Veruntamen toto  
 illo temporis intervallo nihil in hæc problemata prodit, præ-  
 ter ea quæ V. Cl. *Nic. Bernoulli* in Actis Erudit. 1720 pag. 270  
 sqq. edidit, ubi quidem solutiones aliquas primi mei proble-  
 matis una cum analysi copiose & docte aperuit, easque exce-  
 ptiones commemoravit quas faciendas esse arbitratus est, ad-  
 versus id quod dixeram tum cum primum in privatis literis ad  
 Ill. *Monmortium* postea etiam cum id in Actis proponerem,  
 semper aliquam curvam algebraicam prodire in problematis  
 solutionem. Secundi vero problematis non modo nullam solu-  
 tionem exhibuit, sed etiam ingenue fassus est, ejus solutio-  
 nem sibi non esse in potestate, si problema sumatur eo sensu  
 quo in literis ad D. *Monmortium* concipiebatur, quo nempe  
 indefinita rectificatio curvarum quarum a quadratura cu-  
 juslibet curvæ algebraicæ non quadrabilis pendere debebat,  
 quæ

quæ conditio in Actis non est expressa; & firmiter persuasum habet, neque me neque alium quemquam mortalium problema hoc sensu solvisse aut soluturum esse, eoque firmiter in hac sententia se confirmari scribit, quod propositioni hujus problematis ne verbum quidem subjunxerim, quo significem (ut ratione prioris fecerim) me esse solutionis compotem. Imo ab illo multum præstari judicant Celeberrimi *Bernoulli*, qui vel partem tantum problematis solveret, docendo nempe modum inveniendi curvam algebraicam *A*, a cujus rectificatione indefinita dependeat quadratura indefinita curvæ algebraicæ datæ *B*, etiamsi nullum arcum habeat absolute rectificabilem. Quod si vero desistere velim, & ut in Actis problema enuntiavi, reapse desistam a dependentia illæ rectificationis indefinitæ curvarum quæsitæ a quadratura cujuslibet datæ curvæ algebraicæ, solumque curvas algebraicas indefinite quidem non rectificabiles, tot tamen quot libuerit arcus rectificabiles habentes postulem, significat Cl. *Licentiat*, hujus quæstionis quantumvis arduæ enodationem eousque jam a Parente suo, Viro Celeberr. esse peractam, ut exhibere possit *curvas algebraicas indefinite irreducibiles, gaudentes tamen vel uno, vel duobus vel quatuor vel octo vel, quot libuerit in hac progressionem, arcibus absolute rectificabilibus*; idque per methodos longo abhinc tempore in publicum editas. Quibus postremis verbis forte ad methodos eas alludit quæ in motu rectorio fundantur; verum quicquid sit, cum Vir Doctiss. ex me scire cupiat num solutio mea ulterius progrediatur, significabo ei vicissim solutionem meam supeditare curvas algebraicas irreducibiles indefinite, tot tamen præcise non plures nec pauciores quam quot petuntur arcus absolute rectificabiles habentes, ita ut numerus horum arcuum etiam sit extra progressionem geometricam per binarium ascendentem. Sed ut apertius loquar, quid dicent aut sentient *Sagacissimi Viri*, si solutionem mei secundi problematis eo strictissime sensu sumti, quo non modo sibi sed reliquis mortalibus omnibus insolubile & impervium crediderunt exhibuero? an non *aliquid*, si non *multum* præstitero?

I Hunc in finem problema nunc ita efferam: *Invenire Curvam vel curvas Algebraicas A, quarum rectificatio indefinita dependat a quadratura cujusque curvæ algebraicæ datæ B, tot tamen præcisè, non plures nec pauciores quam quot volueris arcus absolute rectificabiles & inde pendentes a quadratura curvæ B habeant.* Unicam ad solutionem hujus problematis patere viam extra quam frustraneus cessurus sit omnis conatus & ego fere existimo, sed ex adverfo hæc via quæ in theoria generali inclinationis rectorum ad lineas curvas consistit, modum adeo facilem planum & evidentem solvendi problema nobis suggerit ut merito mirer neminem adhuc in eam incidisse: hæc vero methodus inclinationis in eo sita est, quod ex singulis cujusque curvæ vel rectorum punctis linea recta angulo data lege variabili ad curvam rectorumve inclinata exeat curvamque aliquam contingat. Ad vitandum verborum circuitum, curvæ illæ vel rectorum quæ inclinatæ habent lineas, harum respectu *Directrices* in sequentibus nominabuntur.

II *Lemma I.* Directrice ABC, & lege inclinationis NBI radiorum inclinorum IB, Ib datis, invenire punctum concursus I, duorum radiorum indefinite vicinorum BI, bi.

Hinc BR, & bR duæ normales ad curvam ABC in punctis B, b, & ex puncto concursus I radiorum inclinorum BI, bi, cadant IS in BR, & Is in bR perpendiculares, quæ proinde tangentibus curvæ BN & bN parallelæ erunt, adeo ut angulus BIS alterno NBI æqualis designet inclinationem radii BI ad curvam ABC, & bIs inclinationem radii bi. Centro I radio ad libitum sumto IE ducatur circulus HFL rectorum IB, Ib, IS, Is secans in punctis E, e, G, g, fiatque arcus EG=HF, & arcus eg=Hf, demissisque ex F & f in radium IH perpendicularibus FK, fk, agatur fM eidem radio IH parallela.

Sint jam radius IH=1, FK Sinus ang. FIH (=EIG=NBI) =m, & Co-sinus IK=n= $\sqrt{1-mm}$ , radius osculi BR vel bR =r, incognita BI=x, elementum curvæ Bb=ds, arcus BD radio IB descriptus =dz, & subinde etiam bD=dx, cumque in triangulo rectorum bBD sinus anguli BbD (hyp.) sit m, ejusque co-sinus n, erunt quoque dz=mds, & dx=nds.

Jam

Jam propter angulos (constr.) ad S, & s rectos, anguli SIT & BRb erunt æquales, atque adeo sectores Glg, & BRb similes, hinc ergo BR (r). Bb(ds) :: IG(1). Gg  $\left(\frac{ds}{r}\right)$ . Porro triangula similia FIK & fFM præbent IK(n). IF(1) :: FM(-dm). Ff  $\left(\frac{-dm}{n}\right)$ , quare Gg + Ff =  $\frac{nds-rdm}{nr}$ . Verum quia (constr.) HF=EG, & Hf=eg, erit Ee - Gg = Ff, adeoque Ee=Ff + Gg. Hinc denique propter Sectores similes IEe, IBD, fit Ee, vel, Ff+Gg  $\left(\frac{nds-rdm}{nr}\right)$ . Et(1) :: BD(mds). BI  $\left(\frac{mnrds}{nds-rdm}\right) = x$ .

*Aliter.* In triangulo rectangulo BIS, est BI(x). BS :: Rad. (1). Sin. BIS(m), ergo BS=mx. Similiter BI(x). IS :: rad. (1). Sin. IS(n), quare IS=nx. Differentietur jam æquatio BS=mx, fietque dBS = mdx + xdm, atqui Sector. similes IGg, IST præbent IG(1). Gg  $\left(\frac{ds}{r}\right)$  :: IS(nx). ST  $\left(\frac{nxds}{r}\right)$ , quare sufficiendo in æquatione dBS = mdx + xdm fractionem  $\frac{nxds}{r}$  pro dBS, seu pro ST, & nds pro dx, mutabitur æquatio in sequentem  $\frac{nxds}{r} = mnds + xdm$ , quæ, si reducatur, dabit, ut ante,  $x = mnrds : nds - rdm$ . Q. E. I.

III Si directrix ABC est linea recta, fiet r infinita, propterea evanescet membrum nds denominatoris præ superflite ejus membro -rdm, & formula ipsa migrat in sequentem  $x = -mnds : dm$ , hæc vero propter  $mdm = -ndn$ , in  $x = mnds : dn$ .

IV Si jam in æquatione  $x = mnrds : nds - rdm$ , confidetur x ut cognita, r vero ut incognita, & æquatio reducatur, inveniatur  $r = nxds : mnds + xdm$ , vel propter  $nds = dx$  hæc  $r = xdx : mdx + xdm$ , quæ suggerit canonem plane novum pro radio evolutæ inveniendæ in curvis quarum applicatæ in polum

polum convergunt; est nempe *radius Evolutæ* in his Curvis æqualis exponenti rationis elementi dimidii quadrati applicata ad elementum facti ex eadem applicata in sinum anguli quem cum curva continet. In Curvis vero applicatas parallelas habentibus *Radius evolutæ* æquatur exponenti rationis elementi applicata ad elementum sinus anguli quem hæc applicata cum curva format, seu analyticè,  $r = dx : dm$ .

V Ex eadem formula  $x = mnrds : nds - rdm$ , elicitur etiam  $ds = rxdm : nx - mnr$ , hæc vero propter  $dx = ndr$  &  $dz = mds$ , præbet  $dx = rxdm : x - mr$ , &  $dz = rmx dm : nx - mnr$  vel  $dz = -rx dn : x - mr$ , in curvis ex polo descriptis. In iis vero quarum applicatæ axi cuidam perpendiculares sunt, hæc elementa simplicius exprimuntur, nempe  $ds = rdm : n$ , item  $dx = rdm$  &  $dz = -rdm$ . Hæc observatio potissimum inservit praxi inveniendi radios evolutæ in omnis generis curvis. Nam primum in æquatione differentiali datæ curvæ in locum elementorum  $dx$  &  $dz$  subrogandæ sunt quantitates ipsis proportionales nempe  $n$  &  $m$ , & æquatio inde resultans differentianda, postea vero in locum elementorum  $dx$ ,  $dz$  sufficiendi sunt valores horum elementorum in isto paragrapho assignati, & habebitur sic nova æquatio quæ divisibilis erit per  $dm$ , aut si in ea etiam elementum  $dn$  occurrat, ejus in locum ponendo  $-mdm : n$ , divisibilis fieri potest, quare hac divisione instituta elici potest per reductionem æquationis valor incognitæ  $r$ . Pari facilitate generalis canon ex eadem hac observatione deducitur pro determinatione omnium *Causficarum* quocumque demum nomine designentur.

TAB. II.  
Fig. 14.

VI Nam si punctum radians sit I (Fig. 2) & ut hætenus dicantur  $IB = x$ , Sinus & Cofinus anguli incidentiæ  $INB$ ,  $m$  &  $n$ , longitudo radii reflexi vel refracti  $BK$  a puncto curvæ  $B$  usque ad coitum duorum vicinissimorum  $= y$ , Sinus anguli reflexi (refracti)  $p$ , Cofinus  $q$ , retentis  $r$  &  $ds$  ad eadem significanda, quæ in præcedentibus. His positis, § præcedens suppeditat nobis geminum valorem elementi  $ds$ , unum a radio incidentiæ  $x$  ejusque ad curvam seu directricem inclinatione, nempe  $ds = rxdm : nx - mnr$ , alterum vero a radio reflexo (refracto) ejusque

ejusque ad suam directricem inclinatione, puta  $ds = rydp : qy - pqr$ , quare  $rx dm : nx - mnr = rydp : qy - pqr$ , hujus vero æquationis reductione elicitur sequens  $y = pqr x dm : q x dm - n x dp + mnr dp$ . Hæc formula usque adeo univertalis est, ut omnia ea quæ Illustrissimus Hospitalius in sectionibus VII & VIII de Cata- & Dia-Causticis inveniendis tradit (*Analyse des Inf. petits*) non nisi casus particularissimi sint hujus mæ formulæ, nempe  $m = p$ , &  $n = q$ , in Causticis per reflectionem, &  $n q = qn$  in causticis per Refractionem, si ratio  $n : q$  designet mensuram refractionis,

VII Lemma 2. Si per terminos singulorum arculorum in TAB. II. definite parvorum FG, GH, &c. quibus curva quæcunque EF Fig. 15, 16. composita est, tangentes FC, GB, HK &c. ductæ intelligantur usque ad lineam positione datam rectam vel curvam AP, & ex singulis punctis K, B, &c. quibus unaquæque tangens linea AP occurrit in proxime sequentem tangentem perpendiculares KL, BD, &c. demissæ, erit summa omnium CD inter extremas RE & CF contentarum, quam summam per fCD designamus, æqualis AE + EF - CF, cum curva EF est convexa versus AP, ut fig. 15, vel = CF - AE - EF, cum est concava, ut fig. 16.

Nam CF - BG = CF - BF, + BF - BG, atqui CF - BF (fig. 15) = -CD, in fig. 16 = +CD, ergo CF - BF =  $\mp$ CD, & BF - BG est ubique = +FG, ergo CF - BG = FG  $\mp$  CD, & summendo f(CF - BG) = EF  $\mp$  fCD. Verum est f(CF - BG) = CF - AE, ergo CF - AE = EF  $\mp$  fCD, atque adeo fCD =  $\pm$  (AE + EF)  $\mp$  CF. Ubi signum superius in Fig. 15 inferius vero in Fig. 16 obtinet, Q. E. D.

Potuisset hoc idem ex natura evolutionis curvæ propositæ EF deduci, sed malui demonstrationem ex Geometria elementari petere quam longius conquiritur principia huc accersere. Venio nunc ad solutionem ipsam Problematis nostri cujus in gratiam præcedentia hic apposui.

VIII Sit (fig. 17) ADB curva quæcunque algebraica a cujus quadratura rectificatio indefinita curvarum quæsitæ pendere debet, cujus abscissa AC = x, applicata BC = P ut libet data in x & constantibus. Omnis jam difficultas eo redit, ut sciamus


mus qua lege inclinanda sint rectæ CF (fig. 15, 16) ad directricem AP, ita ut  $\int CD$  pendeat a quadratura curvæ AB (fig. 17) in particularibus vero casibus algebraica sit. Hunc in finem a puncto quodam in directrice fixo A capio abscissas AB = X ut libet quidem datas per x & constantes, ita tamen ut elementum ejus quod hanc formam induit  $Qdx$  contineat quantitatem Q per x & constantes datam constanter minorem quantitate aliqua postea indicanda. Per terminos B & C elementi abscissæ AB eas lineas BG & CF transire concipio quæ efficiant, ut demissa ex B normali BD in CF, elementum CD æquale evadat elemento areæ ABC + elem. areæ AEDA (fig. 17), tunc enim fiet  $\int CD$  (fig. 15, 16) = ABCA + AEDA (fig. 17). Quare si in Fig 17 dicantur AF vel ED, t, & DF (EA) = K, erit elem. ABCA + elem. AEDA =  $Pdx + t dK$ , propterea fit etiam CD (fig. 15, 16) =  $Pdx + t dK$ , & CD : BC (fig. 15, 16) =  $(Pdx + t dK) : dX$ , & ponendo  $dK = Mdx$ , &  $dX = Qdx$ , erit CD : BC =  $(P + tM) : Q$ . Verum ratio CD : BC (fig. 15, 16) denotat Cofinum anguli inclinationis ABG, quem Cofinum in superioribus n vocavimus, quare  $n = (P + tM) : Q$ , &  $dn = (QdP + tQdM + MQdt - PdQ - tMdQ) : QQ$ , sed omnia elementa in numeratore hujus fractionis occurrentia per dx exprimi deberent, quod ergo ut succedat ponimus  $dP = p dx$ ,  $dQ = q dx$ ,  $dM = \mu dx$ , ac denique  $dt = \theta dx$ , hisce enim omnibus in præcedenti subrogatis, emerget  $dn = (pQ - pq + \mu Q + \theta MQ - q\mu M) dx : QQ$ . Est præterea quoque  $mm (= 1 - nn) = (QQ - PP - 2tMP - ttMM) : QQ$ , sufficiendo igitur hos valores in formula CF (fig. 15, 16) =  $mm ds : dn$ , quam supra § III invenimus, &  $Qdx$  pro  $ds$ , inveniemus valorem tangentis a directrice usque ad contactum, nempe BG vel CF in fig. 15, 16 =  $(QQ - PP - 2tMP - ttMM) Q : (pQ - pq + \mu Q + \theta MQ - q\mu M)$ ; substituendoque in hac fractione valorem indeterminatæ x resultantem ex suppositione X = 0, innotescet valor primæ tangentis AE (fig. 15, 16). Cum ergo singulæ AB, BG sinusque anguli ABG dati sint algebraice, liquet curvam EF algebraicam esse cum puncta ejus indefinite & geometricè assignari possint. Restat ut ostendatur quod rectificatio indefinita curvæ EF pendeat a quadratura curvæ ADB, (fig. 17) in quibusdam vero casibus algebraice succedat.

dat, id autem probatu facillimum, nam quia (confir.)  $ABCA + AEDA$  (fig. 17)  $=$   $CD$  (fig. 15, 16) & hæc summa per *Lemm. 2* etiam  $=$   $(AE + EF) \mp CF$  (fig. 15, 16), ideo fiet  $EF = CF - AE$  (fig. 15, 16)  $\pm$   $(ABCA + AEDA$  fig. 17). Quod si præterea fuerit  $t = -ax + bxx - cx^3 + cx^5 - \&c.$  Area composita  $ABCA + AEDA$  tot spatia rectilinea, nempe tot diversa rectangula coordinatarum curvæ format, quot diversis vicibus  $t$  alteram abscissam  $x$  æquare potest, toties autem hoc contingit, quot radices reales in hac æquatione  $t + a - bx + cxx - cx^3 + \&c. = 0$ , insunt; propterea  $CF - AF$  (fig. 15, 16)  $\pm$   $(ABCA + AEDA$  fig. 17) cui curvæ arcus  $EF$  æquatur totidem diversos valores habet algebraicos. Invenimus ergo curvam algebraicam  $EF$  cujus rectificatio indefinita quidem pendet a quadratura datæ curvæ algebraicæ  $ADB$  (fig. 17) & hoc tamen non obstante tot accurate non plures nec pauciores arcus absolute integrabiles omnesque ad  $E$  terminatos continet, quot diversæ radices reales in hac æquatione  $t + a - bx + cxx - cx^3 + \&c. = 0$ , quousque libet continuanda, continentur. Q. E. I.


IX. Si in valoribus sinus anguli  $ABG$  vel  $ACF$  & tangentis  $BG$  vel  $CF$  §. præcedenti repertis deleantur litera  $t$  & reliquæ omnes quæ ab hac dependent, habebimus  $m = \sqrt{(QQ - PP)}$ ;  $Q$ , &  $BG$  vel  $CF$  (Fig. 15, 16)  $= (QQ - PP)$   $Q$ ;  $p$   $Q - Pq$ , resultabit etiam nunc curva algebraica  $EF$ , a cujus rectificatione pendet quadratura Curvæ algebraicæ datæ  $ADB$  (fig. 17) nullus tamen in curva  $EF$  (fig. 15, 16) datur arcus absolute rectificabilis. Nam  $ADBCA$  seu  $\int P dx$  ex præcedentibus invenitur esse  $= \pm (AE + EF) \mp CF$ . Atque hoc ipsum est quo *Clar. Bernoullii* multa præstitum iri judicant nec immerito, nam ad rationem quam *Celeberrimi Viri* adducunt, accedit, quod hoc inventum revera *Supplementum generale* Calculi Integralis præbeat, ea enim differentialia quæ summam algebraicam non admittunt summari saltem possunt per lineas curvas geometricè construibiles in rectum extensas & alias quantitates pure algebraicas, quod etiam unum fuit ex desideratis *Illustris Leibnitii* nunc demum, ut reor, ad liquidum deductum.

X. Etsi præcedens solutio unicam tantum  $EF$  curvam prima





MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>

ma fronte suppeditare videtur, reapse tamen infinities infinitas suggerit propter quamvis X quomodocunque datam per  $x$  & constantes, modo in elemento ejus quantitas  $Q$  constanter superet quantitatem  $P+tM$ , quod infinities infinitis modis fieri potest. Deinde in locum directricis rectæ  $AP$  potuissem innumeras diversas curvas asciscere, & loco ejus quod  $CD$  (fig. 15 16) areæ compositæ  $ABCA+AEDA$  æquale posuimus, idem illud elementum æquale facere potuissemus infinitis aliis spatiorum paribus in curva data  $ADB$  (fig. 17) sumptis, quæ tamen omnia certis in casibus figuras rectilineas produxissent. Sed temporis penuria, quæ brevitatem jubet, me a casibus illis abstinere cogit, maxime quod præcedens analysis ad institutum nostrum abunde sufficiat.

XI Quod ad Problema Cl. *Bernoulli* attinet quod § XVI (Vid. *Act. Erudit.* 1720 pag. 278) proponit, id jam solutum est in §. VIII. Nam sicut  $Pdx$  significabat elementum areæ illius curvæ a cujus quadratura rectificatio indefinita quæsiturum  $EF$  pendere debet, ita etiam significare potest elementum illius curvæ inter quam & quæritas dependentia intercedere debet, quare huic diutius jam non immorabor. Sed non abs re fuerit si monuero quod methodo nostra solvi possit hoc problema *Datis quotcunque curvis algebraicis A, B, C, &c. communem abscissam x habentibus, invenire curvam algebraicam Z, ita ut  $Z = A+B+C+\&c +$  Quantitate data, ita ut hæc data etiam possit esse = 0.* Scio jam pridem a *Celeberr. Job. Bernoulli* ostensum esse, quomodo ope motus rectorii quotlibet curvæ algebraicæ in unam addi possint, sed methodus ejus huic restrictioni obnoxia est, quod curvæ addendæ non minus quam quæ sita debeant esse æqualis *amplitudinis*, seu quod normales per singularum terminos ad curvas ductæ æquales in omnibus addendis angulos formare debeant, sed huic restrictioni methodus nostra adstricta non est.

Transeo jam ad alterum meum Problema quod velut minus principale primo loco proponebam.

XII Si in quibusdam curvis sit  $A=axy+bx^cye$ , existente

$$A=fydx$$

$A = \int y dx$ , quæritur curvarum æquatio. Scripseram in Actis quod, si coefficientis  $a$ , & exponentes  $c$  &  $e$  fuerint numeri rationales æquatio curvarum semper futura sit *algebraica*. Dn. *Bernoullius* qui in Actis paulo ante citatis pulchras dedit solutiones hujus Problematis addita analysi a priori procedente, in contrarium observat; 1) Quod si  $e=c$ , nulla curva algebraica quæstioni satisfaciat, sed transcendens tantum. 2) Si sit  $a = \frac{c-1}{e-c}$ ; iidem aliam quam transcendens exhiberi non posse in problematis solutionem. 3) Quod curva algebraica prodeat etiam si  $a$  non sit rationalis, modo  $c$  &  $e$  sint rationales & inæquales, nec tamen existat  $a=c-1: e-c$ . 4) Conjectat *Vir Clariss.* genuinum separandi modum solutioni meæ defuisse ideo, quia nullam curvarum transcendentium mentionem feci.

XIII Ex tribus vero prioribus observationibus secunda tantum asserto meo adversatur, nam quando dixi quod existentibus  $a, c$ , &  $e$  rationalibus semper curva algebraica emergat tacite jam supposui  $c$  &  $e$  inæquales esse, nam in casu æqualitatis earundem fere absque calculo statim apparet quod curva resultat cuius constructio a quadratura hyperbolæ dependet, nam

vocando  $xy=R$ , erit  $A=aR+bR^c$ , &  $dA=adR+bcR^{c-1}dR$ , ac  $\frac{dA}{R} = \frac{y dx}{xy} = \frac{dx}{x} = \frac{adR}{R} + bcR^{c-2}dR$ , quæ æquatio est ad curvam transcendentem. Neque tertia observatio contra me

facit, cum enim dixi quod curva oriatur algebraica quoties  $a, c$ , &  $e$  sunt rationales, non negavi quod talis etiam in aliquo particulari casu locum habere possit etiam si  $a$  non sit rationalis; solum ergo id quod secundo loco ex *Doctiss. Viro* hic adduxi asserto meo refragatur, nam si existentibus  $a, c$ , &  $e$  rationalibus

$A = axy + bx^c y^e$  semper pertinet ad curvam algebraicam, ad talem tunc etiam pertinebit, cum est  $a=c-1: e-c$ , & hoc tamen est quod *Vir D.* negat, verum hac in re ipsi non assentior, alia enim occasione ostendam quomodo etiam in hoc casu infinitæ diversæ curvæ algebraicæ non minus quam infinitæ tran-

scendentes inveniri possint, & in hoc præsertim consistit fundamentum ejus quod supra dixi, etiam in hoc problema nonnulla dici posse ad scientiæ incrementum facientia. Cæterum transcendentium curvarum quæ problemati nostro conveniunt nullam feci mentionem, ut ad quartam observationem Cl. Viri respondeam, quia ultro sese offerunt illi qui problema solvere & algebraicarum æquationes eruere novit, oriuntur enim ex evanescentibus quibusdam coefficientibus certorum membrorum æquationum illarum ad quas nos deduci necesse est, si curvas algebraicas in problematis solutionem eruere velimus. Fateor tamen ex octo aut 10 diversis problema solvendi modis vix unum esse qui cum aliquo ex Bernoullianis coincidat. Tres tantum summariter hoc loco aperiam.

XIV Primus modus in quem incidi cum mihi problema solvendum proposui, hic est. Differentiando æquationem  $fydx = axy + bx^c y^e$  pervenitur post divisionem per  $xy$ , ad sequentem  $\frac{1-a \cdot dx}{x} - \frac{ady}{y} = \left(\frac{bcdx}{x} + \frac{bedy}{y}\right) x^{c-1} y^{e-1}$ , posui deinceps  $\left(\frac{bcdx}{x} + \frac{bedy}{y}\right) x^{c-1} y^{e-1} = \frac{dt}{t}$ , & per consequens etiam  $\frac{1-a \cdot dx}{x} - \frac{ady}{y} = \frac{dt}{t}$ , ex qua deduxi  $y^a = x^{1-a} t^{-1}$ , sufficiens porro valorem ipsius  $y$  ex hac postrema æquatione in antepenultima, &  $\frac{1-adx}{ax} - \frac{dt}{at}$  in locum ipsius  $\frac{dy}{y}$ , inveneram æquationem  $\frac{(ac-ae+e) bdx}{ax} - \frac{bedt}{at} = t^{\frac{e-1}{a}} - 1 \frac{ac-ac+1-e}{a} dt$ ,

fignetur hæc  $\odot$ . Jam sive  $c=e$ , sive  $a = \frac{e-1}{e-e}$  fuerit, utroque casu æquatio  $\odot$  migrat in æquationem curvæ transcendentis, & hoc etiam secundam & tertiam observationem Bernoullianam §. XII hujus commemoratas justificare videtur æque ac proprius illius calculus. Sed si nullus horum casuum locum habeat æquatio  $\odot$  præbet aliam finitis terminis expressam in qua si valor ipsius  $t$  ex superioribus restituatur, emerget salvo calculi errore

li errore  $\frac{ac-ae+e}{e-c}x \frac{ac-ae+e-c}{ac-ae+e}y \frac{ac-ae}{ac-ae+e} = C + \frac{ac+e-ac}{ac-ae+e-c}$   
 $x \frac{abce-abce+bce-bc}{ac-ae+e}y \frac{abce-abce+bce-be}{ac-ae+e}$ ; in qua C est quantitas  
*data* seu ut alias loqui solemus, *constans*.

XV Secundus modus est, ut in æquatione  $fydx = axy + bx^c y^e$ , ponantur  $xy = t$  &  $x^c y^e = u$ , hinc enim elicientur, sal-

vo calculo,  $x = t^{\frac{e-1}{e}} u^{\frac{-c}{e}}$ , &  $y = t^{\frac{-c}{e}} u^{\frac{1}{e}}$ , ponendo  $e-c = f$ ,  
 $\frac{e}{e} \frac{-1}{tdu}$  &  $\frac{-c}{edt} \frac{1}{tdu}$ , quare  $ydx = fdt - \frac{fu}{t}$ ; est vero  $ydx = adt + bdu$ , ergo  $f - \frac{fu}{t}$   
 $= adt + bdu$ , ex qua deinceps elicitur  $af - eadt + tdu + bfudu = 0$ ,  
 ex qua tandem æquatio finitis terminis expressa deduci potest.

XVI Tertius modus huc redit, in  $A = axy + bx^c y^e$ , fiat i-  
 terum  $xy = R$ , & erit  $A = aR + bx^{\frac{c-e}{e}} R^{\frac{e}{e}}$ , &  $x^{\frac{c-e}{e}} = \frac{A-aR}{bR^e}$ ;

hinc  $\frac{(c-e)dx}{x} = \frac{dA-adR}{A-aR} - \frac{edR}{R}$ ; atqui  $\frac{dx}{x} = \frac{ydx}{xy} = \frac{dA}{R}$ ; ergo  
 $\frac{(c-e)dA}{R} = \frac{dA-adR}{A-aR} - \frac{edR}{R}$ , cujus reductione sequens emerget

$c-eAdA + eAdR + (ac-ac-1)RdA + (a-ae)RdR = 0$ , qui etiam  
 pro circumstantiarum varietate in æquationem finitis terminis  
 expressam mutari potest vel in æquationem ad transcendentes  
 curvas pertinentem quemadmodum id pro singulis casibus  
 monstrari posset si modo jam vacaret.

XVI Postremo cum Clariss. Autor Novellarum litteraria-  
 rum quæ singulis septimanis vernaculo sermone *Lipsiæ* edi solent  
 alicubi in suis Novellis Exercitationem aliquam in secunda parte  
 Tomi III Exercitationum Subsecivarum Francof. occurrentem  
 de *gustus Spiritualis circumstantiis* agentem mihi attribuerit, ne  
 meo silentio longiori videar alienum mihi asserere velle labo-  
 rem, publice hoc loco mihi declarandum esse duxi, me dictæ Dis-  
 sertationis Autorem non esse ulla ex parte, etiam si diffiteri non  
 possim additamentum illud quod Exercitationem proxime se-  
 quitur a me conscriptum esse.

Ques

Versuch einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigsten Begebenheiten in der Natur h. e.  
**LUDOVICI PHILIPPI THUMMIGII, A. O. P. ET**  
*Soc. Scient. Reg. Bor. Sodal. Tentamen phaenomena Naturæ singularia applicandi Sc. Pars II.*

Haleæ Magdeb. apud Jo. Adamum Spacium, 1723, in 8. Plag. 6.  
**I**nstitutum Cl. Autoris Mense Januario p. 38 commendavimus. Tentamen, quod nunc prodit, secundum sex absolvitur Sectionibus. *Seç.* **I** Doctissimus Autor inquit in causam phaenomeni singularis circa thermometrum in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum A. 1700 relati, ubi *Godofredus* notavit liquorem aliquot lineis descendente, globo aquæ & huic carbonibus candentibus haud exigua copia immixtis. Causam conjicit in dilatationem globi a calore factam, nec probat eam, quam reddit *Godofredus*. *Seç.* 2 contra *Stephanum Blancardum* probat, aranearum ova haud fieri fecunda absque coitu. *Seç.* 3 rationem reddit visus extraordinarii per nasum, oculis tristi quodam casu læsis: ubi singulare habetur, quod, etsi visus per nasum casui fuerit tribuendus, nil tamen quicquam in eo desideretur, quod ad ejus perfectionem requiratur. *Seç.* 4 in laudes *Nicolai Sanderfonii*, a natiuitate cæci, apud Contabrigienses Mathematicum Professoris, effusus, perquam acnte disquirat, quomodo fieri possit, ut cæcus a natiuitate studiis Mathematicis & Physicis, immo etiam Opticis, favente Minerva operam dare possit: quæ sane probant, ipsum intimioris Metaphysicæ dogmata profundius inspexisse. Conferantur Acta A. 1720 p. 544. *Seç.* 5 versionem Germanicam exhibet dissertationis, quam A. 1721 de arboribus ex foliis educatis conscripsit, ut multorum desiderio satisfaceret, qui eam lingua vernacula, quam latina legere mallent. Quæ in ea de anatomia foliorum curiose investigantur, in Actis anni sepeioris mense Januario legi possunt. Ad rationes physicas revocat celebre *Mandirolæ* experimentum de admiranda foliorum in arbores metamorphosi, ab *Agricola* nuper renovatum. Vid. Acta A. 1717 p. 87, 543. Tres Cl. Autor casus distinguit. Primus est, quo arbor educatur ex gemma folio juncta, ubi ex gemma excrefcit arbor, folio primum nutrimentum largiente. In altero folium absque gemma radices agit & petiolus per longitudinem folii extensus in caudicem, rami exinde per folii latitudinem emissi in ramos arbusculi abeunt. Tertius casus, nulli adhuc autori commemoratus, sistit callum in infirma folii parte, quæ terræ committitur, productum, unde radices propullulant & folii substantia assumpta surculus progerminat. Præter ea, quæ ex anatomia foliorum usui sunt, utitur potissimum inventis Cl. *Wolfii*, ex parte in Actis A. 1718 p. 179 & seqq. indicatis, sine quibus ad distinctam hujus metamorphoseos explicationem perveniri hæud poterat. Tandem *Seç.* 6, ex observatione quadam *Mariotti* in Tractatu de motu aquarum p. 334 Operum, diversarum pluvie guttarum genesin declarat & alia circa hoc meteoron notatu digna deducit.

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*  
*Calendis Maji Anno MDCC XXIII.*

**SEX. JULII FRONTINI DE AQUÆDU-  
SIBUS Urbis Romæ Commentarius. Antiquæ fidei resti-  
tutus atque explicatus opera & studio JOAN-  
NIS POLENI.**

Patavii, apud Joannem Manfrè, 1722, 4.  
Alphab. 1 plag. 21 Tabb. 22. 16.

**P**æclaram hanc *Frontini de Aquæductibus Urbis* editio-  
nem eo libentius atque avidius arripient eruditi: quod  
post inventam artem Typographicam hic libellus vix  
tredecies, quod certo constat, æneis formis descriptus sit.  
Præterea semper pro obscuro, aut nimium corrupto est habitus:  
& pauci sunt, qui in eum cum cura aliquid scripserunt, nulli,  
qui omnem atque integrum emendare simul atque interpretari  
aggressi sunt. Superiori Sæculo inter alia, quæ Frontini nomen  
præferunt, opuscula edebatur ab Rob. Keuchenio, qui notulas  
quasdam adjecit; sed profecto tales, quæ ipsi Autori parum lu-  
cis affunderent. Attamen V. C. Jo. Georg. Grævius Tomo IV  
Antiquitatum Rom. Frontinum ita inseruit, ut Keuchenius il-  
lum illustraverat; ipse simul in Præfatione quædam loca emen-  
davit, ut, quantum posset, liber emendatissimus prodiret. Sed  
cum Frontinus fere totus sit in modulis ac mensuris explicandis,  
numerandis atque comparandis, jam olim sentiebant viri docti,  
tali interprete illum egere, qui cognitione Matheseos probe es-  
set imbutus. Igitur V. C. Jo. Polenus, in Gymnasio Patavino  
Rei Mathematicæ Professor dignissimus, rem nec alienam litte-  
ris



ris suis, nec omnino infactis avibus, sibi sumsit, cum hunc Frontini Commentarium prillino nitore restituere laboravit. Adhibuit præter cetera subsidia laudatissimum illum Codicem Cassinensem, quem Poggius olim invenit, & unde cetera exempla ducta sunt. Non ipso quidem illo Codice usus est, exemplum tamen inde diligentissime descriptum per doctissimum Abbatem Erasinum Gattolam impetravit, qui etiam, si quando Cl. Editor in voculis quibusdam hæsitavit, singula verba cum Codice Cassinensi denuo contulit, omniumque litterarum ductuum sedulam adeo rationem habuit, ut nec ipse, si oculis suis exemplar subjectum habuisset, plura aut magis exacta dare quivisset. Hujusmodi descripta exempla habuit etiam Codicum, quorum alter in Bibliotheca Vaticana, alter in Vaticano - Urbinatense asservatur. Et Urbinatense quidem atque Cassinense plurimum tribuit, iisque ut plurimum utitur; at Vaticanum illum alterum vix semel atque iterum in notis (pag. 165 & 168) citatum legimus. Ut vero erudito sæculi genio morem gereret, Celeberrimum Scipionem Maffei secutus tabulam æneam adjecit, (ad pag. 19 Proleg. T.) in qua Codicis Cassinensis initium litteris forma, ductu, magnitudine exemplari prorsus respondentibus expressum est. Ex his itaque Codd. & conjectura, ubi illi deficiunt, probabili multis sane lacunas supplevit, multa corrupta emendavit. Ejus rei insigne exemplum habemus Articulo statim 2; habemus Artic. 5 & locis aliis quam plurimis. At ex Art. 7 non pigebit verba Frontini adscribere, prout post curam Cl. Poleni nunc leguntur: *Eidem mandatum ab Senatu est, ut curaret quatenus alias aquas, quas posset, in urbem perduceret per ampliores Ductus.* Rivas hic & opere supra terram in Capitolium eam aquam duxit, cui ab Autore Marcia nomen est. Hæc in vulgatis edd. tribus lacunis erant deformata, & omnia illa, quæ & hic & in Cl. Poleni editione diversa litterarum forma expressa sunt; in Codd. æque ac in edd. desiderabantur, aut sæpe corrupta erant, quæ nunc sic satis apte coherent. Quo loco illud non præmittendum existimamus, recte & ordine fecisse doctissimum Polenum, quod omnia illa, quæ non ex Codd. essent desumpta, alio charactere describi curaverit: ita enim facillime certa

ab

ab incertis discernuntur, & primo intuitu apparet, quæ fides verbis habenda sit. Quantum autem MSS. sæpius nominatis tribuendum sit, unicuique illud documento erit. Raphael Fabretus in Dissert. de aquis & aquæd. veteris Romæ in Num. 159 Frontino ex ingenio, sed certa ratione, restitui jussit Art. 7 numerum XXXVI, pro eo, qui in vulgatis libris legebatur, XXXIII; Cl. vero Polenus in Cassinensi pariter ac in Urbinate emendatum numerum invenit, nec notis quidem, sed integris litteris scriptum *admilliarium trigesimum sextum*. Ipse etiam in hujus generis emendationibus, in primis quando ex positis in universonum numeris, comparando eos inter se verum eruit, operam & ingenium suum lectoribus probavit. Eodem pertinent, quæ pag. 5 de pedis antiqui Romani longitudine differit: quæ pag. 8 de Castellis aquarum tradidit. Præ ceteris autem utilissima erit Delineatio illa Urbis Romæ, quam quidem a Fabretto sumpsit, multis tamen memorabilibus de aquæductibus, & maxime iis, quæ ad Frontinum pertinent, auxit ad pag. 15 Tab. K proposita, & pag. 18 explicata. Talia sunt pag. 54 de longitudine Ductus Claudie: pag. 56 de Piscina Limaria, ad quam pertinet Tab. N. pag. 61 de libra aquæ: pag. 62 sqq. de Fistulis aquariis: p. 81 sq. de Uncia a Frontino frequenter adhibita, quibus connexa sunt ea, quæ de modulo Unciæ & Quinariæ pag. 83, 84, 89 legi possunt. His adde, quæ p. 102 sq. de positucaliciis in rectum & ad libram &c. perspicue disputantur, & ne nimii in his recensendis simus, cui libuerit, conferre poterit pagg. 107, 128, 149 cum aliis, unde abunde constabit tam Cl. Editoris peritia in rebus Mathematicis, quam quantum inde Frontinus noster lucis ac sanitatis sit adeptus. Sed non ex hoc solum fonte, sed etiam ex Historia antiqua sæpe illustranda aut corrigenda fuerunt, quæ in hoc libello traduntur. Hinc pag II & 13 in Aquæductuum ætatem & quando primum aqua in urbem perducta sit, inquiri: cum vero ex Frontino aliisque demonstrari possit, A. V. 441 ab Appio Claudio Crasso Censore, cui postea Cæco fuit cognomen, primam esse ductam; animadvertit ea occasione errorem Jo. Harduini ad Plin. XXXV p. 316; qui hujus Appii Abnepoti, & A. V. 450 hæc factum adscripsit.

Ita & pag. 26 ipsum Plinium satis probabiliter emendavit. Legitur enim in recentioribus edd. libr. XXXVI cap. XV de eo, qui Aquam Martiam perduxit: *Is iussus a Senatu aquarum Appia, Anienis, Tepulae ductus reficere.* Frontinus autem prodidit, auctorem Martiae A. V. 608 Appiae Anienisque Ductus refecisse. *Tepula* autem A. demum V. 627 fuit perducta: quomodo itaque potuit ductus *Tepula* A. V. 608 refici? Igitur Cl. Pohlenus mavult pro *Tepula* legere *tegula*, quam vocem in tribus vet. edd. reperit. Similiter pag. 73 regionem *via nova* examinat, & examinaverat jam pag. 11, quo loco fuerit Romae Templum Spei vetus; quae omnia satis perspicue & probabiliter est persecutus. Jam de cetera tam rerum, quam verborum interpretatione ut sententiam nostram proferamus, in ea proxime accedit ad id genus interpretum, qui olim in Usuum Galliarum, Delphini adnotationes conscripserunt: etsi & his palmam in hoc genere praeripuisse videatur. Interpretatur autem non tam verbis & exemplis aliorum Scriptorum in rem praesentem adductis, quam Tabulis atque figuris, quod in hoc opusculo fuit valde necessarium. Ubi figuris non opus fuit, definitiones nominales atque divisiones subdidit, quod nec ipsum supervacuum est existimandum. Docebit haec pag. 41, ubi de Aquariis eorumque munere disputat, & a Frontino certe eo nomine appellari existimat omnes homines familiarum, quae Aquaeductuum causa paratae erant: item pag. 46, ubi *Signinum* opus fieri docuit ex testis tuis cum calce commixtis: item pag. 143, ubi *formas* rivorum explanat, quas modo fistulas, tubos seu specus, per quos aqua ducitur, modo integros Aquaeductus notare scribit. Eodem modo, qui fuerint *teflores* pag. 202, quae *Roftra*, & quot, accurate docet. Sed his rebus dum intentus est, nescimus, qui factum, ut passim minuta etiam & minus necessaria (nemo enim Frontinum hunc pueris legendum commendaverit) sectaretur, & in aliis etiam quibusdam sine necessitate haesitaret. Alterum monstrabit pag. 10, ubi, quid sit Lex & SCtum; pag. 28, ubi de Praetore peregrino; pag. 29, ubi de verbo *vindicare*; pagg. 167, 170, 204, quibus de Censore, quid sit *publicare*, de arario & filco ita docuit & talia, quae sunt fere vulgata. Alterum ex pag. 45 patebit, ubi  
difficile

difficile intellectu visum est, quod scripserit Frontinus : *dies, quo primum aqua* respondit, h. e. quo primum ex ædificato ducta fluxit aqua. Neque enim ex Gellio tantum, sed etiam ex Suetonio, Emodio, ino ipso Cicerone plurima exempla suppetunt, quibus *villa, arva, alia respondere* dicuntur, quando ita sese habent, ut volunt qui colunt, ædificant. Sic & pag. 157 verba : *banc curam Imperatoris sentiet salubritas ejusdem æternæ urbis,* paulo obscurius explicantur : *salubritatem urbis sentiendam ex aucto numero Castellorum ; cum clarius foret : urbem cum salubritate sua experturam, quantum debeat cura Imperatoris :* ita enim Hypallagen istam proxime convertere licet. Sed in his tamen ita sese gessit Cl. Editor, ut nihil jure in ipso reprehendendum videatur. Nam hæc quidem circumseribendo aut alio tandem modo ita tractavit, ut & imperitis verus sensus illucescere queat ; & illa forsitan illis non erunt ingrata, nec supervaena, qui elegantioribus litteris haud valde instructi ad lectionem hujus scriptoris accedent, ut inde quædam veteris Architecturæ, veteris mensuræ aut alia talia percipiant. Et hæc quidem de Annotationibus Cl. Poleni. His præmisit Prolegomena : in quibus cap. I vitam Frontini nostri per Consules distinxit. A. V. 823 (Ær. Christ. 70) Prætozem, A. V. 827 Consulem suffectum fuisse probat. A. V. 828 proficiscitur in Britanniam, inde A. V. 831 redux, postea *Libros strategematum* conscripisse videtur, quos ediderit A. 837. Sed A. V. 850 iterum Consul fuisse, conjicitur, & A. 853 tertium, quod olim Norisius late probavit, sed a Pagio in aliam sententiam abstractus Cl. Jo. Baptiste Morgagnæ argumentum dedit doctissimam epistolam exarandi, qua priorẽ Norisii sententiam adstruit, quamque hic pag. 7 insertam legere licet. Hoc eodem anno hunc de Aquæductibus Commentarium scriptum esse, & cum ita inter hunc & libros *Strategematum* spatium sedecim annorum intercedat, inde stilum auctoris immutatum esse, Cl. Polenus arbitratur. A. V. 854 Frontinus forte Asiæ Proconsul fuit, quod ex nummo illius, quem Sponius in Miscellaneis, Cl. Editor etiam in his Prolegomenis exhibuit, probari posse videtur. A. denique V. 858 vita excessit Frontinus, & monumentum sibi fieri vetuit. Cap. II de Libris a Fron-

tino scriptis agitur, eoque Libri de Re agraria, de Limitibus, de Coloniis huic quidem abjudicantur; contra autem de Strategematibus & de Aquæductibus eidem vindicantur. Cap. III de Codicibus MSS. Cap. IV de editionibus hujus Commentarii tractat. Cap. V quidam scriptores recensentur, qui res ad Aquæductus pertinentes illustrarunt. Cap. VI interpretes Frontini enumerat, & VII denique institutum Cl. Poleni enarrat. Ne vero aliquid huic editioni deesset, ad calcem subjiciuntur Notæ integræ *Oppœi, Scriverii, Keuchenii*, & præterea varix lectiones, quas *Josephus Scæiger* editioni A. 1 § 22 adscripserat. Has excipit primus index omnium vocabulorum, & hunc alter rerum præcipuarum, & Autorum, quorum loca aut emendantur aut explicantur. Subjungamus tandem, pace Autoris, quæ nostra sit de lacunis aliquot aut aliis dubiis locis opinio. Art. § ex Codice Cassinensi hæc dedit Cl. Editor cum indicio lacunæ: *jungitur ei ad Spem Veterem in confinio Hortorum Torquatianorum, & . . . .* quia in dicto Cod. invenerat: *Torquati anos & . . . . norum*, Editio autem Jocundi & vulgares nullam lacunam agnoscunt, quæ habent: *in confinio hortorum Torquatianorum*. Et hanc quidem lectionem unice veram esse, & nos censemus. Dudum id ab eruditis observatum est, diligentiores librarios sæpissime varias lectiones, quas in Codd. notatas invenerint, cum cetero textu scripsisse, & tale quid indicare voluit librarius Cassinensis, qui cum *anos* scripsisset, nempe in Cod. quem sub oculis habebat, nota esse poterat, quæ syllabam *rum* exprimeret, eo non contentus clarius terminationem expressit. Geminus plane locus est Art. 23, ubi itidem vacuum spatium reliquit Cl. Polenus in verbis: *non alieni . . . . modi mihi videtur*, eo, quod in eodem Cod. scribatur: *non alieni aũ modi*. Sed & ista nota nihil aliud indicat, quam *aut alienum*, & sic habet Cod. Urbinas atque edd. *non alienum mihi videtur*. Verissimam hanc esse observationem, ex ipsius Frontini Art. 121 manifestum erit, ubi turpissima Glossa, *aut talia* edd. obsedit, cum *ejusmodi* tantum in MSS. legatur. Art. 24 vacuum spatium ita expleri posset: *Uncia in parte Latii adhuc observatur*, nempe in MSS. est: *Uncia in Papula cita huc observatur*; Cl. Polenus autem ea verborum monstra

stra omisit. Art. 73 ex MSS. recipiendum videtur: *cui rei ratio est*, etiam si alibi *cujus rei* Frontinus maluerit. Art. 94 malle-  
 mus: *in quibus dum altius repeto, leges quidem latas, quaedam  
 apud Vetere: aliter observata inveni*; nam Codd. habent *leges  
 qui lata*; inde Cl. Editor fecit *perlatas*. Sed ex nostra emen-  
 datione notissima Ellipsis Conjunctionis *sed*, & præterea *altius  
 repeto*, ut apud Suetonium & alios, præcise positum, est obser-  
 vandum: unde forte primo obscuritas, dein corruptio in Codd.  
 & edd. nata est. Art. 118 vestigiis Codd. insistendo scriberemus:  
*quem reditum-palantem ac vagum*: MSS. *alientem ac vagum*;  
 inde fecere alii *salientem*, Cl. autem Polenus *alienatum*; Sed  
 nostrum *palantem* sententiæ est aptissimum, & eadem nomina  
 conjungit Livius XXI cap. 61 *vagos palantesque per agros*, &  
 XXIII cap. 42 *opprimere populatores nostros vagos, sine signis, pa-  
 lantos, quo quemque trahit prædæ spes*, & sic ille aliquoties. Art.  
 124 in MSS. legitur: *majorem partem aquarum Urbis destituet*.  
 Inde cum principe ed. scripsit doctiss. Polenus: *major pars aqua-  
 rum Urbem destituet*; sed lenissima mutatione sua Frontino  
 manus reddi poterat: *majorem partem Aquarum Urbs destituet*.  
 Art. 127 in SCl'i verbis legunt MSS. *arbores intra id spatium ex-  
 ciperentur*; sed Cl. Editor, qui tamen alibi pag. 47 maluit cum  
 MS. *pervidentissimus princeps* scribere, quam cum edd. *provi-  
 dentissimus*, hic voluit *exciderentur*, cum vel vetustatis religio  
 istud tueri debuisset. Etenim non modo Nonius observavit, ve-  
 teribus *excipere* notare idem, quod *extrahere*; sed etiam Cel-  
 sus *excipere dentes* notione non multum diversa dixit. Hæc  
 sunt, quæ, dum librum perlegimus, nobis, nulla quidem car-  
 pendî libidine, in mentem venerunt.

POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LI-  
 bri III; cum notis integris Herm. Barbari, Pet. Jo. Oli-  
 varii, Fred. Nonii Pintiani, Pet. Ciacconi, Andreae  
 Schotti, Jf. Vosii & Jac. Gronovii. Accedunt JUL.  
 HONORII Oratoris Excerpta Cosmographiæ, Cosmo-  
 graphia falso ÆTHICUM autorem præferens, cum  
 Var.

Var. Lect. ex MS. RAVENNATIS Anonymi Geographia  
ex MS. Leidensi suppleta. Curante ABRA-  
HAMO GRONOVIO.

Lugduni Bat. ex Offic. Sam. Luchtmans, 1722, 8.

Alphab. 2 plag. 12. Tab. zn. 1.

**A**Micitias sempiternas, ininicitias mortales esse, hæc *Pomp. Melæ* editio leve quidem, documentum tamen erit. Tanta enim animorum contentione, tot etiam convitiis certabant inter se, dum viverent, summi Viri *Isaacus Vossius* & *Jacobus Gronovius* super emendationibus aliquot hujus *Melæ*, ut nec finis appareret, etsi alter eorum vivere desiisset. Postquam vero uterque ad plures abierunt, inventus est aliquis *Abrahamus*, qui *Isaacum* illum, & *Jacobum* ita conciliavit, ut utriusque meditationes junctæ in uno libro legi possint, quod nec ipsi unquam voluerunt, nec alius forte abs quodam Gronovio expectasset. Sed nihil plane in pietatem peccavit optimus Editor; quippe qui solas *Vossii Observationes*, nullas Patris contumelias continentes, adjecit; Appendicem autem illam tristissimam omisit. Quæ de causa nec opus fuit, ut Paternas Epistolas de *Pallacopa*, & quæ respondit *Argusiolis*, quibus in appendice observationum ad *Melam* utitur *Vossius*, adderet, cum vel ipsæ notæ Gronovium satis vindicent. Illæ in hac quidem editione aliquot accessionibus auctæ sunt; quas tamen facile foret omnes enumerare. Nempe pag. statim I de *Melæ* nomine quædam congestit, ut refutaret *Vaillantium* & *Harduinum*. Pag. 2 dictionem *benigna materia* ex *Livio* & *Seneca* illustrat. P. 5 Pronomen *hoc* in verbis: *Omne igitur hoc, quicquid est, cui mundi cælique nomen indidimus, unum id est*, quod jam olim ex *Pacuvio* & *Nævio* defendere conatus est, nunc etiam ex *Seneca*, *Suida* & *Lucretio* comprobat. Pag. 6 addidit quædam de minoribus mundi sectionibus; & simul ostendit, quid sit *decurfus Solis*, nec *Vossio* assentitur, qui *decurrere* ita capit, ac si notaret deorsum currere, descendere, a meridie nempe ad occasum. Pag. 11 bene Græcorum *πρωθεν* explicat contra *Lexica* & *Casaubonum*, qui *πρωθεν* & *πρωρον* confundit in *Polybio* XVI cap. 14. Pag. 49 *Vossium* refutat, qui apud *Tertul-*

Tertullian. Apolog. cap. XVI Christianis Deum quemdam affictum esse censuit, quem nominat *Onochotriten*; ipse autem Gronovius mavult *Onychoten*, in quam vocem descriptio Tertulliani melius & aptissime quadrat. Pag. 95 de verberio *Lampfaci* urbis non inutiliter disputat. Pag. 124 Vossio insultat, quod cum tanta ostentatione vocem *ἀγαλμα* illustraverit, Pintianumque, cum Salmasium non posset, maculaverit: huic nempe dudum locum recte constituisse ad Hist Aug. Pag. 148 Harduinum taxat, quod ad Plin. IV cap. X p. 436 *frctum* inde appellatum existimaverit illud mare, quod immisum est ab Xerxe, cum mons Athos perfoderetur, *quoniam ibi mare ferveat*. Pag. 232 annotat, sese ex MSS. *infinitumque* rescripsisse, pro vulgato *et infinitum*: qualis observatio & illa est pag. 235, ubi *paullulum* edidit, cum antea legeretur *paullum*. Majoris ponderis est alia pag. 258, ubi jure succenset Vossio, quod pro voce *cubilia*, quam scripti omnes & impressi libri servant, ediderit *cunabula*: simul docet, haud absurde *cubilia* de feris dici. Pag. 282 memorat, sese ex duobus MSS. edidisse *aqualiter*, pro eo, quod vulgo tenuerunt, *aqualiter*. Et hæ sunt omnes istæ accessiones, quibus notæ Gronovianæ extenduntur; nisi & illud addere velis, pag. 6 ex Goltzio duos numeros exhiberi, quos in prioribus editionibus frustra quæsieris, & pag. 73 alios duos conspiciendos præberi, quos tamen & nunc (adeoque bis) & olim Libr. I cap. XIV additos visere licuisset. Sunt vero & alia, quorum communicatione Cl. Abrahamus Gronovius lectores sibi obligare voluit. Non modo Præfationes optimis editionibus præfixæ, Typus orbis terrarum ex mente Pomponii Melæ a Petro Bertio delineatus, & P. I Nunnesii Valentini ad Andr. Schottum epistola, ex Bibliotheca Leidensi de prompta, eo referenda sunt; sed potissimum integræ istæ P. Ciacconii notæ, quas eadem instructissima Bibliotheca subministravit. Norunt docti, quod fuerit diligentissimi illius Tolerani ingenium in tractandis veterum scriptis: miris illud laudibus, quod re monente non transeundum videtur, deprædicat Andr. Schottus ad hunc Melam p. 203. Nihil quidem singulare contulit, quo vel Pomponius, vel litteræ Latinæ ita



illustrarentur, ut ab nullo alio; attamen neque plane frustra-  
nea fuit ejus opera. Habebat libros scriptos ad manus, compa-  
raverat varios Latinos atque Græcos auctores cum Mela suo,  
interdum conjecturas experiebatur: quæ omnia prorsus inuti-  
lia esse non possunt. Et sane multum profuisse Isaæo Vossio,  
qui, cum Observationes suas concinnaret, has Ciacconii notas  
manu ejus descriptas inspexit, aliquot exemplis ostendere non  
pigebit. Quæ Vossius p. 332 de verbo *fastigare*, pro quo cor-  
rupte *fastigiare* dicunt, docuit, eadem legas ad eundem locum  
apud Ciacconium p. 624. Quæ ille p. 338 de Cirta, Colonia Sit-  
tianorum; ea hic præcepit p. 627 & ex proximis pag. appare-  
bit, illum & locum quemdam Livii ab hoc manifeste mutuo sum-  
fisse, uti pag. 347 loca Arriani & Lucani, quæ in Ciacconii no-  
tis obvia sunt p. 632. Hoc adeo frequens est, ut alium locum  
Livii in Observat. p. 352, (confer pag. 634) & plura talia præ-  
termittamus. Sed maxime adverterunt animum verba Hiero-  
nymy p. 357 a Vossio producta, quibus probare voluit, *colere* esse  
non raro idem, quod *excolere*, quæ (nam de Herodoti loco ni-  
hil dicamus, quem, facile concedimus, propter istam Geogra-  
phiz partem a Vossio perlectum esse) itidem splendent apud  
Hispanum nostrum pag. 636. Parum id fuit Vossio, nisi & con-  
jecturam istius Critici, pro sua, eadem observatione venditaf-  
set. Pag. 409 similis fortuna fuit citationis Ciceronianæ, quod  
ex collata pag. 648 patebit: quam & pag. 412 Tacitus subiit,  
docente pag. 649, & Sallustius pag. 412 ac 466 auctoritate pag.  
651 & 660. Pag. vero 509 non unam citationem, sed inte-  
gram boni Toletani notam descripsit, quam adeo & hac, &  
pag. 666 legere licet. Neque hoc impune tulit; nam jam olim  
Jac. Gronovius Livii locum, ut male appositum, taxaverat.  
Sed nosse debuerat Vir ille doctissimus cui indicium, atque  
quantum indici isti deberet Vossius, & plura profecto passus ef-  
set. Nos vero hoc ipso manes Viri bene de re litteraria meriti  
non sollicitamus; aliter si foret, facile pag. 521, 531, 532, 534  
multasque alias adducere possemus, quibus Ciacconianæ dili-  
gentiæ specimina Vossianis Observationibus immixta sunt.  
Sed forte gratiam retulit hic illi? Eam scilicet, ut ne quidem  
dignum

dignum haberet, qui in dictis Observationibus vel semel non laudaretur, sed nominaretur. Imo vero dignus illi visus est, quem passim *minuti Critici* nomine truderet, quale elogium ad Ciacconium pertinens habes pag. 420. Nihilominus statum suum dignitatis obtinebit ille Hispanus, & Cl. Abr. Gronovius non male consuluit bono publico & famæ Paternæ, cum has notas publicavit, quæ vires & mores Vossii produunt atque manifestant.

IO. ANDREÆ BOSII INTRODUCTIO IN  
notitiam scriptorum ecclesiasticorum, IO. FRANCIS-  
CI BUDDEI, IO. GERH. MEUSCHENI &  
THOMÆ CRENIi observationibus aucta atque il-  
lustrata, eiusque opuscula historię & antiquitatum  
sacrarum collecta & edita cura & studio IO.  
GEORGI WALCHII, P.P. O.

Jenæ, sumtu Jo. Felicis Bielckii, 1723, 8.  
Alph. 2 plag. 8.

Quum ingenio litterarumque meritis clarissimus sit Bofius, qui Lipsiæ natus, in Academia Ienensi Historici munere functus est, collectio hæc non potest non esse maxime grata eruditis, illis imprimis, qui historię ecclesiasticæ atque antiquitatibus operam dant. Editor præmisit præfationem, quippe qua omnium opusculorum, quæ heic continentur, fata non solum atque editiones recenset; sed auctores quoque indicat diligenter, qui post Bosii obitum de iisdem exposuerunt argumentis. Primo loco apparet *Introductio in notitiam scriptorum ecclesiasticorum*, ita aucta atque adornata, ut inde copiosior huiusmodi auctorum eaque accurata cognitio possit hauriri. Accesserunt enim viri summe reverendi Buddei observationes adhuc ineditæ, quibus ea, quæ Bofius habuit, partim sunt emendata, partim ad nostram usque ætatem continuata; nec non Jo. Gerh. Meuscheni & Thomæ Crenii, qui antea introductionem hanc notis illustratam ediderunt. Hanc sequi.

sequitur oratio *de historia ecclesiastica nostro presertim tempore diligentius colenda*, cujus historię dignitatem ex eo imprimis petit, quod illius ope possimus cognoscere, non fuisse eam ecclesię veteris doctrinam eumque statum, quem Pontificis Romani asectę fingant. Orationi huic Editor noster adjecit Bossii opuscula historiam & antiquitates ecclesiasticas illustrantia, quę continent sex dissertationes elegantissimas. Prima enim dicitur *de Pontifice maximo Roma veteris*, secunda vero *de Pontificatu maximo Imperatorum Romanorum*, qua adversus Gothofredum probavit, quod Cæsares christiani hoc dignitatis nomen a Constantino magno ad Gratianum usque usurpaverint, etiam ipsum Pontificis maximi administraverint munus. Tertia opposita est Claudio Salmasio, quippe qui verba Pauli 2 Timoth. II, 22 *ταῖς νεωτέροις ἐπιθυμίαις* *Φεῦγε* interpretatus est de novis vel novarum rerum cupiditatibus; Autor autem noster ostendit, ista de juvenilibus cupiditatibus esse exponenda, qua occasione illustratur locus ex epistola ad Magnesium, quę tribuitur Ignatio, quid scilicet sit *νεωτέρον λάζις*. Quarta dicitur *de ara ignoti Dei*, ac monstrat, Athenienses per ignotum Deum denotasse maximum & verum Deum, cujus beneficia quum percepissent, nomen autem ipsius ignorassent, ei quidem aram posuissent, sed metu offensionis inscriptam: ignoto Deo. Quinta agit *de clinicis veteris ecclesię*, qua presertim locus Pauli de baptismo *ὕπρὸς τὸν νεκρῶν* illustratur, ac sexta est exercitatio critica ad *Flavii Iosephi periocham de Iesu Christo*, quę legitur libro XIX Originum Judicarum, ob immaturam Autoris mortem ad finem haud perducta: extremo tamen exercitationis hujus aliqua ratione significavit, ex ipsius opinione testimonium hoc haud genuinum esse; alios vero, qui post Bossium de hoc argumento tractarunt, Cl. Editor in præfatione diligentissime recenset. Hęc igitur summa operis satis demonstrat, magnam illius esse dignitatem ob argumentorum gravitatem atque elegantiam, ut adeo haud invitis Musis Editor & reliquas Bossii dissertationes ad historiam civilem spectantes colligere deberet.

JO. GEORGII WALCHII PAREGA ACADEMICA ex historiarum & antiquitatum monumentis collecta.

Lipsiæ, sumt. Jo. Friderici Gleditschii b. filii, 1722, 8.  
Alphab. 2 plag. 12.

VARIAE hæc nobis exhibentur commentationes, quæ in primis antiquitates monumentaque veterum singulari ratione illustrant, argumentaque non adeo ab aliis exposita persequuntur copiose. Primum apparet exercitatio historica *de fabulosa historia Semiramidis adversus Ctesiam Cnidium*, qua Cl. Autor haud negat cum aliis, unquam extitisse Semiramidem, sed ipsius historiam fabulosam tantum esse demonstrat, eoque nomine multum de Ctesia Cnidio ejusque auctoritate, quam rejicit, disputat. Postquam exercitationem videmus diatriben *de variis modis litteras colendi apud veteres Romanos*, qua de veterum Romanorum præceptoribus, scholis publicis & privatis, peregrinationibus litterariis, libris, anagnostis, meditationibus litterariis, recitationibus, disputationibus, lucubrationibus & secessibus differitur. Tertio loco habemus diatriben *de præmiis veterum sopherarum, rhetorum atque oratorum*, qua Autor omnia præmiorum genera, quibus veteres oratores adfecti sunt, recenset atque explicat, prout sunt salaria, appellationes honorificæ, acclamationes & plausus, coronæ, statuæ, legationes, magistratus, victus publicus, ac multa veterum loca, in primis Philostrati, interpretatus est atque illustravit. Addita est alia *de amenitatibus historicis ex Ciceronis peregrinatione collectis*. Cicero enim ipse in Bruto itineris sui rationem commemoravit, cujus verba hæc fundamenti loco sunt posita, multaque tradita, quæ ad notitiam rei litterariæ veterum & Græcorum & Romanorum pertinent. Quinta est exercitatio historico-philosophica *de atheismo Aristotelis*, quæ copiosa est, & ut recte Autoris opinionem capiamus, haud demonstrare contendit, ipsum Aristotelem fuisse atheniense mente sua, sed philosophum hunc ejusmodi tradidisse doctrinas, quæ facile viam ad atheismum parare possunt,

sive Aristotelicum systema quemvis atheorum posse admittere. Recte enim distinguit inter atheismum doctrinae atque auctoris, asseritque principia Philosophi hujus & in doctrina naturali & morali maxime remota esse a Deo, ipsumque probabili ratione animo suo nullum credidisse Deum, quod posterius momentum non ex characteribus mentis tantum, sed & ratione doctrinae morum probatur solide. Sexta est diatribe de *enthusiasmo veterum Sophistarum atque Oratorum*, quae non solum varias species enthusiasmi in inventione & actione ex antiquis monumentis tradit, sed & in causas inquit, cur afflatum divinum crediderint. Post hanc deprehendimus *historiam Logicæ* tam singulari studio conscriptam, ut omnia momenta huc spectantia comprehendat, integrum enim opus divisum est in tres libros, quorum primo de origine Artis Logicæ, secundo de progressu ac fati illius, quo non solum scripta Logicæ, sed & fata ipsarum doctrinarum copiose recensentur, ac tertio de varia existimationis Logicæ fortuna agitur. Cujusmodi historias & reliquarum disciplinarum Philosophiæ promittit Cl. Autor, quæ si eadem ratione conscribantur, expectamus merito plenioram accuratamque Philosophiæ historiam. Ultima est dissertatio de *orationibus panegyricis veterum & Græcorum & Romanorum*.

A REVIEW OF THE HISTORY OF ENGLAND, as far as it relates to the Titles and Pretensions of our several Kings &c.

h. e.

ACCURATA RECENSIO HISTORIÆ ANGLICÆ, quatenus spectat ad jura Regum singulorum, eorumque characteres, a Wilhelmi Conquestoris tempore, usque ad conversionem rerum sub Jacobo II; ut & de rebus maxime memorabilibus, sub eorum regimine gestis; una cum solennibus, dejectis folio Richardo II, Henrico VI & Jacobo II observatis; Autore  
THOMA SALMON.

Londini,

Londini, apud Carolum Rivington, 1722, 8 maj.

Alph. I pl. 8.

Subjectionem subditorum Principi debitam abunde probaverunt Stillingfleetus, Sherlockius & Highdenus; cum vero subditi jurare teneantur de jure Principis in territorium, reiectis omnibus, idem spe devorantibus, haud ignobiliorem operam, qui de jure Principis accurate despiciunt, videntur successisse, ac illi, qui muneris tantum consequendi vel famis exsatiandæ gratia, cæca obedientia juramentum præstant. Hinc Autor elegantissimum hunc libellum conscripsit, ut dubiis multorum satisfaceret, eoque jura Regum Angliæ, maxime a Wilhelmi Conquestoris temporibus indagat, immixtis hinc inde, quæ haud aliena a præsentis opella, multis Historicorum erroribus refellendis aniam præberent, quamvis subinde Rigidioribus nimis videatur addictus. Ex illis, qui Wilhelmum antecesserunt, undeviginti Reges Egbertum exceperere, quos inter duodecim jure sanguinis proximiores in solium sunt e-vecti. De Athelstano equidem suboriri posset dubium; paterno tamen jure nitebatur. Edwinum, Edredi tutorem, frustra hic objeceris, qui Regio axiomate nunquam est gavissus. Canutum Danum, nisi cessionis jus ab Edmundo factæ obtendas, illegitimum pronunciaveris; nec potiori titulo usus est Eduardus Confessor, si dispositionem Hardicanuti excipias. Haraldum II vero Usurpatorem quis non dixerit? adeo ut ex hætenus allatis titulus Regni justus nondum sit petendus; possessionis enim jus hic frustra allegatur. Igitur Wilhelmus, Conquestoris nomine notus, hæres ab Eduardo Confessore declaratus est, maxime cum Edmundi, a Ferreo Latere cognominati, descendentes jure suo cederent, imo jam dudum suffragantibus cunctis, isto destituerentur. Wilhelmus Rufus ultima patris voluntate in solium evectus est, fratre Roberto per aliquod licet tempus repugnante. Henricus I ex pacto cum Roberto Regnum juste possidere cœpit. Hujus ultima voluntate nitebatur Stephanus, cui plurimi, nulla Religionis habita cura, fidem addicebant. Mox versa rerum facie Mathildin, Henri-

p. 8.  
10.

4.

8.

11.

14.

- Henrici I filiam, sequentes, cui jam ante juramento se obstrinxerant, fidem lubricam *Majoris Conveniencie* nomine coonestabant. Henricus II, viva adhuc Mathilde, Regno admotus est matris cessione fultus, quique soli supererant, Edgari Atheling descendentes, haud optimo jure nitebantur, e quibus David quidem, Rex Scotiae, fide Mathildi jurata, nec unquam neglecta, jure, si quod habuit, cessisse videtur. Successit illi filius Richardus I, cujus jura in dubium fuisse vocata, nusquam reperimus. Joannes, Frater, ex supremæ voluntatis tabulis Richardum secutus, Rex *de jure* vocari meretur, si Regibus jus integrum fuisse dicas, testamento successorem nominandi; certe Fratris senioris, Gothofredi, filius Arthurus acerrime se opponere, lineali successione nixus, quæ lis demum Arthuri morte sopita. De Henrici III successione, Eleonora quippe absque prole mortua, dubium moveri non potest. Illud hic notamus, quod Noster primum Parliamentum more hodiernum usitato tunc convocatum fuisse asserat. Eduardo I quidem a Lancastriis lis mota, quod sator ipsorum Edmundus ob deformitatem corporis jure primogenituræ fuisset privatus, quæ tamen res nullo fundamento nititur. Eduardus II jure paterno successit. Eduardus III, minorennis Regimini admotus, initio quidem Matris & adulteri Mortimerii artibus, & extorta Patris renunciatione, Regnum injuria possidere visus est, quod adultiori ætate, autoribus Paternæ cædis punitis, meliori jure capessivit. Richardus II jure avito, Eduardo nempe Nigro prognatus, Regno potiebatur, qui adversante fortuna, solio dejectus, & quæ tutores meruerant, luens, vita misere fuit spoliatus. Successit Henricus IV, ab Henrici III filio Edmundo, quem natu quidem majorem, ob corporis deformitatem, a regimine exclusum fuisse ferebat, sanguinem ducens. Hic ut jure firmiori Regno videretur admotus, edixit, se tum jure victoriæ, tum voluntate Richardi, successorem nominantis, denique ut proximum Richardi successorem, Regno fuisse potitum, quod falsum esse exinde apparet, quod Edmundus Mortimer Henricum in successione lineali evidentissime præiret, ut adeo Henricus solo jure belli Regnum obtinuerit. Henricus

cus V, usurpatoris filius, quasi successione continua injustitia posset extingui, Regnum est nactus, quamvis haud negandum, Edmundum, justum Regni hæredem, tacendo ac quiescendo jure suo quodammodo celsisse. Henricus VI in Anglorum pariter ac Gallorum Regna nullo alio quam belli jure nitebatur. Tandem Eduardus IV, Eboracensis, bello contra Henricum superior, Regni Senatu jubente, pactum iniit, ut Henrico, dum viveret, Regiminis administratio relinqueretur, eo vero defuncto, rerum summa ad Eboracensem transferretur. His vero pacti legibus a Regina violatis, Eboracensi diadema fuit impositum, præsertim quod Lionellus, Eduardi III filius tertio genitus, communis Eboracensium sator fuisset, Lancastrii autem a filio ejusdem Eduardi quartum genito descenderent. Eduardus V, jure optimo patri successit, quem Richardus III, ardens cupiditate regnandi, vita regnoque privavit: is enim Eduardi IV liberos illegitimos esse, fratrisque Ducis Clarentiani sobolem ob turbas, a Patre concitatas, jure Regni excidisse contendebat; semet autem, genuinam quippe Richardi Eboracensis progeniem, solum superesse ferebat, cui imperium deferretur; quæ cum veritati minus consentanea fuerint, illum usurpasse saltem supremum dominium, Noster evincit. Hoc porro in acie cæso, Anglis imperitavit Henricus VII, non tamen jure suo, uti videri voluit, Lancastriæ nempe domo, & quidem ex illegitimo concubitu Jo. de Gaunt oriundus, cujus sobolem quidem legitimam, non tamen ideo & Regni capacem declaraverat Richardus II, verum potius jure uxoris Elisabethæ Eboracensis, quod tamen nec ipse agnovit, ne eandem Regni haberet sociam & thori, nec Ordines publice congregati ausi sunt confiteri. Sed jus victoriæ & favor Pontificis Henrico profuere, præsertim cum paulo post lege publica indemnes esse juberentur, qui adversæ parti adhæsisent ac turbarum publicarum autores existissent. Henrici VIII jura Regni in dubium vocare nemo ausus est. Nec quisquam filio legitimo Eduardo VI successionem jure sanguinis & dispositionis Paternæ, Ordinum consensu munitæ, competiisse, negaverit. Iisdem fundamentis nitebatur Maria soror ipsius natu major,

pag. 97.

103.

109.

127.

140.

149.

164.

186.

217.

216.



- cui Northumbrii artibus litem movit Joanna Graja, ex Maria, Henri. i VII filia, descendens, quasi ultima voluntate Eduardi hæres Regni scripta, quod Maria ex illegitimo concubitu nata esset; verum cum proles ex illegitimo matrimonio, antequam illud pro illegitimo publica sententia pronuntiatum esset, procreata, legitima nihilominus judicetur, & Eduardo libertas testandi contra Patris Testamentum, ab Ordinibus firmatum, negata esset, istæ turbæ, summo Joannæ & sociorum damno, brevi sunt sopitæ. Huic Elisabetha soror ex Anna Bolenia, tum hæreditario jure, si & Anglicorum Theologorum, & exterarum Academiarum Responsa consideres, tum consensu Senatus succedebat.
241. Ipsa jam moribunda designaverat hæredem, Jacobum I Scotiæ Regem, sanguine proximum, utpote ex primogenita Henrici VII filia procreatum, licet Henricus VIII, Ordinum Regni consensu, descendentes ex secundo genita sorore, Suffolcianos nimirum, successores nominasset. Jacobi jura postmodum & Suffolciani, nihil agendo, & Procures in Comitibus congregati actis publicis stabiliverunt. Hoc mortuo rerum potitus est filius unicus, Carolus I, cujus jura initio Regiminis nemo in dubium vocavit; verum invalescente perniciose opinione, quod Reges a subditis Regno privari suo merito possint, frivolis de causis, a turbarum autoribus capite truncatus. Ut porro Inferioris Ordinum Senatus decreto Regia autoritas abolita, ipsoque hoc senatu tandem a belli ducibus dissipato, rerum summa ad Cromwellium pervenerit, qui quidem invitus Regio diademate caruit, & cum Superioris Senatus quandam quasi speciem reduxisset, omnibus odio esse cœpit, utque eo mortuo Richardus filius post paucos menses fuerit clavo motus, tandemque Carolus II Monkii ope in Regnum revocatus, non attinet hic pluribus repetere. Observat vero Autor, minime verisimile, quod nonnulli tradant, Carolum II, morti proximum, nomen Pontificis sacris dedisse. Ob eadem Sacra Frater illius Jacobus II parum absuit, quin lege publica a successione fuisset exclusus, nisi ipse Carolus II prudenter eum tantis difficultatibus expedivisset. Regni igitur hæres, jure sanguinis, legitimus adversarium quidem expertus est Monmouthium, qui ex
- con-

concupina fratris natus, ex iusto se matrimonio produisse ferebat; verum is fati adversis mox succubuit. Hic Jacobus consiliis Loyolitarum & malefanorum hominum nimium obsecutus, cum religionis & immunitatum libertati inhiare visus esset, adventante Wilhelmo Auriaco, cum suis, Regno *deserto* vel *abdicato* (ea enim de re multa fuit controversia) in Galliam affugit. Itaque Superior & Inferior Comitiorum Senatus regiminis curam primum Arausionensi desert, post controversiis de jure Regni Britannici hæreditario vel Electionis liberrimæ sopitis, consensu unanimi Wilhelmo Auriaco ejusque uxori Mariæ, coronam imponit. Sed hæc strictim memorasse suffecerit, in quibus ad ea tantum respeximus, quæ ad jura imperii singulorum Regum spectant; reliqua de Regum Britannicorum matrimoniis, liberis, caractere, rebus gestis aliisque, quæ ab Autore ingeniosa meditatione illustrantur, Lectoris judicio permittimus.

p. 371.

395 sq.

THE HISTORY OF THE REBELLION  
and Civil Wars in Ireland.

h. e.

HISTORIA TURBARUM AC BELLORUM  
*Civilium in Hibernia, inde ab A. 1640; Autore*  
EDUARDO Comite CLAREN-  
DONII.

Londini, apud Jo. Witford, & Thom. Jauncy, 1720, 8.  
Alph. 1 pl. 2.

PRodit tandem integra hæc rerum Hibernicarum historia ab Illustriss. Comite Clarendonio, ut existimatur, quondam conscripta, quam Borlasius jam pridem, sed maximam partem corruptam, & mancam ediderat. Ipse nimirum hos Commentarios litteris mandaverat, ut aliquid opponeret Episcopi Fernensis libello, calumniis admodum referto, eoque veram originem calamitatum, quibus Hibernia inde ab A. 1640 pœne fuit oppressa, evidentissime panderet. Nos summam

Præfat.

5.

- mam rei obscuritate haud parum involutæ commemorabitur. Hibernia omnibus ferme naturæ bonis ad annum usque 1610 abundabat, liberoque Catholicæ Religionis exercitio fruedatur, donec Scotis rebellantibus ad illos quoque turbarum intestinarum contagium pervasit. Hinc Straffordii Proregis mortem urgebant, & Vicarios Regni recusabant, nisi rerum ignaros, donec in seditionem prorumperent, atque multa Protestantium millia sævissima cæde necarent, licet omnes in hoc facinus consensisse, dici nequeat. Postea Decretum Regis confinxerunt, quo ipsis excidium Puritanorum imperabatur; quamobrem senatus Regni suis insigni crudelitate adversus Hibernos male animatos sævire permisit. Hoc comperto Rex Ormondium Pro-Regem in Hiberniam ablegat, qui nihil severius statuens, Hibernos tamen, summa virtute devictos, inducias primum annuas, Catholicis adhuc plus æquo petentibus, mox pacem facere coegit, quam funesto consilio Nuntii Pontificii Rinuccini & Episcoporum Titularium, qui summam sibi arrogaverant auctoritatem, mox iterum rumpebant. Hi etenim, Nuntio duce, ac binis exercitibus collectis, Dublinium contendebant, Ormondium, omnibus fere necessariis destitutum, oppressuri, cui tamen cum ea, quibus opus erat, mox ex Anglia fuissent subvecta, pax optata, securitate Catholicis promissa, denuo coiit. At consiliis inde Hibernorum, Catholicos pariter ac Protestantes Anglos in Hibernia degentes extirpandi, detectis, Rex jam apud Anglos captivus & necessitati cedens edixit, ut Anglis potius in Senatu Regni congregatis, ipsique Regi adversis, quam Hibernis loca munita traderentur, quod utique factum; ut frustra adeo Ormondus accusetur, quasi pecunia corruptus, Dublinium hosti dederit. Certe Parlamentarii, quos vocant, datam Ormondio fidem violantes, ipsum eo adegerunt, ut fuga in Gallia salutem sibi quæreret; nec ita multo post Nuntius Poatificis, ipsis Catholicis testantibus omnium malorum autor, ex Hibernia se subducere coactus est.
94. Quamquam vero incassum Gallorum suppetias sollicitasset Ormondus, in Hiberniam tamen rediit, atque pacem sancivit, cui
110. plures quidem mox adversabantur; immo idem, cum magnam

nam pecuniæ vim mutuo accepisset, collecto denuo exercitu, plurimas urbes subegit. Verum cum pars Regiarum copiarum ad Rathminium, occiso Equitum Tribuno, Vaughano, in fugam coniecta esset, omnia rursus in hostium venere potestatem. Neque difficulter Cromwellius arces in ditionem redegit, Clero Catholico maxime saniora consilia pervertente, quamvis adhuc Ormondus, quantum in ipso erat, Cromwellii conatibus resisteret, ut proinde calumniæ contra Ormondium sparsum facile explodantur. Dum hæc in Hibernia aguntur, Clerus Hibernus Regem, a Scotis detentum, eo compulerat, ut acta ipforum confirmaret, quæ cum Ormondus, velut vi extorta, probare non posset, ipse denuo in Galliam se subduxit. In ejus locum etsi suffectus esset Clanrikardus, hic tamen, Hibernis perfide fugientibus, ab Iretonio est devictus; qua clade accepta, dum Ducis Lotharingæ auxilia circumspicit, Hiberni ipsi obnitebantur, clandestina cum Anglis consilia miscentes. Hinc Iretonio facile fuit, Limericum occupare, & de rigidioribus, imprimis Catholicis, quorum plures laqueo damnavit, secure triumphare. Mortuo Iretonio spes aliquanto lætior affulsit, donec Hibernis omnia turbantibus, cum irritum se laborem pro populo ingrato suscepisse cerneret Clanrikardus, fuga sibi & ipse consulere cogeretur. Ex isto tempore Hiberni durissima, quam meruerant, servitute pressi sunt. Appendicis loco nefanda strages, qua Hiberni in Protestantes, & hi postea collectis animis in Catholicos fuere grassati, inde ab A. 1641 exacte narratur; & Regem quidem ab hac sævitia fuisse alienissimum, secus ac ab adversariis ejus vulgatum fuit, ex Marchionis Antrimii litteris demonstratur.

p. 131.  
141. 147.  
180 sq.  
206 sq.  
227 sq.

255.  
258 sq.

265.  
280.  
285.  
289.

370.

LETTERE SCIENTIFICHE ED ERUDITE  
del Conte Lorenzo Magalotti.

h. e.

LITTERÆ AD SCIENTIAS ET ERUDI-  
tionem spectantes, Autore Comite LAURENTIO  
MAGALOTTI, Patritio Florentino & M. Du-  
ci Erruriæ a Consiliis Status.

Cc 3

Floren.

Florentiæ, apud Tartinum & Franchium, 1721, 4.

Alph. 1 pl. 18.

**C**UM Illustriss. Comes Magalotti editis jam tum A. 1719 Venetiis Epistolis familiaribus, de quibus propediem in Supplementis dicemus, insignem in Deum pietatem, exquisitam ac solidam rerum moralium doctrinam, & præclaram vitæ, quam practicam vocant, peritiam eruditis probaverit, non minorem nunc laudem in Philosophiæ naturalis & linguarum exoticarum, atque adeo orientalium, cognitione Epistolis, quas exhibemus, consecutus est. Nimirum a prima juventute literis gnayiter operatus, cum varia eruditione illustris Secretarii munus in Academia *del Cimento*, quam vocant, olim obtinisset, in ejus imprimis Societatis gratiam priores fere harum literarum composuit. Et quoniam non in umbra delitescere constitutum ipsi fuerat, sed publica potius negotia tractare, exteras regiones adit, atque hinc in aulam admittus & a Magno Hetruriæ Duce Legati titulo ornatus, plurimis de pace ac bello consiliis publicis in Germania, Gallia, imo & Svecia interfuit, atque ita demum redux factus, prudentiaque & rerum usu confirmatus, ut animum a gravioribus curis parum avocaret & amicis simul prodesset, hæc ad eos Epistolas exaravit. In prima observans, ramos oleastroꝝ multa nive, quæ vento non agitante perpendiculariter super iisdem defederat, onustos, denique diffractos fuisse, cum alii nivium ponderi causam tribuerent, Noster eam potius a frigoris vehementia petendam asserit. Galilei enim theorematibus adjutus, demonstrat, quod, si contus ejus ponderis, quod ubi tantillum augeatur, sua gravitate contus frangatur, muro ad horizontem perpendiculari normaliter infigatur, alterius cujusvis materiæ contus similiter positus molem suam sustentaturus atque hoc in positu permanens sit, si horum contorum longitudines fuerint reciproce ut gravitates specificæ materiæ, qua constant. Experientia autem docet, frigore fieri, ut corporibus major friabilitas inducatur, quapropter tenacitate, quæ suffulcendæ longitudini certæ par erat, imminuta, ex frigoris vi non ex pondere nivis rami diffringantur. Cum inopinato vehementi sanguinis quadam

I.

II.

dam effervescencia vexaretur, eumque ignem concepisse Medicus assereret, indignabundus, sibi a Comite ea in re, quæ Medicorum omnium assertis comprobata est, contradici, false illorum ridet torporem, qui antiquitatem nunquam non præfracte tuentur, quibusque nova quævis sordeant. Diserte autem negat, ignem hoc in morbo subesse, sed diversæ figuræ particulas salinas, quæ hausto vino forte permixtæ erant, dum per porulos cutis permeare nequeant, illam pungere & vellicare, donec fricando cutem extremam viam illis faciamus. Porro in gratiam Sereniss. Hetruriæ Principis florem describit, qui, cum insuetum alias non sit flores quosdam diurno tempore minus vividum spirare odorem, quam nocte, certam temporis periodum fragrando servabat, dum odor ejus a media nocte ad meridiem usque increfcebat, decrescens rursus paulatim a meridie, donec sub tempus nocturnum prorsus esset extinctus. Ita vero flos ille morem suum servabat, donec prorsus languesceret. Suam postea de natura lucis opinionem aliorum judicio exponit. Terram cum Gilberto &, prout asserit, ipso Galileo & Gassendo ingentis molis magnetem esse supponit, qui circumfusa corpora omnia attrahat. Illam ergo, circa vorticem suum motam, necessario post se trahere corpora sphaeram virtutis magneticæ ingressa. Cum vero per omnes magnetis particulas illa attrahendi virtus æqualiter diffusa sit, corpora magnetica pro densitate sua majori attrahendi vi gaudere, adeo ut cum ferrum magnete omnino densius sit, magnes ferro, ut notum est, perite armetur. Trahi igitur densiora corpora fortius, quam leviora, hæc vero propterea expelli ac sursum versus protrudi, sicut lignum in aqua. Ignem esse materiam rarissimam, quæ adeo vehementer ac celerrime a circumpositis corporibus extrudatur; unde virtus ignis omnia corpora subito penetrandi & calefaciendi. Aerem circumquaque positum fontem ignis Solem quasi premere, unde igneæ quædam particule inde expellantur, ac in minutissima filamenta & fibras comprimantur, quæ lucis materiam constituent, quæ versus planetas diversos expressa, post multas reflexiones, cum alibi non inveniatur corpus levius, ubi quiescere posset, ad Solem denique

III.

IV.

- V. que redeant. Galilei dictum, quod vinum sit mixtura lucis & humoris, explicat, demonstrans, quomodo uvarum pori ita constructi sint, ut vel subintrans radius ita detineatur, ne egredi rursus queat, vel diversimode intus reflexus admodum implicetur, ne foras elidi amplius possit. Statuerunt aliqui, dentes viperarum, alii salivam, alii fel aut vasa, quibus fel continetur, unde canalis subtilior ad gingivam viperæ usque penetret, veneno infecta esse. At vana hæc esse, exemplo hominis, qui singula hæc vino permista impune hauserat, demonstratur. Observavit vero Illustriss. Comes pone gingivam superiorem aliam esse pelliculam, huic gingivæ persimilem, denticulo incurvato munitam, quem sicut alia animalia ungues, viperæ aperire ac contrahere solent. Illam humore resinoso glutini simili turgere, qui innoxius esse videtur, modo sanguini animalium non admisceatur, huic vero permistum certam mortem accelerare. Wardum reprehendit, quod obsoletam de Cometis opinionem, ac si planetæ essent, recoxerit, eique commissa in Galileum facinora acerrime exprobrat. Illum enim, quamvis passim in scriptis suis Galileum compilaverit, livide ingratum non solum, ubi per argumenti naturam debuisset, nullam ejus mentionem fecisse, sed & invidia percitum tantum ipsi detrachere molitum esse, ut aliis potius, quæ Galileo inventa erant, modo huic eripere liceret, tribuerit. Addit, se Cometam curiosius observantem adnotasse, quod, si non nutantibus palpebris cometam quis intueatur, cauda ejus prorsus dispereat, nec is aliter quam quælibet stella fixa in oculos incurrat, mox vero agitatæ palpebris vulgata ejus figura appareat, quod experimentum aliorum usu confirmatum. Hoc ita explicat, quod oculus noster cuidam humori innatet, unde fiat, ut radii objectorum valde luminosorum refringantur, & ipsa objecta proinde halonibus cingantur. Nam si palpebræ sistantur immotæ, ut humor ille possit exsiccare, refractionem cessare & luminosa corpora nuda prorsus apparere. Odoratum sensuum omnium imperfectissimum esse, ostendit, facillimeque errare atque ideas leviter adeo cerebro imprimere, ut naturæ inde idearum difficulter recordemur, atque adeo non nisi pertinacissimo studio facultate

tate de odoribus rite judicandi patiamur ; Italis tamen naturam excellentiorem hac in re dexteritatem præ aliis gentibus indulgisse. Postquam inde Ambræ virtutes recensuit, gratas adeo, ut hoc odore quælibet suffimenta distinguere homines ament, coronidis loco nonnullos aphorismos addit, qui morum doctrinam spectant. Oppidum deinde Lonchium, Musarum suarum sedem, celebrat, delicias ejus, situm amœniorem & diversi generis voluptatum pergratam variationem prolixè commendat. Mox rationes exponit, cur cum Cartesio bruta pro meris machinis habere nequeat. Horologia, inquit, ab eodem artifice elaborata parum valde ob materiæ diversitatem a se invicem discrepant; qui ergo eorundem parentum catuli diversissimas adeo edunt actiones, si non alia de causa quam ex materiæ discrepantia diversimode agunt ? Sed tacemus, quæ prolixè hoc loco Autor disputat ; illud tantum memoramus, quod inter alia observat, Academicos *del Cimento* in adamante Principis Leopoldi miram virtutem electricam carnem humanam ad se trahendi deprehendisse, cumque omnibus res successisset, dextram gemmæ porrigentibus, solam notat Borelli manum eventum fefellisse, eaque de re ingeniose ratiocinatur. Pergit ad locum Tertulliani : *Thura plane non emimus. Querantur Arabia ; sed noverint Sabæi pluri & carioris eorum merces, in sepeliendis Christianorum corporibus, quam Diis fumigandis profligari ;* ostendens, nec de thure proprie accipi hoc posse, cum conditio Christianorum iis temporibus eos sumtus non tulerit, ut splendide mortuos sepeliendo de luxu sumtuum cum paganis contendere potuissent ; nec ob easdem rationes de odoribus aut gemmis Arabiæ. Sed tergiversatum in responsione paulisper Tertullianum, his verbis significasse, pauxillum illud Arabiæ opum, quod sepeliendis Christianorum corporibus impendebatur, ob fidei dignitatem tantum valere, quantum vix omnes thesauri, quos pagani falsæ religionis suæ honoribus immolabant. Locum Concilii Niceni II : *Jesus sicut est consubstantialis Patri per divinitatem, ita consubstantialis est matri per humanitatem,* expositurus, quomodo duo infinita diversa, ex se invicem genita, mutuo tamen sibi non permixta, mente concipere liceat.

X.

XI.

XII.

XIII.



- ceat, ostendit. Deinde docet illud genus *tepe*, quod Itali *Ouatta* vocant, non ex lanugine *Beidelsar* contexti, sed prout *Beidelsar* ex plantarum genere est, sic *Ouatta* esse ex regno animali. Tum vocis illius originem e lingua Arabica, hujus vero e Belgica *Watte* derivat. Probat deinde, cælaturam quandam adamanti impressam non, ut creditur, Constantinopoli; sed in antiqua Numidiæ urbe celeberrima, quæ Constantia dicebatur, quam prolixius describit Ill. Autor, elaboratam fuisse. Nardum piscicam, qua Evangelista dicit Magdalenam unxisse Salvatoris nostri pedes, S. Augustinus ita interpretatus erat; *quod ait, piscici, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum pretiosum.* Sed Ill. Comes a voce Græca *πίσις* derivans Latine sinceram reddit. Non opus esse putat, ut Augustino refragemur, cum sæpius eveniat, ut pretiosi odores certi loci ab attributo quodam suo denominentur. Nec obest, quod Græca vox male in Hebræam transferri videatur, siquidem multis exemplis monstrat, quam illud crebro imprimis in exoticis linguis usu veniat. Plantæ genus, quod antiqui Cato, Galli Calciu, & Itali Cacia appellant, pridem notum, imprimis vero a Plin. Lib. XII. c. 12 suo nomine, a Dioscoride autem Lib. I c. 6 Nardi nobilioris nomine descriptum fuisse, observat. Denique cum Ill. Autor privatis usibus suis album instruxisset, in quod secundum literarum ordinem amicorum nomina referret, in eoque plagulas literæ B dicatas mox nominibus refertas deprehendisset, in rationem quare tot propriis nominibus litera B præfixa sit, inquirens eam adducit, quod natura semper non modo brevissima sed commoda maxime via incedat. Jam litera B facillime pronuntiatur eoque magis convenit cognominibus, quod illa voluptatis ac delectationis ergo, prout ex necessitate alia vocabula, orta sunt. Afferit vero Ill. Comes cum Wallisio, vocabula omnia onomatopœias rerum, quas designant, esse. Et quamvis objiciant forte aliqui, qui ergo diversis in linguis eadem res tam diversis exprimitur sonis? respondet tamen, homines uti tactu & odoratu aliisve sensibus valde inter se discrepent, ita sonis quoque diversimode percipi, ut adeo diversæ voces ejusdem rei onomatopœia esse queant, si diversa illius attributa respiciantur. Co-
- gno-

gnominibus ergo maxime B præfixum esse, quod ad arbitrium humani ingenii illa efficta sint, cum alia vocabula res jam existentes innotentur. Observat denique, apud Orientales, a quibus patronimicorum nominum consuetudo ad nos transisse videtur, vocem appellativam patris, quæ filii nomini ut plurimum præponebatur, a B incipere, & licet Septentrionis populi nomen appellativum patris ad finem nominis filii sæpissime adjiciant, v. g. *Henricson*, fieri tamen potuisse, ut cives nostri antiquitus aliquid de moribus populorum Orientis retinuerint. Distinctæ sunt hæ meditationes variis de lingua primæva & modo, quo lingua a Deo confusæ fuerunt, disquisitionibus, quas hic recensere prolixum nimis foret.

*THESAURUS ANTIQVITATUM ET HISTORIARUM Italiae, digeri olim ceptus cura & studio JO. GEORGII GRÆVII, cum Præfat. PETRI BURMANNI.*

*Tomi VIII Partes IV.*

Lugduni Bat. apud Petrum van der Aa. 1723, fol.  
Alph. 22 Tabb. æn. 58.

**N**on cedit reliquis Tomus iste, qui Etruriæ, Umbriæ, Sabinorum, Latii confiniorumque Populorum ac Civitatum res antiquas complectitur, imo fere superat, si Scriptorum, quæ in eo continentur, & præstantiam & raritatem spectemus.

Comparent in *Parte I*: *Guil. Postelli* de Etruriæ Regionis Originibus opus, antea Florentiæ 1551 in 4 editum, & hæcenus inter rariora Bibliothecarum cimelia repositum.

*Francisci Dyni* Antiquitates Etruriæ seu de situ Clanarum, cum Annotationibus *Franc. Balderefschi*, qui liber prodierat Senogalliæ 1696, 4; tum & *Ej.* de Antiquitatibus Umbrorum Thufcorumque sede ac imperio, deque Camerio ac Camertibus Dissertatio, cum *Franc. Regazetti* notis, Venet. 1701, 4 edita.

*Bartholomæi Scalæ* Historiæ Florentinorum Libri V, cum

*Ej. Vita Vitaliani Borrhomæi, Romæ 1677, 4 ab Oligero Jacobzo, Dano, vulgata & celeberrimo Magliabechii nomini inscripta.*

*Poggii Bracciolini Historiæ Florentinæ Libri VIII, a Jo. Bapt. Recanato nuper demum 1715 Ven. in 4 in lucem protrahiti, quibus Noster addidit ejusdem Orationem in funere Leonardii Aretini, e Miscellaniis Baluzii recusam, & Poggii ad Guarinum, ac Franc. Barbari ad Poggium Epistolas duas; cunctaque iconibus eruditorum a Poggio memoratorum exornavit.*

*Jo. Michael. Bruti Historia Florentina, cujus editio Lugd. 1562, 4 procurata hætenus fuit rarissima, nunc Etruriæ tabula Geographica & urbis Florentinæ delineatione illustrata.*

*Parte II: Franc. Contareni Historia Hetruriæ seu Comment. de rebus in Hetruria a Senensibus gestis &c. ex editione, quam idem Brutus Lugduni 1562, 4 vulgari curavit.*

*Benedicti Varchi Istoria delle guerre della Repubblica Fiorentina, qui liber nuper demum 1721 Coloniae, seu potius Augustæ Vindel. in fol. lucem adspexit, satis tamen jam olim notus, cum ipse Jo. Bapt. Adriani in libro, quem sub titulo: Istoria di suoi tempi, Flor. 1583 fol. edidit, eum potissimum continuandum sibi sumfisse testatus sit. Dignus tamen erat, qui hic recuderetur, tum quod pleraque ejus exempla, ne in plurium manus pervenirent, ob causas fonticas a quodam Italiæ Principe coemta sunt, tum & quod huic editioni, præter varias icones, ejusdem Varchi Apologia Laurentii Medicei de natalibus & morte Alexandri Medicei, ut & Laur. Strozzi vita Philippi Strozzi, nunquam antea edita, accessere.*

*Matthæi Palmerii de Captivitate Pisarum Historia, cujus Codicem emendatissimum Editori nostro liberaliter suppeditavit Jo. Bapt. Recanatus. Etsi vero uterque in præfatione librum nondum prodiisse censeant, non possumus tamen dissimulare, eum a Levino Nicolao Motken libro, Conclave, in quo Fabius Chisus, nunc Alexander VII Pont. electus est, inscripto, & Slesvici 1656, 8 edito, additum esse, ut testatur Bibliotheca Menckeniæ, nuperrime edita, p. 420.*

*Parte III: Henrici Noris Dissertationes IV, Cenotaphia Pisana*

Pisana Caji & Lucii Cæsarum illustrantes, cum Parergo de annis regni Herodis, de Præsidibus Syriæ, ac Romanis in Asia Provinciis, ad editionem Venet. 1681 fol. curatam recusæ, quibus Noster iconem & vitam autoris cum delineatione urbis Pisanzæ adjecit.

*Dominici Angeli* de deprædatione Castrensium & suæ Patriæ Historia, A. 1575 exarata, sed nunquam antehac edita, quam Noster debet Celeb. Justo Fontanino.

*Justi Fontanini* Antiquitates Hortæ, quæ Romæ primum 1708, 4 prodire, nunc vero ab Autore revisæ passimque auctæ comparent.

*Andræ Mugnotii* Eremitæ Camaldulensis descriptio, tum *Cæsar Orlandinus* de urbis Senæ ejusque Episcopatus antiquitate, & *Anthonii Masse* liber de origine & rebus Faliscorum, cum *Petri Cursii* poemate, civitatem Castellanam Faliscorum, non Vejentium oppidum esse, & *Julii Roscii* Additamentis, quæ opuscula Noster ex Schotti Italia illustrata potissimum decerpit.

*Jacobi Mazzocchi* Veji defensi, Romæ 1646; *Famiani Nardini* Veji antiqui, ib. 1647, & *Dominici Mazzocchi*, Vejorum Defensoris Epistola apologetica, ib. 1653 edita; quos libros Abr. Preigerus ex Etrusco in Latinum sermonem translulit.

*Pompeji Angelotti* Descriptio & Antiquitates urbis Reate, Sabinorum antiquissimæ, quem librum Romæ 1635. 4 sermone Etrusco editum Latine convertit, notulisque auxit Sigeb. Havercampus.

*Parte IV: Dominici Barnabæ Matthæi* Memoriz Historiz Tusculi antiqui, antea Romæ 1711, 4 idiomate Etrusco editæ, & pariter ac

*Jacobi Manilli* Descriptio Villæ Burghesiæ extra portam Pincianam, Romæ 1640, 8, ut &

*Pyrrhi Ligorii* Descriptio Villæ Tiburtinæ Hadrianæ, quæ Etrusco sermone composita, hæcenus in Bibliotheca Lugduno-Batava latuit inedita, porro

*Francisci Martii* Historia Tiburtina, Italice edita Romæ 1665, &

*Antonii del Rè* Antiquitates Tiburtinæ, cum Defensione Aquæ Anienis Romæ 1611, 4 editæ, & Villæ Tiburtinæ delineatione hic exornatæ; ab eodem Havercampio Latinitate donatæ.

*Josephi Maria Suaresii* Prænestes antiquæ Libri II, Romæ olim 1655, 4 vulgati, sed nunc figuris longe splendidioribus decorati.

*Philippi a Turro* Monumenta veteris Antii ad editionem Romanam anni 1700, 4, sed ita repetita, ut non pauca fuerint vel addita ab Autore vel emendata, quæ Noster Cel. Fontanini benignitati debet: addita & ejusdem explicatio Inscriptionis cujusdam antiquæ de Taurobolio, quam Cl. Clericus in Diarii sui *Bibliothèque Choise* Tomo XVII primus publici juris fecerat. Ultimum locum occupat

*Nicolaus Alemannus* de Lateranensibus Parietinis restitutis, qui liber Romæ 1625 fol. impressus, & parum obuius, nunc figuris ex ipsis archetypis expressis exornatur.

E Præfatione Celeb. *Burmanni*, quæ de Postello ceterisque autoribus accurate censet, & quæ in illis probari vel atro carbone notari debeant, indicat, unum illud notamus, quod de *Jos. Maria Suaresio*, Episcopo Vafionensi, ex *Boessio Savagnio* ad *Ovidii Ibin* vers. 585 observat. Illum nimirum, cum apud *Vocontios* statua quædam *Niobes* superfuisset, quam *Vicani* in sacello vici cujusdam, non longe a *Vafione*, positam venerari sub nomine *Sanctæ Niebla*, & ad eliciendam pluviam aliquando circumferre solebant, ex lugentis habitu & aliis judiciis *Niobem* agnoscentem, statuam confringendam & superstitionem abolendam curasse. Cui narrationi exemplum geminum addit: *achatem* nempe quendam, qui olim *Pyrrhi* fuerat, & in quo *Apollo* cum novem *Musis* erat, non arte sed naturæ sponte expressus, pro *S. Agatha* habitum fuisse, quod *Achates* *Italis Agata*.

PROTEUS FEBRILIS NOVISSIMA  
VIRMONDTIANA  
*affligens.*

Cibinii

Cibinii Transilvaniæ, excudit Johannes Barth, 1722, 4.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$ .

**I**N Tractatu hoc Clarissimus Koleserius a Keres-er, cujus nomen vel ex his Actis satis notum est, Historiam Novissimorum Virmondianorum pertexit, ea, quæ in sectione corporis defuncti observata sunt, recenset, & in scholio addito symptomatum connexionem pariter ac adhibitam curam delineat. Illustris scilicet Dominus Damianus Hugo, S. R. I. Comes a Virmondt, Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis a Sanctioribus Bellique Consiliis &c. confecta anno 1721 induciarum pacis utrinque ratihabendarum causa magna ad Otomannorum Imperatorem Legatione, Viennæ redux factus ad vesfa valetudine per quatuor propemodum menses tentatur e febris anomalis, catarrhis, podagricis, sed leviuseule se insinuantibus accessibus, mox intermittentibus, mox vicissim recurrentibus. Viribus nequaquam integris, moræ diuturnioris impatiens, itineri se accingit & Claudiopolin Transilvaniæ die 24 Junii appellit, ubi curatis Cæsaris nomine publicis Militiæ & Principatus negotiis paucos post dies dysuria cum tenesmo & stillicidio urinæ corripitur, non absque febrili alteratione; liberatur inde mox, ejecta puris glutinosi, meatum urinarium præcludentis, calculumque mentientis, quantitate non modica; manente tamen frequenti lotii, quod nec continere poterat, missione. Cibinium die 2 Augusti pervenit, unde post octiduum cum familia itineri unius diei se committit, fluviumque trajecturus circa tempus prandii febre vehementi cum horrore & eum excipiente sex horarum caloreprehenditur, tertio die simili, sed graviore accessu febrili impeditus, vix expectata paroxysmi declinatione reditum Cibinium maturare cogitur, ubi febris continuat, remittendo quidem tertianæ typum mentita, licet paroxyzantes alterationes certas horas nec tenerent, nec ubi remitterent, ab omni febre liber esset æger, infomniis, æstu, siti, inappetentia, alvo adstricta admodum molesta. Domita sexta a morbo septimana febre, atque redeunte appetitu, laboribus curisque delassatos spiritus præmature fatigans die 10 Octobris febrem denuo cum horripilatione & spasmodica concussione

cussione hancque insequente immenso calore patitur, quæ ter-  
 tio quovis die, servatis accessionis horis, in sudorem diffusa per  
 quatuor paroxysmos perseverat, adhibitis autem remediis se-  
 quentes accessionis horæ mutantur, & symptomata mitigantur  
 quidem, sed septimo paroxysmo tenui cum alteratione decur-  
 rente, altero, vacuo scilicet, die novus insultus invadit, ac  
 dramata tertianæ & quartanæ continuata aliquot paroxysmo-  
 rum serie ludit, donec oppositis medicamentis tertiana primum  
 cessaverit, & quartana adeo se subduxerit, ut cessantibus alter-  
 nationibus pacatoque tantillum œconomix animalis statu  
 solummodo appetitus depravatus, frequenter soda, familiaris-  
 sima antehac ægroti affectio, ingratus plerumque jejuno sto-  
 macho oris sapor & sitis negotium facefferent, & exquisitissima  
 ægri sensibilitas laboriosissimam redderet curam. Urinæ in-  
 terim cum mucositate & pure subinde permixtæ frequens excretio  
 penes insolitas & anomali accessus febricitationes causam laten-  
 tem in parte aliqua corporis & levissimo quovis irritamento  
 quasi ex insidiis prorumpentem subesse indicabat, unde per hæ-  
 morrhoidalium venarum apertionem alvi segnitiei & ventila-  
 tionis stagnantis per supinum decubitus sanguinis, simul ut ex-  
 ploraretur, quænam sit consistencia ejus, subvenire tentatum est.  
 Apertis itaque per hirudines vasis sanguis fusco colore aquam  
 tingens, superficiem autem gelatinositate tegens apprehendi-  
 tur. Quo indicio causæ latentis existencia confirmabatur. Que-  
 rulatur interim etiam æger de dolore ventriculi & flatibus, ad  
 costas usque medias stringentibus, & monstrat aliquem sub ster-  
 no tumorem, quem podagram stomachalem esse, sibi imagina-  
 batur. Dysuria rursus & frequens mictio afflxit, urina surfu-  
 raceo - albidi sedimenti, fœculenta, glutinis instar viscosa, cæ-  
 teroquin pinguis, grave olens, & penetrans, coloris mox ob-  
 scure rubri, mox bilioso - flavi, rarissime citrino - limpidi,  
 quantitate modica continuat, usque dum variæ morbi anoma-  
 liæ in quartanam simplicem terminarentur; nullus interea in  
 hepatis, lienis & renum regione doloris sensus; nulla capitis af-  
 fectio, parcus e naribus mucus; catarrhus semel, sed apople-  
 xiæ prodromi bis præventi; brachii dextri languor & obtusus  
 sensus

*fessituti; caro gingivalis flaccida, scorbuticæ indolis. Die & hora quartæ accessionis febrilis, quæ fuit die 24 Novembris, æger bene sibi constans, flatibus se exonerare studens, copiosis fecibus lectum se madefecisse nuntiat, sed invalescente febre involuntariæ dejectiones urgent, excretis ordinariis fecibus saburra nigra purulenta, saniosa, hinc inde sanguineis fibrosis punctis interspersa, succedente, adeo frequenter, ut intra 24 horas duæ supra triginta dejectiones numerarentur; vires interim labuntur, facies concidit, sitis urget, deliria adsunt, pulsus in alterum diem a febrili nil immutatur, accedit tremor manus dextræ & auditus difficultas, ita ut conclamatum esse iudicasset, abscessum rursus egestis confirmantibus. Sedato vero impetu incendium paulo restinctum est, febrigue remittente dejectiones aliquatenus cessarunt, pacatisque spiritibus æger refocillatus revixit, & spe citius vires resumit, maxime postquam elapso octiduo levis tussiculæ irritamento grandem materiæ purulentæ & glutinosæ per vomitum eiecisset copiam. Dum autem in cibo & potu opinioni suæ plusculum confidit, quartana rursus corripitur, quæ post unum alterumque paroxysmum per remedia profligabatur. Nihilominus explorare iterum sanguinis consistentiam, cum primis secuto post apertionem vasorum hæmorrhoidalium notabili levamine, etiam venam brachii dextri tundi, die 10 Januarii insequentis anni, visum fuit. Extractus paucus sanguis in partes secessit, potior autem pars ex pure oleaginoso, & glutinoso sero constare deprehensa. Quatuor septimanarum induciis morbi recreatus æger negotiis se distringit, & cum Proceribus Transilvanis tabulæ delitiis illectus gulæ liberalius indulget, at impares ad digerendum ventriculi vires mox experitur, & partim ab intolita somnolentia, partim urinæ effluxu copiosiore urgetur, ac foveo affidens ex improvise animo linquitur, levi que epilepsia die 11 Martii tentatus e sella procidit, moribundo similis in lectum sublatus, calefactis rigentibus membris, ad se quidem cito redit, sed lassus, & quid contigerit, ignarus, sola subauditione sublata contentus. Die 6 Aprilis postquam noctem antecedentem plus vigilando quam somniando per intervalla incondita*



locutus transegerat, obtusis sensibus, dextraque manu tremula febrilem pulsum adesse, compertum est, compos tamen ille sui balbutire incipit, epilepsia corripitur, post horæ quadrantem remittente, postea sudoribus diffluit. Decubitus erat gravis & inquietus, dolores a diaphragmate versus costas lateris sinistri, subinde & dextri, punctorii, qui tandem tertio die conquieverunt, appetitus prorsus prostratus, pulsus non quidem celer, sed nec æqualis, undulans varia sub phasi usque in septimum diem mansit, nocte hunc sequente tota tussivit, paucum & spumofum phlegma rejecit, sudoribus in capite, brachiis, & manu sine causa manifesta mox erumpentibus, mox iterum post deterfiones intermittentibus, facies tota mutata. Invalescit tussis cum materiæ purulentæ spissæ, instar medullæ ossium fauces obruentis, laboriosa ejectione cum rhonchi modo elevatis, modo subsidentibus, tarditatem alvi compensant nigræ, putridæ & foetentes dejectiones, ulna & ambæ manus alternatim tumidæ, venis turgent; sudoribus caput & thorax per vices madet. Perseverantibus hisce malis lectum mutat æger, quem repetens membris gelidis, imbre sudorum perfunditur, roboratis spirituum flammulis, cunctisque dispositis, ad ultimum sibi præsens, lingua balbutiente locutus, valida cordis palpitatione prægressa, cum sudoribus animam Creatori reddit die 21 Aprilis, Anno salutis 1722, ætatis 56.

Aperto cadavere sequentia fuerunt notata: pinguedo cutanea in abdomine nulla; omentum luridum & tenue instar telæ aranæ exinanitum; sanguis diffluens nullius consistentiæ; pancreas scirrhosum, durum & ponderosum, pendens quatuor uncias cum quinque drachmis; ventriculus rugosus & sulcis flaccidis adstrictus, pylorus constrictus; intestina tenuia partim tenaci, partim spumoso-purulenta materia infarcta; in Ileo materia viridescens porracea; Colon post valvulam materia copiosa purulenta teterrima refertum, longitudine trium spithamarum, prout jacet sub ventriculo, & per lineam ad intestinum rectum prolabitur, gangrenosum & sphacelofum; pars inferior, quæ in rectum terminatur, a sphacelo libera, mucosa tamen & saniosa; membrana coli flaccida, tenuis,

atro

atro colore a ceteris intestinorum partibus distincta; orificium vesicæ urinaræ glanduloso-scirrhosum, imprimis versus glandulas prostates; hepar in parte concava durum, ad scirrhum inclinans, lividum; in folliculo fellis exilis bilis quantitas, eaque mucosa, & viscida, calculus durus, atro-viridescens, figuræ ovalis, ovum columbinum æquans; pulmonum lobus dexter pleuræ fortiter adhærens, in basi putridus & laciniosus; sinister lividus & similiter corruptus; in dextra parte lobi dextri globuli atro-viridescens & foramina in basi, per quæ patuit transitus purulentæ & saniosæ materiæ in tracheam; in cavitate dextra thoracis materia purulenta copiosa; in superiore versus tracheam parte sanies glutinosa, flava, a copiosis excretis residua. Tres costæ mediæ, quibus lobus pulmonis dexter adhæsit, cariosæ & gangrænosæ; in sinistra thoracis cavitate liquor limpidus, cor magnum, in pericardio aqua nulla; in sinistro cordis ventriculo polypus magnus ad arteriam aortam protensus, in dextro & in arteria pulmonali alii minores; in capite omnia bona, vasa cerebri turgida, & distenta; glandula pinealis insignis magnitudinis.

Ex decursu igitur morbi, & phænomenis in sectione observatis deducit Clarissimus Koleserius, causam & fomitem omnium malorum in illustri hoc ægro fuisse fluidorum biliosam, viscosam, fibris destitutam acrimoniam, ad gelatinositatem & sphacelulentiam pronam. Quæ vero ulterius in Scholio circa connexionem symptomatum & methodum medendi allegat, ut ne attingamus, hoc unicum circa margaritarum usum monuisse expediet, quod Autor Clariss. eas effœtas esse, nec plus quam cretam vel terram aliquam, & virtute absorbentis operari, olim crediderit; postquam autem adverterit, Nobilis cujusdam Dominæ, cujus pretiosa supellex incendio conflagraverat, margaritarum cirros eodem ordine, quo jacerant, in massam duram coivisse, nec præter auri & lapidum pretiosorum consortium quidpiam, quod concretioni in duritiem hanc ansam vel vinculum præbuerit, adfuisse, suspicatus fuerit, an non tenax aliquis succus in iis esset; idcirco in illustri hoc ægro eis majori, quam vulgo solet, & frequenter repetita, dosi uti, nec sine successu, haud dubitaverit.

**DISSERTATIONES IN NOVAM, TUTAM  
ac utilem Methodum Inoculationis seu Trans-  
plantationis Variolarum.**

Lugduni Batavorum, apud Johannem du Vivie, 1722, 8.

Plag. 7 $\frac{1}{2}$ .

**E**X quo D. Emanuel Timonius Historiam variolarum, quæ per insitionem excitantur, Anno 1713 cum Europa; potissimum cum Magna Britannia, communicavit, de qua in Actis hijs Anno 1714 Mense Augusto p. 382 egimus, haud paucos rei novitas hinc inde sibi conciliavit admiratores; ut non solum in varijs Ephemeridibus de eadem mentio facta, & peculiari- bus tractatibus & dissertationibus tractatum fuerit, sed & Regia Majestas Magnæ Britannia Carolo Maitlando, Chirurgo, qui cum alijs Legati Britannici ad aulam Turcicam, Domini Eduar- di Wortley, ministris Constantinopolin, multaque alia Asiæ loca frequentaverat, hancque operationem & viderat & exer- cuerat, insitionis faciendæ in hominibus ad mortem damnatis veniam concesserit, quam & hic in sex personis diversæ ætatis & temperamenti, tribus viris, totidemque fœminis, felici cum successu adornavit, & Serenissimum Principem Walliæ inde incitavit, ut experimentum in duabus filiabus Principibus fieri jufferit, haud sine exoptato eventu. In præsentî tractatu tres Dissertationes de Transplantatione Variolarum commu- nicantur, quarum I autoritate Regiæ Majestatis Britannicæ methodum comprobata & a Jacobo a Castro, Medico Lon- dinensi, publicatam, II Descriptionem Inoculationis Variola- rum a Gualtero Harris prælectam, & III Byzantinam metho- dum ab Antonio le Duc, Constantinopolitano, pro Gradu Do- ctoratus Lugduni Batavorum publice ventilatam exhibet.

Jacobi a Castro Dissertatio Anno 1721 Anglico idiomate antea edita Latine nunc donata, prodit, in qua Autor Clarissimus primo brevem variolarum historiam ex varijs Autoribus Arabi- cis & Anglicis, præcipue Sydenhamio, extractam exponit, hinc diversas methodos, quibus variolis mederi Medicis hæc- nus consuetum fuit, allegat, & tandem modum inoculandi

eandem explicat. Inter Methodos generales quatuor potissimum in scenam producit, quarum duæ nomine frigidi & calidi Regiminis notæ sunt. Illud Sydenhamius introduxit, hoc omnes nutrices & vetulæ amplectuntur, ac a Mortonio & Lystero approbatur. Utrumque salutarem æque sequi posse eventum judicat, si a perito tractetur Medico. Tertia Boerhavii est, quæ variolas considerans ut acutam & continuam febrem, cujus pustulæ solummodo materiæ morbificæ evacuatio critica sint, non necessarium ducit, varias morbi periodos expectare, sed prima in invasione proprias evacuationes, ut venæ sectionem, vomitoria ut & antiphlogistica ordinat. Quarta complectitur Regimen oleosum a Woodwardo inventum. Cum enim hic morbum a salibus biliosis originem trahere, eorumque sedem in stomacho esse supponat, vomitoria & enemata pro evacuanda particularum salinarum portione & prælargos haustus oleosos ad diluendum, mitigandum & refrænuandum salia præscribit. Dum de methodis particularibus, contra symptomata quædam directis, agit Clarissimus a Castro, ptyalissimum mercurialem inquit a Pitcairne in usum vocatum, quoties salivatio suppressa & faciei tumor imminutus est, & purgationem a Freind & Mead aliisque in febre secundaria variolarum confluentium laudatam. Methodum vero inoculandi variolas, phænomena, quæ eandem comitantur, commodumque, quod ex illa sperandum venit, ex Autore plurimis recensere, nunc non attinet, siquidem hæc a nobis alibi commemorata, imo nulli nunc amplius incognita sunt. Ceterum variolarum ortum tam ab aeris constitutione epidemica, quam mediante transplantatione, excusatarum sequenti modo sibi concepit: Materia morbifica in sanguinis massa recepta tali vi constat attractiva, ut capax sit, alterationem in illius crassi & varias combinationes irregulares globulorum, quibus componitur, producendi, adeo ut auctis suis diametris inepti evadant ad transeundum per partium extremarum vasa capillaria, unde motus retardatur, & inhibetur, ac frigiditas, horror & tremor semper in prima invasione oritur. Sanguine igitur per has partes libere non fluente, brevius hinc iter emetiente, velociusque rede-

ante spiritus celerius immittuntur in cordis fibrillas, quæ idcirco robustius & impetuosius se contrahunt, arteriæ validius se dilatant, & febrem accendunt. Hæc omnia durant, usquedum globuli violenta hac & accelerata agitatione, cordis contractione, vasorum elasticitate, musculorum actione, atmospheræ gravitatione in pulmones, adeo imminuantur, ut prompte per minima capillaria circulari ac varia obstacula superare possint. Ipsæ particulæ morbosæ superflus interim facile separantur, & ex massa sanguinea ad corporis superficiem eliminantur; cum vero adhuc nimis sint crassæ, cuticulam elevant in vesiculas & pustulas, & partim a calore, partim abscessu particularum volatiliū abeunt in pus, exsiccantur, & sub squamarum forma decidunt. Quibus positis concludit Autor, differentiam symptomatum inter variolas communi modo ortas & per transplantationem communicatas ex diversa partim quantitate, partim activitate materię morbificę dependere. Graviora scilicet esse priora, quia effluvia contagiosa subtilissima 1) in corpore recipiuntur, 2) partim aeris agitatione, partim radiis solaribus in motum velociorem abripiuntur, 3) varias per partes sanguini communicantur, per corporis, puta, totam superficiem, asperam arteriam, pulmones, & stomachum, 4) quia ægroti corpus nullo modo præparatum est ad resistendum vi morbi; omnia vero leviora esse posteriora, ubi crassum & imbecille pus sine vel minima exaltatione simul & semel toti sanguinis massæ in corpore recte præparato ac roborato ad conamina fortissima horum effluviū eludenda immiscetur.

*Gualteri Harris* Prælectionem de Inoculatione Variolarum quoniam superiore anno Mense Febr. p. 89, ejusdem Dissertationem de Peste recensentes, jam commendavimus, inoffenso pede ad *Antonii le Duc* Dissertationem de Byzantina variolarum Infectione progredimur, qui postquam ad debellandum variolosum contagium certum nondum dari antidotum doluit, priscam suppurationis viam periculo plenam vocavit & novam Boerhavi methodum tam felicibus haud æque undiquæ firmari successibus, ut a prudentissimis Medicis recepta sit, fassus fuit, haud incongruum fore duxit, si per insitiam variolarum proph-

phi;

philaxin mortales variolas, quas effugere non facile licet, saltem sine discrimine contrahant. Ad methodum igitur hanc, prout Bizantii exercetur, quoad vel minimas circumstantias describendam se accinxit, quod eo exactius præstare potuit, quoniam non solum ipse, Constantinopolitanus, omnia, quæcunque acta sunt, propriis oculis usurpavit, sed & operationem hanc in proprio corpore sustinuit. Qua absoluta relatione, contagium variolosum non aliter quam ratione stimuli agere putat, quia ipsum partibus solidis applicatum nullam illis labem imprimat, sanguini vero mistum nullam in eo mutationem creet. Causam redditurus, cur epidemice grassantes variolæ magnam stragem edant, insititiæ vero minus, dicit, epidemias lethales esse, vel in primo vel inflammatorio & subsequente suppuratorio statu. In principio eas necare, quia acre, acerbum & pestiferum fere contagium ingentem nimis excitat febrem, quæ ægrum pessundet; vel quia vires vitæ magnæ sint, se ipsas destruentes; in insititiis mitissimum semper adhiberi contagium, ægros vero ut plurimum juniores esse, & si robusti, corpus per dietam & medicamenta ita disposuisse, ut haud magnas movere possit turbas. Communes variolas in aliis periodis perimere, quando toto corporis habitu pustulis obfesso perspiratio inhibeatur, circulatio prævertatur, & pus absorbeatur; hæc vero in insititiis minus metuenda fore, cum paucissimæ plerumque numero sint; nulla denique cuti inuri stigmata ex implantatis, quia materies pustularum blanda sit, non vero acris, sæpe etiam, quia sine suppuratione disparent.

ONTLEEDING EN KORTE VERKLARING  
van Paulus Brief an die Hebreën &c.

h. e.

ANALYSIS ET BREVIS EXPOSITIO  
*Epistolæ D. Pauli ad Hebræos; Auctore WILHELMO VERMATEN, Verbi Div. Ministro  
Alcmariensi.*

Amstæ.

Amstelodami, apud Jo. Boom, 1722, 4.

Alph, 2. pl. 21.

**T**ametſi plures jam, tum ex Reformatis, tum ex Lutheranis, interpretes verbi divini in exponenda D. Pauli ad Hebræos Epiftola utilem valde & perinſiguem Eccleſiæ operam præſtiterint: tanta tamen eſt Epiftolæ hujus dignitas, tantaque rerum verborumque in ea propoſitorum præſtantia & ubertas, ut operæ pretium viſum fuerit Autori præſentis Exegeſeos clariffimo, novam ejuſdem Epiftolæ analyſin & expoſitionem, ſe-poſitis aliorum commentationibus, adornare, ut ad diligentioreſ epiftolæ hujus, quæ ſumma doctrinæ Chriſtianæ capita, eaque tum theoretica, tum practica, continet, lectionem gentem Chriſtianam excitaret. Præmiſit is brevem iutroduktionem, in qua non id ſibi propoſitum eſſe monet, ut vel verba Spiritus Sanctus vel res ſub iis contentas prolixiori ſermonem exponat, ſed ut potius ſcopum Apoſtoli, quem per totam hanc Epiftolam ſibi in ſingulis præfixum habuerit, diligentius eruat, & ſemper ob oculos habeat; & nexum ſermonis ac argumentorum cum primis commonſtret, uberiusque explicet, quibus uſus fuerit Apoſtolus, ut ſcopum ſuum attingeret; quam optimam interpretandi rationem eſſe putat. Hunc vero ſcopum ut eo feliciter aſſequamur, ad tria probe attendi vult Autor. Et primo quidem *Scriptorem*, Paulum fuiſſe dicit, gente Hebræum, & ex ſemine Abrahami prognatum, & fervidum legis patriæ ante ſui conversionem propugnatorem, at poſt conversionem Chriſti Apoſtolum factum eo magis inſignem, quod nomen Chriſti & evangelium ejus non gentilibus ſolum, ſed & Hebræis annunciarer, hocque contra ſtrophas & inſultus adverſariorum omnium, ſive ex his, ſive ex illis forent, ſtrenue defenderet, & ne recederent a fide in Chriſtum ſemel converſi, ſedulo curaret. Secundo diſquirens, quo tempore ſcripta fuerit, eam poſtremis Pauli epiftolis accenſendam, & forte circa annum LXI aut LXII poſt Chriſtum natum, adeoque paulo ante deſolationem Hieroſolymæ ſcriptam eſſe putat, cum epiftolam ejus poſtérieureſ ad Timotheum anno Chriſti LXIV ſcriptam ſciamus. Tertio attendi vult ad *Perſo-*

nas, ad quas exaraverit hanc Epistolam D. Apostolus, earumque conditionem & statum. Personas ipsas quod concernit, per eas Judæos, seu posteros Abrahami, ex linea Semi, ab Hebero Hebræos, sed a Juda Judæos dictos, intelligi monet, ad id destinatos, ut primi propter fidem in Christum martyres fierent, & persecutionis igne probarentur. Quorum vero non pauci infirmi adhuc in fide erant, & fluctuantes, quoniam inter tot persecutiones diras & sanguinolentas, num sibi sub jugum legis Mosaicæ redeundum, an vero in fide in Christum constanter perseverandum, dubii secum hærebant. Dehinc statum & conditionem Hebræorum tunc temporis pluribus describit. Nempelaborabant Judæi variis adhuc præjudiciis mentis erroneis de cultu Dei in templo Hierosolymitano, de sacerdotii perpetuitate Aaronitici, de hæreditate terræ Canaan, de æviternitate legis Mosaicæ, aliisque; quorum vero bonorum omnium jactura nunc partim aderat, partim cum ipsa desolatione urbis Hierosolymæ instanti imminebat. Simul etiam persuasionibus & seductionibus Pseudo-Apostolorum huc illucve trahabantur. Nihil ergo magis metuendum erat, quam ne infirmi in fide inter Hebræos a fide vera in Christum desciscerent & misso Evangelio Christi legem iterum Mosaicam amplecterentur. Huic itaque apostasiæ Hebræorum ut, quantum in se, obicem poneret, id sui muneris esse Apostolus probe intelligebat, ut sequentia ostenderet: 1) Evangelium Christi, magni filius Prophetæ, cujus adventum gens Hebræa a tot retro seculis tam anxie expectasset, multo nobilius, multoque præstantius Verbum Dei esse, quam legem Moïsi in monte Sinai latam; 2) Christum verum esse sacerdotem summum, qui sacrificio proprii sanguinis, quo in sancta sanctorum intrasset, peccata mundi plene expiasset, & Hebræos æque ac reliquos homines, qui credunt, Deo patri reconciliaffet; 3) proinde a fide in Christum nunquam recedendum, quæcunque demum mala ingruant, sed eam sanguine potius obfirmandam & obfirmandam; 4) per apostasiam enim sacrificium Christi petulantius rejici & pedibus velut conculcari; id quod flammæ



1<sup>re</sup> divinæ in omne ævum duraturas provocet ; 5) Falsa propterea Pseudo-Apostolorum ratiociniis & sophismatibus fidem non habendam, sed ea angue pejus fugienda, & perinde ac præjudicia propria animo ejicienda esse ; & 6) denique sanctitatem domus Dei & fructum insignem sacrificii a Christo præstiti semper respiciendum, utpote qui sacrificium sanguinis sui vel ideo secisset, ut sponsam sibi sanctam jungeret, & virginem ab omni labe immunem, & dotibus virtutis omnibus conspicuam, ejusque pulchritudine in omne ævum delectaretur. His *de scopo* Apostoli *communi & generali* præmissis, jam quem *finem specialem* sibi præfixum habuerit idem in Epistola ad Hebræos adornanda, Autor itidem ostendit. Hunc ut eo felicius attingat, in *duas* universam ad Hebræos Epistolam *partes principales* dispecit. *Prior* harum partium exhibet demonstrationem dogmatum veritatis, quæ ad convictionem mentis de veritate religionis Christianæ pertinere visa fuerunt Apostolo, quæque a capite primo usque ad comma 18 capitis X enarrat. *Posterior* autem pars complectitur seriem adhortationum & dehortationum, quæ ex dogmatibus veritatis, hæcenus enarratis, sua sponte profluunt, & cum indole regni Christi & statu Hebræorum ejus temporis vel maxime conveniunt ; quarum adeo seriem sistit Apostolus a v. 19 c. X usque ad finem totius Epistolæ. Atque has duas partes, earumque enarrationem ipsum finem Apostoli specialem esse, Autor probat. Demonstrationem dogmatum veritatis ad duo pariter capita summa revocat Autor, quia unum horum dogmatum concernat Verbum Evangelii de Christo, in his postremis diebus annunciatum, quod verbum legis, per Moysen promulgatæ, splendore & dignitate multum antecellat ; ejus dogmatis demonstratio a cap. I Epist. ad Hebr. usque ad cap. IV v. 13 producitur. Alterum vero dogma concernit sacerdotii Christi summam excellentiam, qua sacerdotium Aaroniticum multis modis antecedit : quod dogma Apostolus a v. 14 cap. IV usque ad v. 18 cap. X pertractat. Deducio prioris dogmatis, secundum Autorem, duobus iterum membris absolvitur ;

solvitur; quandoquidem Paulus hanc veritatem, quod Verbum Evangelii multis modis Verbum legis antecellat, quodque adeo vox Filii in regno ejus unice sit audienda, primo simpliciter proponit & suis rationibus confirmat cap. I, 1, 2, 3, deinde vero eandem veritatem contra omnia dubia & exceptiones secus sentientium propugnat & vindicat, idque a c. I, 4 usque ad IV, 13. At demonstrationem dogmatis posterioris in tria rursus membra Autor scindit, quia Apostolus primo prerogativam & excellentiam sacerdotii Christi præ sacerdotio Aaronitico summam ob oculos ponat & demonstrat, idque cap. IV, 14-16, quam vero in subsequentibus multo uberius explicet & confirmet, idque a cap. V, 1 usque ad X, 18, & tandem universam hanc demonstrationem transiitione ad seriem exhortationum & dehortationum, ex hæcenus dictis fluentium, finiat, nempe cap. X, 19-22. Et ista quidem tota est analysi seu brevis expositio Autoris nostri, qua in scopum Apostoli studiosius ubique inquirat, nexum dogmatum propositorum solide demonstrat, & vim ac efficaciam verborum quibus usus est Apostolus, breviter enucleat; simulque exemplum exhibet justæ & solidæ exegeseos, non infeliciter institutæ. Ut adeo merito dolendum sit, eum morte præpeditum fuisse, quo minus & alteram hujus expositionis partem, perficere & luci publicæ exponere potuerit, qua adhortationum & dehortationum, quæ cum hæcenus pertractatis dogmatibus proxime conjunctæ sunt, series explananda erat & illustranda a cap. scilicet Xv. 19 usque ad finem Epistolæ.

TRADUTTORI ITALIANI &c.

i. e.

INTERPRETES ETRUSCI, SEU NOTITIA de versionibus Scriptorum veterum Latinorum & Græcorum: accessit Versio quarundam insignium Inscriptionum Græcarum & Descriptio novi Musei Inscriptionum

Ff 2

num

*num Veronensis, tum & comparatio & Inscriptionum  
& Numismatum.*

Venetis, apud Sebastianum Coleti, 1720, 8.

Plag. 14.

**T**Res in hoc opusculo Dissertationes comparent, quas singu-  
las Autor celeberrimus, *Scipio Maffijus*, ad Fœminam  
ingenii dotibus in aula Bavarica principem, *Adelheidam Feli-  
cem Canossam Tering de Seefeld*, Comitissæ variis in eadem au-  
la muneribus spectatissimi uxorem, direxit, quam non modo  
Autor subinde salutavit, cum circa annum 1705 Monachii  
commoraretur, Bavarorum quippe castra tum voluntarii mi-  
litis titulo secuturus, verum & postea in Italia iter facientem  
ædibus suis Veronæ excepit. Hæc cum Gallos censeret veteres  
autores in vernaculam traducendi studio ceteras gentes supe-  
rassè, id sibi datum esse putavit Noster, ut ostenderet, Italos  
non minus, imo longe citius & felicius, quam Gallos, ea in re  
laborasse. Probat itaque, Italos inde a Seculo XIII ad initium Se-  
culi XVI Autores veteres plerosque omnes civitate donasse,  
decus vero linguæ Etruscæ jam tum Seculo XV ad summum  
fere culmen pervenisse, imo aptiorem eam esse aliis linguis  
ad versiones concinnandas, cum e. g. superlativis & diminuti-  
vis Græcorum exprimendis egregie conveniat, multaque im-  
primis e Latina lingua adoptaverit. Quibus subjungit Catalo-  
gum satis prolixum Autorum in linguam Etruscam translatio-  
rum; quod ante Nostri tentasse etiam meminimus doctis-  
simum Virum, Justum Fontaninum, in libro, quem *della Elo-  
quenza Italiana* inscripsit. Succedunt quatuor Inscriptionum  
Græcarum, quæ inter hodie exstantes prolixissimæ sunt, ver-  
siones Etruscæ, a Nostro accurate & eleganter compositæ,  
cum notis criticis. Prima omnium maxime prolixa, utpote  
octo columnis exarata, testante Grætero, in ipso lapide exstat  
in Museo Autoris, eaque ultimæ voluntatis formulam conti-  
net; secunda, e Montfauconii Diario Italico p. 412 depromta,  
donationem ejusque acceptionem complectitur; tertia, fœdus  
Smir,

Smirnenfium & Magnefiorum fifens, ex *Marm. Ox.* p. 6, & quarta, Chronologiam Græcorum mire Hluftrans, & a Sedeno, Prideaux, Lydiato ac Palmerio multo jam fludio explicata, ex iisdem p. 165 decerpta eft: in quibus omnibus ingeniofe verfatur doctiffimus Autor. Addit idem ultimo loco Notitiam Mufæi Infcriptionum Veronenfis, quod ipfe novo exemplo collegit, ac certo ordine digeftum propediem in ufum inprimis Academiæ Philharmonicæ publice exponet. Qua occasione non folum ufum Infcriptionum docte demonftrat, verum & contra Ezech. Spanhemium de Præft. Numifm. Diff. IX, feu in edit. pofter. XIII, Infcriptiones Nummis longe præferendas evincit. Imprimis itaque urget, quod longe diffufiores dentur Infcriptiones in marmoribus, quam in nummis, quandoquidem in illis integræ quandoque Epiftolæ, narrationes, acta publica contineantur, ut archivi quodammodo loco effe poffint. Cumque nummophili extollere foieant figuras & icones affabre repræfentatas, opponit Nofter Columnas, ut Antoninianam & Trajanam, (quæ plura memoret de Trajano, quam vel Xiphilinus vel quicumque alius historicorum reliquit,) tum arcum Titi, Obelifcos & id generis alia, artificiofiffime elaborata, e quibus de veftitu, facrificiis, triumphis, re militari, architectura, ludis & fpectaculis veterum multo accuratius diftinctiusque cognofci potefl, quam e minutis nummorum figuris. Et licet fateatur, quod ad Hiftoriam Romanam, feriem Imperatorum ex infcriptionibus non æque facile ac ex nummis erui, multa tamen docet in illis inventa, quæ in his fruftra quæras, imprimisque marmor Ancyrarum in hiftoria Augufti, tum & tabulam æneam Capitolinam, a Gravina in libro *de Romano Imperio* egregie illuftratam, commendat. Nec invidet quidem Vaillantio, quod nomina & icones Ptolemæorum in nummis detexerit, at multo majoris momenti æftimandum cenfet, quod ex una Adulitana Infcriptione, quam primus vulgavit Leo Allatius, plura de majoribus, provinciis a Patre reliclis, bellis, gentibus debellatis & reliquis geflis Ptolemæi Evergetis cognofci poffint, quam ex cunctis, quotquot

profant, historicis. In Chronologia et si nummi haud parum valeant ad epochas Syro-Macedonum designandas, non minus tamen Inscriptiones in Consulatu, etiam libera Republ. definiendo prodesse, putat, multumque imprimis Fastos Capitolinos & Calendarium Romanum extollit. In Geographia præter alia tabulam Peutingerianam commendat, nec dissimulat, Christophorum Cellarium nostrum in admirabili opere *de Geographia antiqua* longe frequentius ad inscriptiones, quam ad nummos confugere. Ad religionem Gentilium cognoscendam adeo inserviunt inscriptiones, ut ex iis solis Deos ignotos collegerit Sponius. Quanta potro sit linguæ imprimis Latine majestas, velex ipsa Columna rostrata Quintilianus, & quæ ad orthographiam spectant, unice ex inscriptionibus docuit Aldus Manutius. Præterea suppeditant hæ, quæ e nummis disci non possunt, quo pertinent, quoad decreta & legum formulas, duodecim Tabulæ, in Poesi epigrammata passim obvia, in historia tribus Romanæ; tessere hospitalitatis, aliaque multa nummis & historicis intacta, imprimis vero in Historia Ecclesiastica, cui nummi nihil fere luminis largiuntur, tot inscriptiones, Bosio, Aringhio aliisque memoratæ, cyclus Paschalis S. Hyppoliti, ejus cathedræ marmoreæ insculptus, nec non Ravennatensis a Norisio illustratus; ut taceamus, errores pictorum e lapidibus sepulcralibus egregie emendari, ut cum Mariam angelo adgeniculantem, quod moribus Ebræorum repugnat, Magos cum coronis & Josephum senem pingunt. Ceterum ridet Harduini commentum, qui inscriptiones omnes pro spuris habendas, neque ullam inventam ante A. 1500 tradit; immo potius probat, facilius centum nummos, quam unicam inscriptionem spuriam deprehendi. His ita expositis expedire utique ait, ut non minori cura inscriptiones colligantur, quam nummata, cum plerumque apographa earum in collectionibus editis vel falso fuerint representata, vel emendata liberius, qua in re Reinesii nostri audaciam accusat. Cum vero inter Veronenses imprimis Seculo XV Felicianus Lacifus, Antiquarius vulgo dictus, & Jocundus, Dominicanus, sequenti

quænti vero Saraina ac Panvinius inscriptionum, quibus Verona ( ut solent urbes lapidibus affluentes ) abundat, studio ingens lumen affuderint, horum exemplis Noster quoque excitatus, de eo cogitavit, ut in unum locum transferri tot dispersa passim marmora, & quæ privatorum hæctenus fuerant, publico quodammodo consecrari possent. Probantibus institutum amicis & imprimis Academicis Philharmonicis, atrium Academiae huic Museo aptissimum visum est; nec Noster hæctenus ullis sumptibus & laboribus pepercit, susceptis etiam itineribus pluribus, ut marmora Academiae pararet: qua in re habuit quosdam benevolentissimos, in quibus Comitem Antonium Maffejum, Vice-Regem Siciliae, prædicat, cujus opera duas nuper inscriptiones Arabicas, quas Jesuitæ Panormi hæctenus servarunt, consecutus est; alios vero, ut sit, jussu tenaciores se expertum fatetur, simulque de exteris, qui opes suas profundentes omnibus pæne antiquitatis cimeliis Italiam spoliare non dubitent, graviter queritur. Ita vero construere novum Museum statuit: murum, versus meridiem, unde minus damni metuedum, spectantem, excitabit ad formam atrii, quod habent ædes illæ satis spatiosam, 30 perticas longam atque ita altam, ut, quæ inserentur ei, inscriptiones etiam in superiori parte legi haud difficulter a curiosis possint; præterea cornice sat amplo ita tectum, ut pluvia in lapides irruere haud valeat. Certis quoque classibus a se invicem distinguere inscriptiones constituit, aliam Etruscis, Pupicis, Egyptiacis, aliam Græcis, quarum jam fere quadraginta collegit, & in Latinis rursus aliam votivis & sacris, aliam Imperatoris, aliam militaribus, & ita porro, privatorum honori positis, theatralibus, sepulcralibus, Christianis, mixtis, daturus. Ceterum passim etiam Cæleber. Autor mentionem facit operum utilissimorum, quibus manum admovit, ut Collectionis universalis numismatum, e Græcis urbium & Regum, e Latinis familiarum & Imperatorum, quæ non ut Morellius instituerat, secundum metalli diversitatem, verum ordine Chronologico digeret, cum & Coloniarum, quas neutquam secundum seriem Augustorum, ad modum Vaillantii,

- p. 209. sed secundum provincias & urbes distribuet; nec non Tract. de  
 caractere veteri Latino, quo Mabillonium emendabit. Deni-  
 que, ut ceteras ejus observationes taceamus, ingeniose Sponi-  
 um emendat, qui, cum Miscell. p. 283 in vetusta charta legisset  
 275. *Maximo VI Consule*, eam scriptam censuit A. 237: verum, cum  
 ibidem memoretur Ecclesius Episcopus Ravennæ A. 534 mor-  
 tuus, Maximum Consulem eum hic indicari probat, cui The-  
 odoricus scripsit apud Cassiod. Var. lib. 5, & cui in Fastis annus 523  
 assignatur: falsa nempe Sponium legisse VI, i. e. *Sextum*,  
 cum legere debuisset V. I. i. e. *Viro Illustri*.

## NOV. LITER.

Celeb. *Petrus Burmannus*, se in eo esse, ut Justus Lipsii, quæ ha-  
 ctenus in Bibliotheca Lugduno-Batava latuere, aliorum-  
 que Virorum Eruditorum Epistolas IV Voluminibus in  
 forma quarta edat, vulgato nuper programme subscrip-  
 turis nuntiavit; de quo instituto qui plura discere cupi-  
 unt, Nova nostra Literaria (quæ inde ab A. 1718 in supple-  
 mentum horum Actorum, in forma quidem octava, edere  
 cepimus) Mense Januario hujus anni pag. 4 evolvant.

## ERRATA.

In Actis A. 1721 p. 156 in fig. est lit, e loco C. Ibid. lin. 20  
 leg. AB in C & lin. ult. leg. erit autem plerumque irrationalis.

pag. 157 lin. 3 leg. existente  $CD = \frac{n}{m} R \&c.$  In Supplem. Actor.  
 Tom. VIII Sect. 1 pag. 40 lin. 13 pro is leg. id profecto præter  
 opinionem evenit, cum nihil ejusmodi dixerim. Amicus enim  
 meus &c. lin. 22 pro secund. 2 leg. 2, pro 5 leg. 5, lin. 24 pro prim.  
 2 leg. 2, dele prim. 1, pro tert. 2 leg. 2, lin. 25 pro tert. 2 leg. 2,  
 pro secund. 1 leg. 1, lin. 28 pro secund. 2 leg. 2, lin. antepen. leg.  
 æquali, pag. 41 lin. 2 pro prim. 3 leg. 1, lin. 10 pro b leg. 6, lin.  
 12 pro secund. 8 leg. c, lin. 13 pro secund. 9 leg. 9, lin. 16 pro 3 leg.  
 1, lin. 17 pro prim. 5 leg. 6, lin. 21, 22 leg. investigari, lin. an-  
 tepenult. pro prim. 1 leg. 1, lin. penult. pro 6 leg. b. pag. 42 lin. 1  
 pro tert. 1 leg. 1, lin. 7 pro 6 leg. b.

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Junii Anno MDCC XXIII.*

*JUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS  
Apologiæ duæ & Dialogus cum Tryphone Judeo, Græce  
& Latine, cum notis & emendationibus STY-  
NI THIRLBII.*

Londini, impensis Richardi Sare, 1722, fol.

Alph. 5 pl. 13.

**I**Ngenuè fatemur, simul ac aliqua spes orbi erudito facta de edendo apud Anglos Justino Martyre, Patre antiquo, & inter religionem Christianam professos antesignano, igneam prope cupiditatem nobis injectam esse, novam, quæ parabatur, editionem videndi. Quæ postquam prodiit, impletum est ex parte desiderium nostrum, quum typi sint elegantes & augusti, charta nive candidior & plane virgo, ipsa etiam cura in coercendis erroribus typographicis rara atque laudabilis, quibus dotibus si accessissent, quæ reliqua sperabantur, haberet sane gloriosus Martyr, quo suum efferre caput, atque ante alios triumphare posset. Sed dissimulari non potest, Editorem illius, quum tamen sub Martyris nomine ad famæ decus ire vellet, adeo in exornando hoc opere & sibi & Martyri defuisse, ut quum Sancto Viro præter rationem contemptum & ignominiam inferre studuerit, ipsemet sibi magnum dedecus conciliarit. Equidem si Editoris conceptam de se spem vastasque pollicitationes in censu habere vellemus, aliter plane de eo judicandum; tantopere enim in dedicatione ad Nobilissimum Virum Wilhelmum Dominum Craven Baronem de Hampsted Marschal sese jactat, tam proterve illorum notas catapultat, qui multas antehac vigilias in exornando Martyre consumere, ut vix a sanæ, nedum pur-



gatæ per sanctam doctrinam mentis hominæ ea proficisci poterint. Quæ ferenda forte fuissent, si, quæ tanto hiatu promiserat, præstitisset, si, quæ in Grabio aliisque viuis erroresque sibi sinxerat, probasset; si in arte Criticæ, de qua mire gloriatur, certa dedisset specimina; quorum quum nihil in illa Editione appareat, sola inanissima loquacitas, arrogantia, temeritas, auge & lascivientis adolescentiæ lusus, (sic enim ipse loquitur) & convicia regnent, omneque opus jactantiæ tantummodo gratia susceptum sit, facile quisquis inde judicabit, magno ingenii morbo fuisse vexatum, qui modo, tot sumtibus totque difficultatibus innixo, justam aliorum indignationem sui que ludibrium quæsierit. Quod ne quis dictum temere a nobis putet, quorum alias regula fuit, bene merentium laudes rem publicam facere, specimina iudicii nostri ex ipso Autore dabimus, adeo his abundante auge, ut, ea si demseris, quæ ex Grabio, Billio, Stephano, Langioque depromit, reliqua merum ulcus videantur. In ipsa præfatione, quam cæteris quæ satis concinnam elegantemque agnoscimus, amentem suam detexit, & reprehensionem doctorum Justinii Interpretum unicam sibi fuisse scopum fatetur, quod tamen sic excusat, quia aliter liber Criticus fieri non possit. Statius, ait, Criticæ est status belli, semper

Cædimur, aut totidem plagis consumimus hostem.

Imprimis Grabium sibi insectandum sanxit, inque omni operis cursu se demonstraturum ait, quod infelicem operam Martyri præstiterit. Quam bene autem illud fuerit assecutus, mox apparebit, si ordine aliquo servato spectare volueris, qualem sese Editor tum Justino, tum Grabio aliisque Interpretibus, tum sibi met ipsi exhibuerit. Jam quod ad D. Martyrem spectat, satis e quidem benigne de eo judicasse videtur in Præfatione, quando ait: Scriptor est non ille quidem omnium, qui unquam fuerunt, aut disertissimus, aut acutissimus, sed tamen vividus, acer, & multis nominibus utilissimus. Has virtutes duo maxima vitia obscurant, in scribendo incredibilis quædam festinatio & stylicus iracundus, pugax, objurgatorius, & ab omni tam erga Imperatores obsequio & reverentia, tum erga alios comitate alienus. Sed in ipso notarum cursu omnem erga ipsum veneratio-

rationem decoxisse videmus. Pag. 23 ait, ipsum omnis metho-  
 di & ordinis esse hostem, confusum, superfluum, nec verba ejus  
 ad amussim Logicam esse examinanda; p. 123 frigidis Syll-  
 ogismis inanem: Nos, ait, nulla lex cogit, Justinum Syllogismos  
 aut prestare, aut corrigere. Quæ Editoris acies miratu digna, qua  
 tantam *επιμεθοδικὴν & εὐσυνλογικὴν* in Justino vidit, felicior ea  
 propter Sculteto, qui tamen Analysin hujus aliorumque Patrum  
 exhibuit, & Justinum carere methodo nunquam conquestus est,  
 quam moderationem Nourrius quoque tenuit, qui licet nonnulla  
 in ipsis rebus notanda observavit, methodo tamen destitui non  
 indicavit. Porro neglectæ Chronologiæ reum agit; si quæras, cur  
 ita cum ipso agat, respondet: quia Justinus dixerat, *γεννη-  
 σῆσθαι τὴν ἐρημίωσιν*: luminam quoque negligentiam exprobrat:  
 Non miramur Justinum, cujus negligentia jam antea nobis est,  
 perspecta. Item: sic loquitur Justinus, seu sua, seu librariorum,  
 negligentia. Justinus negligentissimus scriptor. Theologiam  
 Justinum omnino Platoniam asserit: Justinum Magister Plato: nem-  
 pe quia Editor similem phrasin apud Platonem repererat, quum  
 canis instar Nilotici aliqui ex eo delibaret, & pag. 85 imitatus  
 esse videtur Platonem suum Justinus, hic non Christianus, sed Pla-  
 tonicus. Poterat hic vir bonus eos consulere, qui de Platonismo  
 Patrum scripserunt, atque solide ostenderunt, ipsos, etiam si ali-  
 quando Philosophorum verbis fuerint usi, non omnem ea pro-  
 pter philosophandi rationem amplexos esse, vid. Baltus lib. H c.  
 3. Mox eloquentiæ laudem aufert: Sunt quidam Viri docti,  
 qui Justinum Scriptorem eloquentissimum vocant; nos autem,  
 cum Philosophiæ lande contentum esse jubemus, nec agnosci-  
 mus novum hunc titulum *Ἐπίλογος*. Quæ si toleranda credas,  
 longius tamen his invectivis suis progressus, omnem Scripturæ  
 vel lectæ vel intellectæ laudem ipsi eripit: Incredibilis est Ju-  
 stini in recitandis Scripturis inconstantia, quod & aliqua ex par-  
 te vidimus, & singulæ fere paginae, quæ sequuntur, magis ma-  
 gisque confirmabunt. Hinc dira sibi facinora fingit, pudendos-  
 que errores ab eo commissos monet: Justinus nunquam nimis  
 cautus in citandis Scripturis; solos tantum Psalmos citra vitiatio-  
 nem ab eo citatos asserit, quod inde venerit, quia Psalmi memo-

p. 64

70.

56.

61.

53.

27.

144.

38.

75.

22.

49.

92.

181.

rix fuerint mandati. Recordari debebat, eundem honorem non modo Psalmis, sed aliis quoque libris divinis datum, quum integra apud Ægyptios aliasque gentes essent monasteria, quorum cives τῆ ἀποστολῆς Scripturæ studebant. Dum igitur memoriæ confidunt, hercle contingere poterat, ut transponeretur verbum aut in loquendi cursu aliud pro alio vocabulum occurrens intruderetur: de cætero summam ipsius quoque Servatoris libertatem in citandis Scripturæ verbis deprehendimus, qua transpositione sententiarum aut verborum haut raro usus est. vid. Matth. XIX, v. 18, 19. Interpretationes Iustini, per quas significationes nominum Servatoris nostri illustravit, frequenter explofit, eamque potissimum, qua vocem Ἰησοῦς τῷ ἀνθρώπῳ καὶ σωτήριος σημασίαν habere dixerat pag. 115. Rideant, ait, hanc interpretationem Viri docti, rideant sane; ridiculam enim esse non nego, neque tam severus sum, ut cujusquam hilaritati vellem intercedere. Rem itaque rideant, hominem derideri nolo, meminert vitium esse, sed sui temporis, neque ignominiam esse non ultra suum seculum sapere, neque mirum esse, si quis ea præsertim ætate verba Hebraica non melius ipsis Judæis exposuerit, quibus illiusmodi argutiæ semper placuerunt. Anne vero hic Justinum astruit nugis delectatum, ineptiis seculi sui deditum, ultra seculum non sapuisse, nomen Jesu falso interpretatum, aut errasse, dum utranque illius naturam significarit? Rectius certe facturus erat maflix, si juxta pollicitationem, qua se Theologiæ sacra non attacturum promiserat, verbis stetisset. Præter illa sanctum Martyrem omni prudentia destitutum asserit, dum observantiam Imperatoribus debitam neglexerit. „Justinus, ait, ad reprehendendos, ne quid gravius dicam, quam laudandos aut conciliandos Imperatores multo fuit proclivior. Verum hunc Martyris nævum ipse Editor eluit, quum tanto fortius Imperantibus adulatur, dicendo: „Quum omnes Sectæ hoc habeant, ut dogmata sua, sicubi opus sit, fucent, dissimulent, negent; fieri facile potest, & sæpe fit, ut alios fallant, eum autem, qui cum summo Imperio est, si verum investigare voluerit, fallere nullo modo possunt.„ Ista documenti instar sint, quomodo in reliquis cum Justino egerit. Jam videndum, qua fuerit

fuerit ratione usus erga viros communi consensu summos, qui illustrando Justino hæcenus studuerunt. Princeps illorum est Grabius, qui cum apud Anglos in pretio fuerit habitus, invidendi causam nostro dedit: hujus se capitalem inimicum professus, omnia moliturum prædixit, ut famæ Grabianæ decus imminueretur. Quod quam infeliciter præstiterit, quilibet oculatior deprehendet. Etenim optimæ quæque notæ, quibus hanc editionem suam, tanquam alienis pluviis, exornavit, dissimulato in fronte libri hoc furto suo, omnes ex Grabio sunt decerpæ, quas si abstuleris, omne quod restat, non sterile tantum & ex sanguine sed putridum plane cadaver erit. Equidem nonnulla Grabii ab eo rejiciuntur, sed frigidissima ratione, uti pag. 16: „Dixi tibi, Grabii, esse conjecturam, si recte hominem noris, non opus est plura,„ dicere, & p. 37: Grabio hæc conjectura arrisit, mihi neutiquam,„ placet. Conjiciebam olim legendum: *ἐν τῷ Φοίῳ*, sed non magno opere confido huic conjecturæ. Nos hic prorsus hæremus. „Estne hæc confutatio Grabiana? Pag. 11, ubi arduam habebat rationem Grabium aggrediendi, sic ait: „Nobis constitutum est,„ controversias Theologicas in hoc opere non attingere, nempe,„ quia ludibrio omnem Theologiam habebat. Eodem modo cum Grabio egit p. 29, quum verba: *εἰς γῆν διαλυθέντα*, Grabius scribi vellet: *διαλαθέντα*: Hic enim, ait, non possum tam facile credere, Justinum sic scripsisse, quicquid dicat bonus Grabius. Sæpe malitiose Grabium exposuit, impudenterque perstrinxit, præsertim quando ad excusandum Martyrem aliquid dixit. Pag. 65 *Ἀρχαιομακρίων* exprobrat, sed verbis meram dicacitatem, loquacitatem, nugacitatem, amarulentiam & malitiam spirantibus. Insultat ipsi, quod nimium librariis adhæserit, quibus etiam alicubi suspendium imprecatur, eaque propter mancipium libreriorum nominat, quum ipse tamen p. 23 profiteatur; hic libreriorum judicio standum esse. Alibi per ironiam Grabium sospitatore[m] Patrum dicit, quum vocem *ἀλεγο* contra Sylburgium retinendam suavisset: „Nolo, inquit, damnare lectionem codicis MSti, præsertim tam accurate a Grabio defensam, cujus notam vide, si sapias, & largum risum exiguæ operæ pretium putas.„ Audi igitur Sospitatore[m] Patrum. Hæc tu si sine risu legisti,„

miseret me sane gravitatis & tristitiæ tuæ., Profecto quæ Grabi-  
 us attulit, non adeo cachinnum merebantur, sic ut ille *γελωλο-  
 ποιός* flagitavit, quandoquidem Justinus ipse voci *αλόγω* ean-  
 dem significationem dedit, qualem ipsi Grabius attribuit. Ita vero  
 tum Grabio leoni mortuo insultat, sic porro p. 5, 7, 8, 12, 15, 22,  
 25, 28, 30, 32, 44 hunc inorem suum persecutus est: multo ta-  
 men sæpius approbavit, exscripsit, totumque librum Grabianis  
 notis implevit, meliorem futurum, nisi illum pulcherrimis typis  
 constantem dedecoris nomini suo quisquiliis contaminasset. Illæ  
 vero Grabii approbationes videri possunt p. 46, 51, 53, 54, 56,  
 57, 60, 61, 63, 64, 67, 72, 80, 81, 82, 83, 84, 86, 88, 89, 93,  
 103, 107, 110, 111, 115, 120, 188 & plura certe in laudem  
 ejus dicere debuisset, nisi occupata livore mens in bonis etiam  
 probisque meras se cernere maculas putasset. Cum Langio ele-  
 mentius egit, in quo modestiam aliquam sibi fuerat imaginatus  
 p. 183. Attamen hominem haut paulo solertiore Grabio dicit p.  
 46, & qui subobscurè mentem explicet, p. 27. Perionium malum  
 interpretem nominat p. 134, 135, 137, & in quo judicium sæpe  
 desiderat, p. 144. Valesium castigat p. 121. Stephano incogi-  
 tantiam & conjecturas ingeniosas sed parum veras adscribit. Ita  
 dum viros insignes liberrime ubique pungit ac carpit,  
 „universo quoque lectori insultat. „Plerique inquit, incauti sunt  
 „& festinantes p. 34, & p. 98, quum Martyr diem Veneris *την ή-  
 μέραν προ της χρονικής* dixisset, neque eam Veneris diem ap-  
 pellare voluisset, atque ipse hujus mysterii rationem ex Ludovi-  
 co de la Cerda manifestasset, tum pergit: „Hæc religio mihi fuit  
 „omittere, tum Justinii, tum etiam Lectorum causa, quorum non  
 „admodum multos esse putò eo ingenii acumine præditos, ut  
 „proprio Marte aliquid hic latere mysterii olfacere potuissent.  
 „Reliquam turbam obtusorem oro, ut mecum gratias agant, o-  
 „mniaque bona comprecantur, sagacissimo Halloixio, vel po-  
 „tius Ludovico de la Cerda, a quo hoc suffuratus. Ita nihil fatis  
 „tutum a furibus esse potest. „ Nempe adeo sibi sapuit homo, ut  
 „omnes haberet infipidos. Mox sibi soli *ευστοχίας* divinæ *χαρίσµα*  
 „adscribit, p. 90. Vide patientiam, & ut verius dicam stuporem,  
 qui

qui ante nos in illa Palæstra defudarunt: vide, si quid vides, maculam turpem & insignem, quam si abluero, restitueroque, Justino nitorem, quid erit pretii? atque ecce tibi emendationem, de qua ne ipsa quidem dubitatio dubitare poterit. Quid, putas? audesne negare ipsam *ευσοχολον* hoc nobis in anrem infusurasse? Sic Editor: cui si quid credimus, illud credimus, in ipsis cerebri penetralibus infelicem quandam & garrulam Pythiam resedisse & omnes illas nugas & quisquilias infusurasse, quibus tot paginas insigni pulcherrimæ chartæ ludibrio maculavit. Ecquid enim de illo Critico censeas, qui post infinitas nugas tandem fatetur, se ista animi tantum, non veritatis inquirendæ gratia dixisse? Hæc, inquit, hætenus dicta sunt animi magis gratia, & ut videas, quam facile sit, rebus nullius momenti pondus addere, & magno conatu & strepitu magnas nugas agere, quam quod aliquid hic ipse ex conjectura mutandum putem. Profecto bene fecit hanc confessionem edendo, quæ sapius tamen iteranda erat. Nunquam enim non titubat p. 11, hæret p. 37, audacter, violenter emendat, quæque corrigere vult, multo facit deteriora, quemadmodum ipse de aliis censet p. 155. Hujus temerariæ Criticæ exempla dedit, quum integra verba vult expungi, certis & receptis incerta substituit, quasi id officium Critici esset vocabula delere, *ισοδυναμοι* aut totidem syllabas paremque cum eliminandis terminationem habentia surrogare, quemadmodum p. 168 facit, ubi pro voce *λόγοι* poni vult *προφήται*. Nos, ait, si quis audacior Criticus pro *λόγοι* legerit, *προφήται*, non magnopere repugnaremus. Quanquam enim, nulla hic sit huic verbo cum illo aut soni aut literarum aut sententiæ similitudo, quis tamen est, cui non per sæpe accidit, dum, animi sui cogitata, prout nascuntur, chartæ committit, multo magis dum aliena describit, & minuendi laboris causa, plurima, verba mox scribenda memoriæ mandat, ut aliquod sæpe non notabilissimum interdum etiam futilissimum vocabulum ita emineat, & quasi supernatet, ita se officiose ingerat, ut semel scribi non contentum in locum alius, cujus nihil simile habet, fortim irrepat? verum quoniam ista liberior emendandi ratio, neque permittitur nobis, neque profecto nisi forte rarissime, gra-

„vissimisque de causis permitti debet, ut quæ insanæ licentiæ vitæ  
 „faciat, minimeque omnium adhibenda sit, in scriptore tam fe-  
 „stino, ubi periculum est, ne, quod librarii culpa accidisse posse  
 „probas, ipsi Scriptori imputari posse simul probes, age viam  
 „tritam & tutiorem insistamus, & veram lectionem literarum  
 „vestigiiis odoremur. Hæc verba, etsi nugacissima, adduximus  
 tamen, ut inde videamus, cui artificio ars Critica Autoris nostri  
 fuerit inædificata, quam insulsa de Justino habuerit cogita-  
 ta, quasi Sancti Martyris ingenio tot vanitates & futilitates inhæ-  
 serint, quibus Editoris indolem turgescens videmus. Quid de  
 superfluis ejus emendationibus dicamus? Quum verbi gratia p.  
 190 pro τυφλὸς καὶ χωλὸς legi vult τυφλὸς καὶ κοφὸς, nem-  
 pe quia Esa. XLII hæc duo junguntur. Ait enim, ubi claudi a  
 „Deo dicuntur, frustra, opinor, quæsieris. Sed poterat intue-  
 ri Esaiam c. XXV, & XXXIII, & Jeremiam c. XXXI, 8, nec teme-  
 re Martyrem notasset. Quid de temerariis emendationibus p.  
 207? ubi ad verba Justini de Salomone *διὰ γυναικῶν ἐν Σιδῶνι εἰδω-*  
*λολάτρες* vocem Σιδῶν expungi jubet, scribique *διὰ γυναικῶν*  
*θεὸν ἰδῶν εἰδωλολάτρες*. Ecce, inquit, tibi tandem post tantum  
 „ineptiarum veram, nisi fallor, emendationem, quippe quæ sen-  
 „tentiam sine ulla affectatione erigit, & ad literarum vestigia a-  
 „pte convenit. Nos vero ita arbitramur: Ecce! post tantum ine-  
 „ptiarum emendationem sine dubio falsam, quippe quæ veram  
 sententiam violenta affectatione deprimit, & cum lectione Codi-  
 cis sacri sive Hebraici sive Græci plane non convenit, quippe pe-  
 nes quem τὸ Σιδῶν tam manifestis exprimitur literis, ut talpam  
 agat, qui id non agnoscat. Quid de violentis expunctionibus?  
 Quale quippiam occurrit p. 193, ubi τὸ αὐτῆργημα Labrax ille  
 vult expungi, ideo quod apud Lexicographos vocem non inve-  
 nerit. Quid hic, inquit, significare potest αὐτῆργημα? verbum  
 „quod fortasse nusquam alibi reperies, verum hoc & parvi refert,  
 „& incertum est, (nam memoriæ neque res hujusmodi commen-  
 „do, neque in iis quas commendo, magnopere confido, ut ultra  
 „Lexica nihil hic sapiam, quod fateri non pudet; dissimulare,  
 „quod tamen magni Critici facere solent, valde puderet) sed,  
 „ut dixi, quam significationem hic habere potest hoc verbum?

Scire

Scire debebat emendator, non omnia, quæ in Lexicographis non inveniuntur, ea propter esse expungenda, nisi forte singularia multa & exquisita vocabula proscribere velimus. Nos retinendam defendendamque lectionem putamus, studio a Martyre adhibitam, ut ostenderet, Judæos non ideo circumcisionis signum accepisse, quasi ipsi tantummodo peculio Dei accensendi essent, sed Deum præter ipsos habere *αὐτέργημα*, quemadmodum Paulus de gentibus Eph. II, quod sint *ποίημα τοῦ Θεοῦ*, & de Corinthiis I Cor. IX, *τὸ ἔργον μὲν ἔσται ὑμῶν*, unde constat, Martyri succensendum non esse, etiam si hanc vocem suo ex ingenio condidisset. Et ejusmodi quidem innumera, ex solo corrigendi pruritu nata, occurrunt, quæ si amplectenda essent, haberemus Justinum ab illo antiquo plane diversum, insipidum, & nihil minus, quam vel sermonis, vel doctrinæ puritatem exhibentem, de qua re Editori omnem Theologiam fastidienti, vel quod potius credas, ignoranti, Hebraicarum antiquitatum ignaro p. 202, in autorum lectione negligenti, Lexicographorum maucipio, & tantummodo litterarum & dictionum mutandarum expungendarumque audacissimo artifice nulla fuit cura. Unde de reliquis illius observationibus judicium fieri potest, eum nempe, qui Justino Martyri illiusque scriptis & interpretibus omnique erudito orbi tam juveniliter, tam impudenter, tam audacter, tamque præter omnem rationem insultavit, vix aliquantulum boni proferre potuisse.

THE PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS  
from the year MDCC to the year MDCCXX abridg'd and  
dispos'd under general Heads.

h. c.

TRANSACTIONES PHILOSOPHICÆ AB  
A. 1700 usque ad A. 1720 in epitomen redactæ & per ca-  
pita generalia dispositæ a BENJAMINO  
MOTTE.

Volumen II.

Hh

Londini



Londini, apud R. Wilkins, Wilh. & J. Innys & alios, 1721, 4.  
Alph. 3 Plag. 16 Tabb. zn. 41.

**A**lterum, quod hic sistimus, Volumen perinde ac primum, de quo Mense Mart. p. 89 diximus, in duas partes dispescitur, quarum prima schediata physica, altera vero philologica complectitur. Pars I Voluminis secundi, seu tertia totius operis ea tradit, quæ ad Physicam generalem, Meteorologiam & Pnevmaticam seu de aere doctrinam spectant. *Anonymus* ope thermometri & ferricandentis construxit Tabulam, in qua habentur gradus caloris, tum secundum rationem arithmeticam, tum secundum geometricam expressi, v. gr. quod calor aquæ ebullientis sit fere triplo major quam corporis humani. Ex Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum adducuntur, quæ ibi *Godofredus* de dissolutionibus & fermentationibus frigidis tradidit. *Anonymus* novum describit thermometri genus, quod rectius inter manometra retuleris, constans ex globo undique clauso & tubo vitreo utrinque aperto atque liquore ex parte repleto, alteroque orificio eidem immerso. *Scheuchzerus* observationes quasdam barometricas exhibet in Helvetia peractas, unde nemo colligit, regulam de compressi aeris viribus elasticis, ut pondera comprimantia existentibus, etiam in aere rarefacto obtinere. Sequuntur variorum observationes barometricæ in diversis terræ regionibus per integrum annum 1708 institutæ ac per *Derhamum* inter se collatæ. Easdem excepiunt observationes alix de quantitate aquæ pluvialis, observationes item Meteorologicæ *Lockii* & *Derhami*, nec non a *Jacobo Cunningham* in itinere maritimo factæ, ubi una variationis acus magneticæ habetur ratio. *Derhamus* inter se comparat quantitatem aquæ pluvialis a se ab anno 1697 usque ad A. 1714 observatam cum ea, quam eodem annorum intervallo annotavit Parisiis *de la Hire*, atque cum *Fullero* & *Lecuwenbægio* procellam insignem A. 1703 describit. Idem etiam historiam hiemis extraordinariæ A. 1708 contexuit. *Thoresby* & *Matherus* terræ motus quosdam describunt; *Hallejus* vero parhelia A. 1702 mense Aprili Londini observata, quibus observationem geminam mense Januario A. 1712 in nova Anglia visorum subnectit *Matherus*. Luminis quan-

dant

Jam speciem in constellatione tauri vidit A. 1706 d. 20 Martii *Derhamus*. Varia meteora ignita observavit *Nevius*, *Thoresby*, *Derhamus*, *Hallejus*, *Robinson*, *Martinus Folkes*, *Wilhelmus Maunder*, *Thomas Hearne*, *Barhamus* aliique. Pleræque observationes auroram, quæ dicitur, borealem concernunt, & *Hallejus* non modo in causam hujus phænomeni hodie adeo celebrati inquirit, verum etiam id cum observationibus antiquis fide dignis confert. *Thoresby* iridem lunarem, *Bourzes* marinam depingit. Sequuntur non exiguo numero observationes de fulmine & tonitru, quas *Thoresby*, *Lhwydius*, *Samuel Molyneux*, *Bridgmannus*, *Joannes Chamberlayne*, aliique Societati Regiæ exhibuerunt. Inter eas quoque *Thoresbyana* de grandine observationes locum habent. *Wallius* experimenta de lumine ambrae, adamantis & gummi laccæ, *Hauksbejus* alia de descensu corporum, & his gemina *Desagulierius*; idem *Hauksbejus* adhuc alia de aere per metalla candefacta una cum apparatu instrumentorum ad examinandam refractionem luminis in fluidis, de refractionibus luminis in fluidis, de lumine per attritionem in vacuo productis una cum aliis describit, quæ junctim edita in Actis A. 1719 p. 530 & Tom. V Suppl. Sect. IX p. 403 & seqq. recensuimus. Motum aquarum in tubulis capillaribus expendit *Jurinus* & alia subjungit, quibus hodie in Anglia ab inferis resuscitata attractionem stabilire nititur. *Derhamus* motum pendulorum in vacuo examinat. *Desagulierius* vacuum disseminatum probare conatur & contra experimentum *Leibnitianum*, in Actis A. 1711 p. 111 comunemoratum, objectiones quasdam movet. Omittuntur plurima experimenta *Hauksbeji*, passim in Actis Philosophicis relata, propterea quod in laudata ante collectione leguntur.

*Cap. 2.* ad Hydrologiam spectante, *Hallejus* in causam salsetinis maris inquirat, qua de re quondam mentio facta est in Actis nostris Aquas ex nube densa tanquam fonte desipientes in mari observarunt A. 1701 *Gordonius* mense Martio & *Stuartus* mense Augusto, qualem aquæ ex nubibus effusionem jam ante viderunt *De la Pryme* & *Richardsonius*. Inundationes in Hibernia factas describit *Derhamus*, extraordinariam aquæ eruptionem *Thoresby*,

fontem ardentem *Hoptonus*, aquas minerales *Moulinus* & *Slarius*; lacum Vetterum in Suecia *Urbanus Hierne* & lacum alium *Franciscus Nevil*.

*Cap. 3*, quod Minerologicum inscribitur, lapicidinam marmoream in Hibernia idem *Nevelius* depingit, cui aliud marmoris genus jungit *Lbwydius*. Ignis ex *Vesuvio* eruptiones notabiles commemorant *Josephus Valletta* & *Eduardus Berckley*. Varietatem stratorum carbonum fossilium in Staffordiæ comitatu *Bellers*, in Somersetenli *Joannes Strachey*, & ignis ex monte, ubi carbones effodiuntur, eruptionem *Charlettus* describit. Sequuntur experimenta ope vitri caustici grandioris a *Godofredo* in Gallia circa metalla sumta, quibus gemina jungunt *Harrisus* & *Desagulierius*. De arbesto & confectis inde vestibus incombuftilibus *Campanus*, *Blarius*, *Wilsonius* notatu non indigna narrant: *Wilhelmus Burnettus*, *Stephanus Gray*, *Joannes Sloane*, *Eduardus Lbwyd*, *Samuel Dale* varia de fossilibus annotant. *Mortonus* lapides figuratos in scenam producit, in ambari originem inquiri *Camellus*, de cadmia & præparatione arsenici disserit *Kriegius*, arbores subterraneas fistunt *De la Pryme* & *Derhamus*, quibus nonnulla adduntur de cespitibus bituminosis.

*Cap. 4* Magnetica experimenta & observationes *Derhami*, *Taylori* & *Maxwelli* continentur, quorum hic variationem acus magneticæ in oceano Atlantico & Æthiopico observavit. *Hallejus* vero mappam suam variationis magneticæ adversus Gallos defendit.

*Cap. 5*, de Botanica & agricultura, describitur modus agris fertilitatem conciliandi ope concharum itemque arenæ marinæ. *De la Pryme* observationes nonnullas circa vegetationem communicat: *Richardus Bradley* de motu Succi nutritii in vegetabilibus disserit: *Samuel Morlandus* de usu partium in floribus quædam annotat: *Desagulierius* raparum celerem & insignem vegetationem miratur: *Bradley* singularia melonis, *Strachanus* culturam herbæ Nicotianæ in insula Ceylon, *Hottonus* attmellæ, quæ planta in eadem insula efflorescit, usum medicum, *Marchandus* novam quandam plantam Brasiliensem, *Helvetius* radicem parciræ bravæ, *Oliverius* radicem Chinæ Chinæ, *Reneau-*

*menucum* novum genus, *Anonymus* plantam *Ginfeng* dictam, *Sberrardus* plantam agnatam *araliastrum*, *Lbwydius* plantam quandam Botanicis ignotam, *Slarius* virtutem & proprietates *sachari*, *Matherus* plantam Americanam *antierisypelatam*, *Petrus* denique *le Neve* *quercus* in terræ viscera sese demittentes describunt.

*Cap. 6* Zoologia illustratur. De elephantibus in insula *Ceylon* differit *Strachanus*, de organo auditus hujus animalis *Blairius*, de anatomia ejusdem *Cowperus*, de anatomia leporis & gallinæ montanæ *Joannes Rayus*, de fœtu monstroso *Brady*, de vitulo monstroso *Adamus*, de ossibus fœtus in utero vaccæ *Sbermannus*, de capite vituli monstrofi *Joannes Craigius*, de morbo contagioso boum *Ramazzinus* & *Thomas Bates*, de verme in capite ovis *Thorpius*, de hydatidibus in renibus ovis reperiis *Cowperus*, de corde testudinis Americanæ *Bufforius*, de pici martii lingua *Wallerus*, de acu in stomacho avis reperta *Regnarius*, de phœnicoptero *Douglassius*, de serpente Americano *Matherus*, de piscibus quibusdam & avibus *Richardsonius*, de alio quodam pisce *Tysonius* & *Robertus Sibaldus*, de serico aranearum *Bonnius*, de productione bombycum *Barhamus*, de insectis nonnullis *Matthias Dudley*, de pediculo pulsatorio *Derhamus*, de insectis variis *Breynius* differit.

Pars quarta totius operis schediasinata philologica & miscellanea comprehendit. *Cap. 1* reperies, quæ ad Chronologiam, Historiam & Antiquitates spectant. *Wanleyus* antiquitatem *MSC. Hebraicorum*, *Græcorum*, *Latinorum* in vetustis bibliothecis obviatorum determinat. *Thomtonus* & *Jackmannus* regulas computandi pascha Julianum exhibent. *Thomas Molyneux* testudinem *Græcorum* & *Romanorum*, *Musgravius* legiones *Romanorum*, eorundemque aquilam idem, & *Sommerus* isthmum inter *Britanniam* & *Galliam*, *Thoresby* vestigia oppidi *Romani* cujusdam, *Joannes Conduitt* *Cartejam* veteribus *Geographis* memoratam, *Stuckelejus* *skeleton* petrefactum, *Clarkius* antiquitates *Romanas* in *Wiltonia* Comitatu repertas, *Lbwydius* alias in *Scotia* & *Hibernia* effossas, *Huntenus*, *Harwoodus*, *Baxterus* adhuc alias; idem *Baxterus* *hypocausta* veterum, *Thoresby* instru-

mentum æneum antiquum in Comitatu Eboracensi repertum, *Taber* pavementum tessellatum & alias antiquitates Sufflexienses & quorundam oppidorum situm in Comitatu Sufflexiensi, quorum mentionem facit *Tacitus*; *Petrus le Neve* urnas in Comitatu Norfolkiciæ effossas, *Nevillius* alias in Hibernia repertas & tubas antiquas Hibernicæ: *Stuartus* figuras & characteres templi pagani Cannaræ in insula Sallæt, *Toddus* dentes & ossa in Northumbria inventa, *Nevillius* dentem prægrandem alium, *Matberus* & *Luffkinus* ossa grandia & dentes, *Cbesfeldeni* dimensiones ossium humanorum, *Matberus* antiquitates novæ Angliæ, *Hicckfus* inscriptionem Tuscanam antiquam, *Thoresby* inscriptiones Eboracenses, *Musgravius* inscriptiones in marmore Tarraconensi, *Hunterus* inscriptionem Romanam antiquam, *Jurinus*, Anonymus, *Ricius*, *Harrisus* alias ejusdem fuffuris, *Thoresby* antiquitates quasdam Comitatus Lincolnienfis, monetam Suecicam, Romanam &c. describit. *Cap. 2* observationes itinerariæ occurrunt, communicatæ a *Plaxtono*, *Eduardo Lbwyd*, *Edenso*, *Elliso*, *Chamberlanio*, *Breynio*, *Robinsonio*, *Oliverio*, *Marshallo*, *Cunninghamo*, *Sratchano*, *Maxwello*, *P. Claimio*, *P. Gobienio*, *Bengalio*, *Sherardo*, *P. Gorejo*, & Anonymo, quibus multa notata digna in Britannia, insula Teneriffæ, Flandria, Italia, Dania, Hollandia, India occidentali, insula Ceylonensi, Capite bonæ spei, novis insulis Philippinis, nova insula in Archipelago exorta, alibi quæ obvia continentur. *Cap. 3* inter schedas miscellaneas exhibetur a *Lockio* exemplum memorabile hominis, qui, cum loquendi ac scribendi facultate careret, in Arithmetica practica ad miraculum usque excellebat; a *Richardo Wallero* duo exempla hominum surdorum & mutorum, qui ex labiorum motu colligebant, quid alter loqueretur; Anonymi historia de artis typographicæ origine; memorabilia Musæi *Theoresbejani*, *Putlandi* descriptio monetæ stannæ in Hibernia sub Rege *Jacobo Arbutnot*, meditationes mathematicæ de æquali foeminarum & marium numero, *Wallisi* disquisitio critica de esu carniæ, cum *Tysonis* ad eandem responsione & *Wallisi* exceptionibus, *Gravii* æstimatio quantitatis soli in Anglia, Anonymi relatio de parte collis in Hibernia subsidentis d. 10 Mart.

1713 ft. v. *Sacketti* relatio affinis de parte soli subsidentis, *Beckettii* disquisitio de antiquitate luis veneræ, *Wilsonii* observationes microscopice miscellaneæ, Anonymi animadversiones in litteras *Lecuwenbækkii* & alterius Anonymi modus marmora coloribus tingendi.

**THESAURUS ANTIQUITATUM ET HISTORIARUM** *Italiæ, Campaniam, Neapolim & Magnam Græciam comprehendens, digeri ceptus a JO.*

**GEORGIO GRÆVIO, cum Præfat.**

**PETRI BURMANNI.**

**Tomus IX Partes V.**

Lugduni Batav. apud Petrum vander Aa, 1723. f.

Alph. 28 Tabb. æn. maj. 50.

**U**ltimum exhibens Thesauri Italiæ Tomum (quem præter Thesaurus Siciliæ &c. excipiet) nec prioribus secundum, & pluribus, quam reliqui omnes, Tomis distinctum. In hoc exstant *Parte I: Benedicelli di Falco* Antiquitates Neapolis & ejusdem regni, quam ex editione sexta, quæ Neapoli 1679. 4 prodiit, pariter et

*Henrici Bacci* Descriptionem Regni Neapolitani, per Casarem d'Engenio amplificatam, ex editione Neapolitana ejusdem anni, Latine vertit Sigeb. Havercampus.

*Antonius Sanfelicius* de situ & origine Campaniæ; editio præcedentibus mitior & emendatior.

*Camilli Peregrini* Historia Principum Longobardorum, Neapoli 1643 edita, sed raro obvia, quæ cum Autor Erchemperti aliorumque magnam partem anonymorum de Longobardis scripta congererit, plura vero addere constituerit, quæ addita non sunt, lacunam eam supplere tentavit Typographus, eoque alia haud vulgaria addidit, scilicet: *Flavium Alexium Ugonium* de dignitate & præstantia Reip. Cassinensis, Venet. 1559; *Petrus Diaconum* de Viris illustribus Cassinensibus, cum supplemento *Placidi Romani*, Romæ 1655. 8; *Lupi Protospatae* rerum in regno Neapolitano ab A. 860 ad 1102 gestarum Chronicon;

*Falco*

*Falconis Beneventani* Chron. & alia multa, tum & *Peregrini* ipsius opuscula duo de origine familiz de Colimonta, & de antiquo ulu vocis Portz, a Cl. Havercampo Latine translata, qui simul observat, ejusdem libellum, quem Antiquaz Capuz Situs inscripsit, integrum sequenti libro insertum.

*Part: II: Cam. Peregrini* Dissertationes de Campania Felice, quas cum jam pridem ob profundam Autoris doctrinam, versione Latina dignas judicasset Celeb. Grævius, eo officio magna cum laude defunctus est Alexander Duckerus, cujus & notulz, uti & tabulz Geographicz alizque æri nitide incisæ, accesserunt.

*Julii Cesaris Capacii* Antiquitates & Historiz Neapolitanæ, Neapoli antea 1607 editæ, quas elegantissimis hic figuris nummos aliasque antiquitatis reliquias representantibus exornatas conspiciamus.

*Parte III: Ejusdem Capacii* Antiquitates & Historiz Campaniz Felicis, accuratius reculsæ & figuris illustratæ.

*Marci Antonii Surgentis* Neapolis illustrata, cum annotationibus *Mutii* Fratris Neapoli 1602 fol. edita, nunc Lectoris commodo, subjectis, quæ antea in fine scorsim legebantur, locis suis notis, accommodata.

*Bartolomæi Fa.ii* Comin. de rebus gestis Alphonfi I Regis Neapol. a J. M. Bruto Lugduni 1560, iterumque 1562, 4, quam editionem Noster secutus est, editi, & iconibus Virorum illustrium decorati.

*Jo. Joviani Pontani* Historiz Neapol. seu rerum suo tempore gestarum Libri X, ex editione Dordracena, qua cum Pand. Colleenutio prodiit 1618, 8, repetita.

*Angeli Fonticulani* Belli Bracciani Aquilæ gesti Narratio, Aquilæ 1580 fol. impressa.

*Parte IV: Ferrantis Loffredi* Antiquitas Puteolorum cum *Jo. Villani* Commentario de Balneis Puteolanis, & alia, quæ collata utraque editione Neapolitana anni 1680 & 1685 hic junguntur, ab Havercampo Latine versa.

*Scipionis Mazzella* urbium Puteolorum & Cumarum Descriptio, quam variis inscriptionibus e Joh. Mormile & J. C. Capacio

Capacio auctam deprehendimus. Omissum tamen est, quod alias accessit, ejusdem de Balneis Puteolanis opusculum, & substituta in ejus locum

*Jo. Franc. Lombardi* eorum, quæ de Balneis aliisque miraculis Puteolanis scripta sunt, Synopsis, quod in hac Mazzella totus contineretur, & præterea multa accesserint: quibus addita hic quoque Balnea Ænariarum ex *Jo. Elyseo*, cum *Mazzella* Descriptione Insulæ Ænariz, tum & *Lombardi* quædam Carmina, nempe Galeni de qualitate purgationis libellus, Hippocratis Cui jusjurandum & Schola Salernitana per Lombardum castigata.

*Antonii Ferri* Apparatus Statuarum in destructis Cumis inventarum, quem ex Etrusca editione Neap. 1606 Latine vertit Havercampus.

*J. C. Capacii* Balneorum, quæ Neapoli, Puteolis, Bajis, Pitheculis existant, virtutes, seu de Balneis liber, Neapoli 1604, 4 editus.

*Ambrosii Leonis* Historia urbis ac agri Nolæ, nec non montium Vesuvii & Abellæ Descriptio, ex optima & rarissima editione, quæ Ven. 1514 prodiit, repetita & figuris non inelegantibus distincta.

*Henrici Brenemannii* Dissertationes duæ de Rep. Amalphitana & de Amalphi a Pisanis direpta, quæ eodem fore tempore cum Autoris Historia Pandectarum prodire, ut patet ex Actis nostris hujus anni M. Jan. p. 24.

*Antonii Mazza* urbis Salernitanæ Historia & Antiquitates, ex editione Neapoli 1681, 4 procurata.

*Mutii Phebonii* Historia Marforum, cum Catalogo Episcoporum & Didaci Petra Auctario, Neapoli 1678, 4 edita.

*Parte V: Lucii Camarra* de Teate antiquo Libri III, qui Romæ 1651, 4 prodire.

*Æs* redivivum, sive Tabula ærea, maxima, Consularis, Duumviralis, Decurialis Fastorum Consularium, Romanarumque familiarum, in pluribus instaurativa, Canusii in agro Apulorum olim incisa & erecta, exinde Barbarorum depopulatione recondita, recens e terræ visceribus eruta, illustrata per Abbatem *Damadenum*; opus nunc primum ad unicum, qui exstabat, codi-



codicem MS. ab illustriss. Marchione Beretti Landi liberaliter communicatum, expressum & tum ipsa tabula eximie magnitudinis, quæ ad archetypum expressa est, tum insigni Autoris doctrina conspicuum; ingens Thesauri hujus ornamentum.

*Pauli Antonii de Tarfa* Historiarum Cuperfanensium Libri III, quos Mantuz Carpetan. 1649, 4 editos novimus, mendis nunc perpurgati.

*Gabrielis Barrii* de Calabria antiquitate & situ Libri V, ex A. Schotti Italia illustrata revocati.

*Joannis Juvenis* de antiquitate & varia fortuna Tarentinorum libri VIII, pariter ex Schotto, sed adhibita simul editione Neapolitana anni 1589, correctisque inde variis navis, recusa.

*Antonii Galatei* de situ Japygiæ Liber, nec non urbis Callipolis descriptio, ut & de Villa Laurentii Vallæ, in quo libro exprimendo Editor secutus est editionem Basileensem anni 1588.

Quodsi prolixis nobis esse liceret, multa notatu digna vel ex iis, quæ nunc primum prodeunt, afferri possent; verum super-vacaneum nec satis decorum videtur, de tam pulcro habitu lacini-  
am detrahere. Nec elegantissimam Celeb. *Burmanni* præfationem multum moramur, id tantum observamus, eum e Falcone notare, quod paucis demum ab ejus ætate, quæ in initium sæculi XVI incidit, annis Principes Regni Neapolitani cibum sumere cœperint ex vasis argenteis, & potare ex aureis, tum & nimium in Gabriele Barrii Latinæ linguæ amorem tangere, quippe qui illis, qui suum librum in Italicam linguam vertere vellent, iram Dei multis diris implicatus sit p. 32, & novo devotionis genere vota ad Deum conceperit, ne annum interpretes exigerent.

ISTORIA DEGLI SCRITTORI FIORENTINI.

i. e.

**JULII NEGRI, FERRARENSIS, E SOC.**

*Jesu, Historia Scriptorum Florentinorum, Opus posthumum, Thomæ Ruffo Episcopo Ferrariensi consecratum.*

Ferrare, typis Bernardini Pomatelli, 1722, fol.

Alph. 6 pl. 5.

Quam

**Q**Uam a Jo. Cinello promissam Florentinorum Scriptorum  
 Bibliothecam ( vid. Acta Er. 1706 p. 68 ) frustra exspe-  
 ctavimus, a *Julio Negro*, quamvis operi immortuo, absolu-  
 tam tandem in lucem protraxit Collegium Societatis Jesu Ferra-  
 rensis, cui Autor Cl. adscriptus erat. Et recensentur quidem hoc  
 opere Scriptores quinque postremis seculis illustres haud per-  
 functorie: nos vero non ingrati lectoribus operam facturos  
 arbitramur, si e recentioribus, qui hoc ipso seculo decesserunt,  
 decadem decerpamus, pauca quidem prætermittis librorum Ca-  
 talogis inemoraturi. De *Alexandro Marchetti*, cujus contro-  
 versæ Mathematicæ cum Guidone Grando in Actis Er. A. 1713  
 p. 76 & 518 mentionem fecimus, solum afferemus epitaphium p. 18.  
 in castello Ponarmensi, ubi & natus & mortuus, positum: *D.*  
*O. M. Alexander Marchetti hic conditur; generis claritate con-*  
*spicius, Vir ingenio tam admirabili, ut si parem aliquem, su-*  
*periozem certe habuerit neminem. Omni politiori doctrina in-*  
*structissimus, cujus in Mathematica profunditas, in Hetrusca*  
*Poesi lepor, in Latinitate elegantia, libris editis inclaruit domi*  
*forisque; quem eloquentissimum per annos 57 Pisana Academia*  
*primum Philosophiam, tum Mathematicam edocentem admirata*  
*est; in tam eximio Viro Galileum ac Borellum sibi restitutos putans.*  
*Amicitia cultor, candore, fide, officiis, animi moderatione, ac*  
*prudencia singulari Integritatis exemplar spectatissimum, Pie-*  
*tatis ac Religionis servantissimus, vixit annos 81, ad gloriam satis,*  
*ad Reipubl. Litteraria decus atque utilitatem non satis. Imo in-*  
*teger sui obiit Bonorum omnium luctu VI die Septembris Anno*  
*1714. Hunc tumulum Patri longe clarissimo Angelus ejusque fra-*  
*tres maestissimi posuerunt. Ubi vero Noster eum non modo e*  
 Græcis Poetis Anacreontem, Lucæ 1707, 4, sed & e Latinis Lu-  
 cretium Etrusco carmine reddidisse, & hunc quidem edi non-  
 dum e re visum esse putat, non dissimulandum nobis, utique Lu-  
 cretium hunc Londini apud Jo. Pickard, 1717, 8 Maj. præmissa ab  
 Antinoo Rullo ad Eugenium Princ. Sub. dedicatione, prodiiisse.  
 De *Magliabechio*, die 4 Julii 1714 defuncto, cum Noster non tam  
 quæ ad vitam, quam quæ ad laudes pertinent, exposuerit, plura  
 nos dicturos speramus, cum prolixior ejus vita, quam per com-  
 pen-

- pendium Diarii Veneti Tomo XXXIII insertam (conf. Nova nostra vernacula Anni 1722 p. 386 sq.) seorsim cum doctorum Virorum ad eum epistolis edere coartavit Cl. Ant. Franc. Mar-  
 P. 90. mius, prodibit in lucem. In vita *Benedicti Averanii* Florentiae d. 19 Jul. 1645 nati & Pisis d. 28 Dec. 1707 mortui, Viri in Graecis Latinisque literis exercitissimi, Philosophi, Geometrae, Astronomi, Oratoris, Poetae summi, qui proprio studio sine ullo fere Magistro profecit, miramur nullam fieri mentionem Operum, Dissertationum nempe ad Ciceronem, Livium, Virgilium aliosque Scriptores veteres, Orationum, Epistolarum & Carminum, quae tribus in folio Voluminibus Florentiae 1717, cum ipsius vita, multo quam a Nostro factum est, accuratius composita, prodierunt. *Benedictus Manzini*, natus Florentiae 1646, Mechanicae cuidam arti primum destinatus, cum ingenium ad eloquentiam & poesin, imprimis Etruscam, pronum probasset Patronis, studiis operam feliciter navavit, ancipiti tamen inde fortuna jactatus, tandemque in Archigymnasio Romano Eloquentiae profitendae munus nactus, decessit die 7 Sept. 1704. Praeter varias orationes & carmina, adversus ludendi licentiam declamationes aliquot composuit, cui ita tamen deditus fertur, ut aliquoties in extremum rei familiaris angustiam fuerit redactus. *Franciscus Marucelli*, Florentinus, Cal. Mart. 1625 opimis parentibus natus, cum Pisis linguis, Hebraicae, Graecae, Latinae, ac Juri operam dedisset, Romam pervenit, ibique exstructo palatio magnifico, picturis rarioribus, quas imprimis amabat, decorato, ac Bibliotheca, libris imprimis historicis referta, comparata, oblatos a Pontificibus honores constanter detrectavit, tempusque omnes lectioni librorum insumpsit, eoque e libris ter centum millibus Volumina quindecim complevit, quibus sedes materiarum omnis generis indicavit, digna quidem, quae lucem aspiciant. Obiit demum d. 6 Jul. 1713, aetatis 88, legata civibus suis Bibliothecae parte maxima, cum annuis redditibus ad eam augendam impendendis. Spectatur itaque hunc Bibliotheca Florentiae, palatio familiae Marucellae proxima, hoc lemma foribus inscripto: *Marucellorum Bibliotheca, publica, maxime Pauperum utilitati. De Johannis Cinelli scriptis*  
 277. quo-

quorum aliqua recensuimus in Act. A. 1689 p. 249 & 344, 1693 p. 235, 1706 p. 67 & 1707 p. 528, magis quam de vita sollicitus Autor, id tantum memorat, quod Professor Medicinæ Florentiæ diu vixerit, fortunam aliquando dubiam expertus, tandemque in Castello Lauretano, ubi in sancta quiete opera quædam complere destinaverat, mortuus 1705, anno ætatis 70. Edidit præter *Bibliothecam volantem*, XVIII pluteis (*Scanzia*) constantem, varia tum sua tum aliorum opera, nec dissimulat Noster, eum Historiam Scriptorum Florentinorum meditatam, cujus tamen copiam sibi fieri, frustra optaverit. *Laurentius Bellini*, Philosophus, Medicus, Poeta Florentinus, M. Ducis Etruriæ Cosmi III Protomedicus & in Academia Pisana Professor Anatomix, in Arcadia nomine *Afelse Nedeo* clarus, editis variis scriptis Medicis, (conf. Act. 1684 p. 42) decessit d. 8 Jan. 1703, æt. 61. Inter ceteros eminent *Laurentius Magalotti*, cujus Epistolas posthumas superiori M. Majo p. 205 recensuimus. Is e nobilissima familia Etrusca Romæ natus d. 23 Oct. 1637, cum Romæ, Florentiæ, Pisis literis humanioribus, Philosophiæ, Mathesi, Poesi operam dedisset, & præter linguas Orientales, Gallicam, Hispanicam, Anglicam, Suecicam & Germanicam addidicisset, in aulam Ferdinandi II se contulit, variasque legationes tum illius tum postea moderni M. Etruriæ Ducis nomine in aula Mantuana, Cæsarea, Suecica atque alibi obiit, & Cosmum III in longinquo itinere comitatus est. Ad literatum inde otium reversus, cum varia scripsisset, hætenus fere inedita, obiit d. 2 Martii 1711. De *Vincenzio a Filicaja*, d. 30 Dec. 1642 nato, qui Poematibus, Vienna imprimis liberata & Triumpho Christianæ Reginæ, inclaruit, Pisisque Philosophiam, Theologiam & Jura ita coluit, ut Doctoris titulum capefferet, lubet afferre Epitaphium Florentiæ positum: *D. O. M. Vincenzio a Filicaja, Senatori Florentino, Senatoris Braccii Filio, qui non vulgarem generis claritatem vicit ingenii laude & elegantia Carminum, tum Latinorum tum Hætruscorum, qua totam Remp. Literariam gloria honestavit. Christiana Suecorum Regina amicitia clarus; Joannis Sarmatarum Regis & Leopoldi Cæsaris Augusti admiratione & Literis celebratus, ingenii laudem, Volaterrana Pisanaque Prætura præclare*

p. 364.

370

327.

*gesta, aliisque publicis Senatoriisque muneribus egregie, obiit; innocens vita, modestia, religione, continentia, humanitate superavit. Scipio Filius, Eques D Stephani Parenti Optimo, qui omnibus ingens desiderium sui reliquit. Obiit Anno Sal. MDCCVII, Etas. 65, VIII Cal. Octobr. Ultimum addimus Vincentium Viviani, Matheseos in Academia Florentina Lectorem Publicum, Casimiro Poloniz Regi magni habitum & a Ludovico XIV Gallicz Rege ob merita splendide donatum, qui variis scriptis Mathematicis, de quibus vide in Act. 1694 p. 207 & 1703 p. 487, inclutus decessit d. 22 Sept. 1703, annos natus 81, menses 5 & dies 8, ad latus magistri sui Galilei a Galileo sepultus.*

p. 532.

NOTIZIE ISTORICHE INTORNO A MEDICI Scrittore Milanese, da BARTOL. CORTE &c.

i. e.

*BARTOLOMÆI CORTII, PHILOSOPHI & Medici Mediol. Notitia Scriptorum Medicorum Mediolanensium, & de inventis præcipuis Italarum in Medicina.*

Mediolani, e typogr. Joh. Pandulfi Matatestæ, 1718, 4.

Alph. 1 pl. 17.

**C**UM Jo. Paulus Mazzucchelli novum Theatrum pararet eruditorum Mediolanensium, eam Cortio nostro provinciam dedit, ut in Medicos clariores, a Picinello in Athenæo Mediolanensi prætermisissos vel leviter tactos, inquireret, quam & suscepit alacriter, & illo quidem mox A. 1714 d. 13 Aug. inortuo, Ill. Comitis Caroli Pertusati, in Consilio Regio status Mediol. Questoris, cui opus hoc dicatum est, consilio fortiter sustinuit. Præmissis nonnullis de rerum præstantissimarum invento-  
8. ribus Italis, primum e Seculo XI producit *Johannem de Mediolano*, qui cum jussu Scholæ Salernitanæ librum de conservanda valetudine carminice olim composuerit in gratiam Roberti Regis Angliz, Noster prolixè probat, Scholam Salernitanam, inde ab  
10 sq. A. 974 florentem, omnium Medicarum fuisse antiquissimam.

De

De *Andrea Cifalino*, Aretino, qui sub initium Seculi XVI floruit, dum memorat, primum hunc circulationis sanguinis mentionem injecisse, simul disquirat, an inventi hujus gloria ad solum Harvæum spectet, an vero is e Pauli Sarpîi tractatu manuscripto rem didicerit: simul & Bartholomæi Eustachii, Gabr. Fallopii aliorumque Italarum in rem Anatomicam merita commendat. Mediolanenses observat opartis Medicæ famam plures a Principibus domus Austriacæ Archiatros constitutos, in quibus numerat Angelum Candianum, Jo. Bapt. Biumi, Nic. Boldonem, Zach. Caimum, Jo. Bapt. Besutium & Bapt. Boldironem. Ubi ad Seculi XVII scriptores pervenit, præmittit vitas celebriorum Medicorum Italarum, unnt Mediolanenses non fuerint, Malpighii puta, Borelli, Bellini, Fr. Redi, Fracassati, aliorumque, quorum in re Medica inventa celebrat: pari modo sub initium Sec. XVIII de Ant. Vallisnerio, Jo. Bapt. Morgagnio, Ant. Maria Valsalva, Diacinto Cestoni, A. 1718 d. 29 Jan. mortuo, Joh. Zambeccario, Jo. Maria Lancisio, Ant. Pacchiono, aliisque, ut & de inventis eorum præcipuis fusius agit. Inter Mediolanenses nostri Sæculi laudat *Job. Cabiati*, qui edito Mediolani 1709, 4 de inclementia hyemis anni ejusdem tractatu Etrusco, decessit septuagenarius A. 1714 die 8 Julii; *Jo. Bapt. Blancam*, qui cum anno ætatis 14 publice defendisset theses Philosophicas & biennio post lauream Medicam reportasset Augustæ Taurinorum, ibidem de hepate 1710, de ductibus lacrymalibus novis 1715, & de Fabrica humana libros edidit; *Car. Franc. Cogrossi*, qui de radice Peruviana China Chinæ 1711, iterumque 1716 & 1718, & de lue contagiosa boum, 1714, Italice edisseruit, & de Praxi Medica promovenda Latine 1714 Creinæ commentatus est; *Jo. Bapt. Carcanum*, A. 1626 natus, mortuum 1705 d. 13 Oct. ejusque filium *Ignatium*, hodieque superstitem, utrumque scriptis clarum; *Hippolytum della Porta*, edito Mediolani 1715 de peste tractatu Italico clarum (qua occasione Noster etiam Celeb. Lud. Ant. Muratorii tractatum, quem *Governo della Peste* inscripsit, Mutinæ 1714, 8 editum, commendat) & *Car. Ant. Bizzozzerum*, qui, edito Mediolani 1715 scripto Etrusco, Patrem *Bernardum*, Medicum, contra Diarii Veneti Auto-

p. 48.

93.

217 sq.

237.

240.

243.

245.

res defendit. His absolutis Autor exteros recenset, (fide Pauli Freheri,) qui in Italia summos in Medicina honores capefferunt, simulque observat inter alia, Fortunati Fidelis, Siculi, *de relationibus Medicorum Libros IV, in quibus ea omnia, qua in forensibus ac publicis causis Medici referre solent, plenissime traduntur*, Panormi 1602, 4, iterumque Lipsiæ apud Jo. Christ. Tarnovium 1674, 8, curante Paulo Aminanno, editos, postea 1679 pariter Lipsiæ, apud eundem typographum, eademque forma, vel recusos, vel certe novo hoc eoque plane diverso titulo instructos prodisse: *Schola ICtorum Medica, relationum aliquot libris comprehensa, quibus principia Medicina in jus transumpta ex professo examinantur, autore D. Thoma Reinesio, olim Archiatro, Poliatro atque Consule Altenb.* Et testatur quidem typographus, librum inter schedas Reinesii prelo paratum fuisse repertum, imo præfationem velut ab ipso Reinesio Kal. Jan. 1661 scriptam præmisit; facile vero patet, hanc fraude typographi, summa Reinesii injuria, suppositam, nimirum ut libro, qui sub priori titulo paucos invenerat emptores, novam hederam suspenderet. Subjunctæ sunt operi Epistolæ duæ Latinæ *Lazari Augustini Cotta* ad Autorem, in quarum prima ei supplementa quædam ad hunc librum haud vulgaria suppeditat, in altera observata Jo. Bapt. Carcani de exenteratione cadaveris Divi Caroli (Borromæi) communicat; tum & *Jo. de Sitonis de Scotia* ad Nostrum Epistola, qua & ipse quædama Cortio prætermissa erudite supplet.

263.

276.

Herrn Heinrichs von Bünau Probe einer genauen und umständlichen Deutschen Kayser- und Reichs-Historie ꝛc.

i. c.

DOMINI HENRICI DE BUNAU HISTORIE Imperatorum & Imperii Germanici Specimen fufius & accuratum, seu Vita & res gestæ Friderici I Rom. Imp.

Lipsiæ.

Lipsiæ, apud Thomam Fritsch, 1722, 4 maj.

Alph. 2 pl. 16.

**E**T si nuper in eadem Historiæ Germanicæ systematibus præpe inter se certaverint Viri eruditi, Pfeffingerus, Struvius, Spenerus, Hahnus alique, nondum tamen ita in omnibus satisfecerunt Illustri Domino de Bünau, Potenti Regi Pol. & El. Sax. a Consiliis aulæ & justitiæ, quin ipse, quanvis longe gravioribus districtus negotiis, subcivitas horas novæ Historiæ Germanicæ condendæ impendere pro miro in patrias res amore statueret. Itaque specimen nobis dedit prorsus eximium in vita Friderici Barbarossæ, cujus sunt præclara apud Germanos, Italos, Burgundos, Hungaros, Bohemos aliasque gentes pace belloque gesta, quæ, consultis scriptis tam cævis, quam aliis, quorum plusquam quingenta in Syllabo præmissis numeravimus, tam apte recensuit, ac sermone vernaculo puro atque eleganti tam pulcre exornavit, ut five res ipsas, five stylum & proponendi modum spectes, justæ & concinnæ historiæ exemplum dederit. Præmissa est luculenta præfatio, in qua de studio Historiæ Germanicæ & Codicum speciatim MSS. usu agens, obiter observat, Guichenonium, cum in impressis codd. Morinæ Historiæ Laudensis, Uberti *de Saxonia*, filii quondam Comitis Amadei, mentionem fieri reperisset, falso inde Ducum Sabaudicæ & Saxonicæ cognationem confinxisse, quandoquidem Cl. Muratorius docuerit, in MSS. haberi Ubertum *de Savogna*; simul & conjectat, in diplomate illo Caroli M. quo terra prope Unstrut terra *conceptionis* ejus dicitur, si ipsum autographum producat, haud dubie legi *conquestionis*. Præterea de Historicis Friderici I accurate censet, & Ottonem Frisingensem, Radevicum & Guntherum e vetustioribus imprimis commendat, ceteris Jo. Adelfum & Jo. Eccium nihil præclari dedisse probat. Utilitatem denique hujus operis patere putat, quod inde omnium fere Virorum illustrium, qui tempore Friderici vel in Ecclesia vel in Rep. floruerunt, tum plurimum imprimis factorum singularium, quæ ad emendandos Scriptores Germanicos faciant, notitia peti possit; quodque tot grandium voluminum evolutione, edito hoc quasi indice, superfedere Lector



possit. Cumque Ill. Autor non modo decem diplomata hactenus inedita, verum & editorum prope mille indicem admodum accuratum, citatis simul locis, ubi legi possint integra, libro adjecerit, nemo non videt, quantum ex his augmentum capere possit ars diplomatica. Imo ne quid desideretur, multa cura & labore Tabulas Genealogicas construxit, 1 familiae Gibellinicae a Conrado Franconiae Comite ad Conradum IV Imp. 2 Guelphicae usque ad Albertum Magnum Ducem Brunsv. 3 Regum Danicae, quibuscum Friderico Imp. non parum negotii fuit, ab A 1049 ad 1156, 4 cognationis Friderici I cum prima conjugate Adelheide de Vohburg, 5 Comitum Burgundiae a Reinoldo I ad Beatricem Friderici I uxorem, 6 Ducum Poloniae, 7 Mathildae Ducis inde ab Alberto Azone, & 8 consanguinitatis, quae Henrico Leoni, Duci Bav. & Sax. cum uxore Constantia intercessit; quas omnes notis doctissimis illustravit. Ceterum etsi facile ex opere elegantissimo produci possent specimina eorum, quae Ill. Autor primus fere nunc eruit, quo pertinent inter cetera, quae de Henrico Leone subinde observavit non ubivis obvia, malumus tamen Lectorem ex ipso fonte sapere; optamusque serio, ut, quam nunc a primis initiis percensere simili ratione constituit Historiam Germanicam, feliciter absolvat, & de patria bene merendo illustris nominis decus, quod profunde veneratur Saxonia nostra, ad seram posteritatem transmittat.

*JOH. ALBERTI FABRICII S. THEOLOG.*

*Doct. & Prof. Publ. Bibliothecae Graecae Volumen  
XI seu Libri VI Capita IV priora.*

Hamburgi, sumtu Theod. Christoph. Felginer, 1722, 4.

Alph. 4 pl. 9.

**U**Ndecimum hoc Bibliothecae Graecae, saepius jam in Actis nostris memoratae, Volumen eos potissimum Scriptores sistit, qui Canonum Ecclesiasticorum Synodorumque historiam consignarunt. In cap. primo de Canonum collectionibus tum editis tum ineditis commentaturus Cl. Autor, primo canonum Apostolicorum auctoritatem excutit; ubi nec quinquaginta illos Latinæ

tinæ probatos Ecclesiæ, nec istam Græcorum triginta quinque auctam canonibus collectionem genuinam esse demonstrat: octo vero Constitutionum Apostolicarum libros ex antiquis didascalis, quales sub maximis Apostolicæque ætati vicinis nominibus olim ferebantur, collectos quidem, multis tamen locis interpolatos variisque adjectionibus ita mutatos esse cum Græbio sentit, ut contra primorum scriptorum sententiam depravati & in Arianas hypotheses detorti deprehendantur. Deinde ad recentiora transiens, decretalium Epistolarum, quas diversis Pontifices temporibus, de rebus ad doctrinam vel disciplinam pertinentibus, edidit, integrum subjungit Catalogum, & quo quævis anno, aut a quo promulgatæ Pontifice, cujusque sint auctoritatis, collatis pro more variorum scriptorum sententiis, uberius differit. Inter Græcos, qui Canones & decreta Ecclesiastica collegerunt, primum locum dat Sabino Heracleensi Episcopo, de cujus deperdito scripto diversa autorum judicia adducit. Postea ineditos collectorum codices paullo altius scrutatur; in quibus in primis Stephani Ephesii *κανονικὴν σύνοψιν*, nec non Photii Constantinopolitani Patriarchæ *σύνταγμα κανόνων* commemorat. Tandem usque ad finem Cap. primi Commentatorum, Abbrivatorum, Scholiastarumque, qui Canones explicuerunt, historiam persequitur. Neque vero Græcis solum evolvendis occupatur, sed Latinarum etiam collectionum accuratam notitiam tradit; inter quas varias præsertim Juris Canonici editiones sedulo investigat. Cap. secundo, quod illustrandæ Conciliorum historię potissimum inservit, primo de fine & auctoritate illorum differit Cl. Autor, iis, qui & hic media incedant via, maxime probatis: hinc ipsos scriptores, qui synopses conciliorum concinnarunt, quibus ritus eorundem excusserunt, ordine alphabetico sistit, tandemque specialiores conciliorum tum generalium tum particularium collectiones subjungit. Qua occasione, quid a Severino Binio in Opere IX Tomis absoluto, in Regia illa Parisiensi collectione in 37 Volum. diffusa, nec non a Philippo Labbeo & Joh. Harduino in hoc genere præstitum sit, curatius exponit, simulque declarat, quod, quantum Regia Voluminum multitudine, typi chartæque apparatu, reliquas antecellat,

cellat, tantum eam Labbei collectio Tractatum ad historiam conciliorum pleniorum pertinentium copia superet. Post hæc singularum nationum Scriptores separatim quoque refert, dumque Germanorum historiam attingit, D. Christoph. Matthæi Pfaffii, Theologi Tubingensis, epistolam, qua consilium suum de edendis publicis Germanicæ ecclesiæ actis aperit, operi suo inserit, ac optima quæque orbi erudito de hac collectione pollicetur. In Cap. III, quod synopticas veterum de synodis relationes continet, diversæ de numero conciliorum universalium sententiæ afferuntur. Inter Latinos Isidorus Hisp. & Gelasius quatuor, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense, amplectuntur; cum contra Gregorius Magnus quinque, Beda vero & Freulfus, nec non liber Pontificum diurnus (adjectis duobus Constantinopolitanis) sex admittant Concilia œcumenica. Nec minor inter Græcos Scriptores est discrepantia: Germanus enim Constantinopolitanus Patriarcha librum de sex synodis Œcumenicis edidit: cum Nicephori CPolitani ad Leonem tertium extet epistola, in qua septem fuisse asserit, quam sententiam quoque Photius CPolitanus & Constantinus Harmenopulus tuentur; Matthæo Blastare octo, Niloque Metropolitano novem synodorum auctoritatem defendentibus. Quorum omnium scripta editionesque sollicitè inquirat Cl. Autor, & ea, quæ ad declarandam opinionem necessaria videntur, ex illis deprompta Græco idiomate Latinaque versione adornata communicat. Claudit denique hoc caput insigni antiquitatis monumento, quod varia alibi in cassum querenda tradit. Est illud synodicon veteris Scriptoris sive notitia conciliorum usque ad Photii tempora in Ecclesia habitum, quod versione perspicua D. Joh. Pappi, Argentor. Theologi, instructum, ut frequentius evolvi possit ab harum literarum studiosis, integrum exhibet. Capite hujus Voluminis ultimo Alphabeticus Conciliorum index, ex Labbei collectione depromptus, & cum Harduiniana Regiæque editionibus ubivis collatus, subnectitur, qui annum, locum, Pontificem, cujus auspiciis instituta fuerunt, & sedem, qua in tribus his editionibus singula explicentur, accurate indicat. Postea ad earundem ductum Chronologicam quoque Con-

cilio.

ciliorum notitiam lectoribus parat Cl. Autor, quæque singulis istorum Operum Tomis contineantur, specialius refert, ac ubi quid ab iisdem prætermisum, eruditissimis observationibus supplere laborat. Et ne quid in illa historiarum parte desiderari possit, temporis, quo Pontifices Romani ecclesiarum præfuerunt, rationem duplici Catalogo, Alphabetico altero, altero Chronologico, accuratissime edocet. Tandem Demetrii Procopii Moschopolitæ succincta eruditorum Græcorum superioris & præsentis seculi recensione, Bucuresto ad Autorem Cl. transmissa, & nunc primum edita, addita versione Latina & Indice, Volumen hoc XI absolvitur.

ANECDOTA GRÆCA SACRA ET PROFANA  
a JO. CHRISTOPH. WOLFIO  
edita.

Tomus III.

Hamburgi, ap. Theod. Christoph. Felginer, 1723, 2.  
Plag. 20.

**P**ersequitur Rev. Autor operam superiori anno susceptam in Tomo hoc III Anecdotorum, in quo sequentia repræsentantur. Continuat I Collatio Dialogi *Gregorii Nysseni* de Immortalitate Animæ & Resurrectione, cum duobus Codicibus MSS. facta, & in Tomo II inchoata. Sequitur II Collatio IV *Evangeliorum* Novi Testamenti cum duobus itidem MSS. probæ notæ & remotissimæ antiquitatis instituta, quos ipse possidet. Illorum ætatem varia indicia, quæ in præfatione luculente exponuntur, in Seculum VIII a Christo nato referre jubent. Varietates ipsæ ita comparatæ sunt, ut aliæ adsint prorsus novæ, nec in Milliana collectione obvix, aliæ vero cum antiquissimis Codd. ubi ab hodierna lectione recedunt, consentiant. Attulerat illos olim ex Oriente Nobilissimus *Andr. Erasmus Seidelius*, quo cum Legati autoritate missus erat. Post hæc conspiciuntur III Excerpta ex *Catena* MS. in Actus Apostolicos & septem Epistolas Catholicas, quæ adhuc servantur in Bibliotheca *Collegii Novi Oxoniensis*. Illa diversarum interpretationum collectio adeo cu-  
rate

rate & cum delectu facta est, ut Cl. *Grævis* optima haberetur earum, quæ Oxonii extant. Excerpta hic suppeditata loca exhibent illorum Patrum, quorum vel pauca admodum vel nihil extat, aut certe talia, quæ, si extant edita, emendari hinc & integritati suæ vindicari possint. Autores sunt: *Ammonius, Apollinaris, Evagrius, Eusebii, Hesychius Presbyter, Nicolaus Presbyter, Papias, Severianus Gabalensis, Severus Antiochenus*, cujus in primis frequens est mentio, *Theodorus Heracleota, Theodasius &c.* Interdum, sed rarius, eadem hic videas loca, quæ *Oecumenius* in Catena sua, quæ extat, attulit. Cum vero plerumque in ea Scriptores taceantur, a quibus profecta sunt, illius beneficio isti non amplius latent, nonnunquam vero & ipse *Oecumenius* contextus Græcus hinc emendatur, ut p. 165, 168, 172 & 174, nonnunquam autem versio ejusdem Latina corrigitur, ut p. 94 & 88 &c. Excerpta producantur usque ad finem Actuum Apostolicorum. Cetera secuturo Tomo reservantur, Quartum locum occupat insignis dissertatio *Damascii*, Philosophi Platonici, in qua tum scholæ suæ de Triade Principiorum placita, tum aliorum Philosophorum de eodem argumento sententias subtiliter & diligenter exponit. Petita illa est ex amplo ejus Opere, quod *ἑπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν* inscripsit, quodque huc dum lucem non vidit, Præmisit vero Rev. Autor initium ejusdem commentationis, nec minus finem subjecit. Usus ad hanc operam est duplici apographo, altero, quod Jo. Felli, Episcopi quondam Oxoniensis, cura confectum adhuc in Bibliotheca Collegii Corporis Christi apud Oxonienses servatur, altero, quod *Luca Holstenii* dono in Bibliotheca publica Hamburgensi extat. Non desunt eruditi, qui & integrum illud *Damascii* opus, & hanc in primis commentationem in scriptis suis laudaverunt: eorum mentio in erudita præfatione, quæ huic Tomo præfixa est, cum cura injicitur. Præcipui sunt *Thomas Gale* in notis ad *Jamblichum* de Mysteriis Ægyptiorum, *Rich. Bentley* in epistola ad Jo. Millium, quæ *Malalæ Chronographiæ* subiecta est, & *Thomas Hyde* de religione veterum Persarum p. 291. In notulis additis varia loca male habita integritati suæ restituantur. Agmen hujus collectionis claudunt Epistolæ XVIII  
Libanii

Libanii *ἀνένδοτος*, ex Codice Regio Berolinensi petita & cum Anglicanis variis collata. In notis, quibus monumenta hæc maximam partem ornantur, varia antiquitatis utriusque capita illustrantur, & Græcis literis lux affunditur. Ita de verbo *χηματιζέειν* disseritur p. 172, de *ἀγών* & *ἀγωνίζεσθαι* p. 267, de voce *αἰδής* p. 126. Quid sibi velint epitheta *αὐτοζωή*, *αὐτολόγος*, *αὐτοσοφία* &c. quæ Deo aut Christo Domino nostro tribui solent, constare potest ex p. 161. Quæ sit inter phrasas: *credere alicui* & *credere in aliquem* differentia, & quod altera cum altera permutari soleat, exponitur p. 179. *Γουκλισίαν* certis temporibus in primitiva Ecclesia a precantibus omissam esse, apparet ex p. 95, ubi & hujus instituti causæ afferuntur. *αὶ* & *ἐν* item *παθεῖν* & *μαθεῖν* in MSS. sæpe confundi, probatur p. 110 & 285.

JO. ABRAHAMI KROMAYERI COMMEN-  
tatio Theologica de potestate ecclesiastica, quam  
vocant, externa, &c.

Gothæ, sumptibus Andr. Schallii, 1721, 4.

Alph. 1 pl. 17  $\frac{1}{2}$ .

**D**E potestate ecclesiastica externa, five de externo regimine ecclesiastico, & jure sacrorum, vel circa sacra, ab aliquo tempore acriter satis, etiam in ecclesia nostra, disputatum est inter Theologos & ICtos; aliis hanc potestatem Principi, qua Principi, ex jure territoriali; aliis vero eandem Ecclesiæ, eique toti, ita vindicantibus, ut eam in sibi addictum Principem vel Magistratum, cui alias id potissimum curæ cordique esse debet, ne quid detrimenti patiatur respublica, tanquam in præcipuum membrum suum conferre possit. Posteriores hanc sententiam stabilitum i vit Autor hujus commentationis maxime reverendus, qui solo amore veritatis, quod in dedicatione ad Jesum, caput ecclesiæ, ipsemet declarat, instigatus, accedente singulari aliquo impulsu, hanc operam, cujus necessitatem in præfatione extollit, non ad potestatem magistratus impugnandam, sed ad nova falsa dogmata refutanda, & veritatem verbi divini adserendam,

dam, suscepit, & licet ardua fatis ac molesta fuerit, infra anni spatium horis subcivis absolvit. Nec suffragationem suam illi denegare voluit summe reverendus Ern. Sal. Cyprianus, qui in præmissis præloquio doctrinarum publice propolitarum efficaciam ex temporis varietate & conditione hominum maximam partem pendere, vel hac ipsa opinione de regimine ecclesie Principi, etiam a sacris purioribus alieno, vindicando, evincit, quippe quæ antehac communi suffragio rejecta, præsentis vero seculi genio est accommodata; tum, quæ Principis in ecclesiam potestas sit, perspicue edisserit, atque calamitates, in quas opinio eorum, qui Principibus omnibus, eo quod Principes sunt, eundem potestatis ecclesiasticæ gradum tribuunt, ecclesiam & jam coniecit, & conjectura sit, haud obscure indicat; & denique Autoris nostri sententiam prudentiæ civili, sacris literis, veteris ecclesie usui, ac rei evangelicæ securitati consentaneam esse testatur. Nostri nunc est instituti sententiam Autoris paucis exponere, & argumentum hujus commentationis justo ordine & sine partium studio recensere, quæ, prolegomenis præmissis, IV constat sectionibus, Ad *prolegomena* quod attinet, in *Cap. I status controversia* ita formatur: num potestas ecclesiastica externa, seu complexus jurium ecclesiasticorum, quæ hodie exercentur a magistratu politico, huic per se, primo & immediate insit, sicut ei inest potestas politica; an vero per occupationem, aut communicative, ut radicaliter & formaliter ipsi ecclesie insit? *Cap. II*, quodnam sit *principium*, inquitur, ex quo de potestate ecclesiastica, ejus subjecto & ratione judicium ferri possit: ubi Autor hanc quæstionem mere theologiam esse statuit, ex sola Scriptura S. dijudicandam, & articulum fidei secundarium, sive partem articuli fundamentalis primarii de ecclesia. *Cap. III* voces in hoc argumento adhiberi solitæ, *regimen, lex, & poena* explicantur; quæ e foro civili desumptæ, non in civili significatione, sed pro ratione ecclesie sunt accipiendæ. Ad ipsam Commentationem perlustrandam dum progredimur, *Sectio I historica* ortum & progressum hujus controversie exponens, facile præteriri potest, cum & brevior sit, & recentiora vix attingat. *Sectio vero II dogmatica*, quæ majori cum studio est perlustranda, prius quæ-

quæstionis supra formatae membrum, diserte negat, posterius vero affirmat, & in duas distincta est partes, seorsim enarrandas. In *parte priorè*, ejusque *articulo I* potestatem ecclesiasticam illam, de qua disceptatur, esse penes ipsam ecclesiam, eamque totam, probatur *Cap. I* ex dictis Scripturæ, 1 Cor. XIII, 28, VI, 1, 1 Tim. V, 17, Matth. XVIII, 17, quæ simul explicantur, & a *παρεκκλησιαστικῆς* vindicantur: *Cap. II* ex historia ecclesiastica Veteris pariter, atque Novi Testamenti: *Cap. III* ex ipsa natura & indole ecclesiæ, tanquam cœtus sive societatis peculiaris. Hanc ipsam vero potestatem magistratui non per se, sed communicative competere, in *articulo II* duobus capitibus adseritur, & inter alia statuitur, Principes Protestantes, jam ante transactionem Passaviensem, a doctoribus evangelicis horumque consiliis & doctrina adjutos, potestatem ecclesiasticam occupasse eamque usu & exercitio sibi vindicasse, & per instrumentum pacis fidem tantum accepisse de illo non turbando, sed porro tuto & secure usurpando: potestatem magistratus neutiquam dici posse architectonicam: amittere etiam magistratum, ecclesiæ, cui præfuit, religionem cum alia mutantem, potestatem in ecclesiam, a qua deficit, & denique, potestatem ecclesiasticam, vel potius ejus exercitium, non solum non injuste, sed & optime translatum esse in magistratum Christianum, duplicem propterea personam, & Principis, & Episcopi, sustinentem. In *parte autem sectionis hujus posteriorè*, pariter duobus capitibus distincte traditur, quænam partes potestatis ecclesiasticæ in magistratum *ὁμόπρυσον* devolutæ sint, quæ non: scilicet, magistratui Christiano competere custodiam veri cultus divini, jus reformandi, cultum publicum definiendi, ritus ecclesiasticos ordinandi, Symbola fidei condendi, iisque conciliandi autoritatem, ministros ecclesiæ constituendi, quos tamen removere ab officio soli magistratui licere negatur, & his certos præfules aut antistites præficiendi, scholas constituendi, synodos instituendi, disciplinam ecclesiasticam acuendi, leges ecclesiasticas ferendi, bona ecclesiæ disponendi, ecclesiam denique defendendi & protegendi; quorum jurium alia liberius, alia cautius, & non sine consensu ecclesiæ, magistratui exercenda esse monetur: eidem vero non licere cultum verbo divino contrarium introducere, alium quemcunq; ad amplectendam

p. 116.

119.

121.

122.

131.



dan religionem suam cogere, controversias theologicis pro auctoritate decidere, ritus antiquos bonos pro lubitu abrogare, vel mutare, symbola fidei abrogare, ministris ecclesie legem docendi, aut verbi divini predicandi prescribere, potestatem clavium intra angustiores limites, quam verbum divinum constituit, concludere, regimen ecclesiasticum mutare, bona denique ecclesie pro lubitu usurpare. *Sectio III est polemica*, in qua ad dissentientium argumenta, ex Scriptura S. antiquitate, & ratione desumpta, in tribus capitibus respondetur, & illa vel a statu controversie recedere, vel a dicto secundum quid ad dictum simpliciter, sive a negatione civilis potestatis ad negationem omnis potestatis procedere ostenditur. Sed, missis illis, ad *Sectionem IV* properamus, quae inscribitur *practica*, in cujus proloquio

P. 176. Autor ingenue fatetur, cum in ecclesia quoque nostra, puriore doctrina florente, scandala vitae magis magisque ingravescant, & scelerati homines peccata plurima impune committant, culpam si non maximam, certe nec minimam, in regimen ecclesiasticum conferendam esse; viam ergo & rationem, qua res ecclesie nostrae emendari possit, dispiciens, mentem suam *IV* capitibus exponit, docetque *Cap. I de prudentia regendi ecclesiam in genere*, cum a civitate differat, eam quoque longe alia ratione esse gubernandam; regiminis ecclesiastici normam primariam esse oportere Scripturam S. finem vero & scopum, itemque mensuram omnium mediorum, salutem ecclesie; in rebus magni momenti consensum totius ecclesie esse requirendum; & gubernatori ecclesie ipsimet observandum, quicquid preceperit ecclesie: *Cap. II de requisitis & officio magistratus Christiani, ecclesiam gubernantis*; non illi deesse oportere sufficientem articulorum fidei notitiam, & prudentiam ex parte intellectus, ex parte voluntatis propensionem in res sacras, prudentemque zelum, pietatem salutemque ecclesie una cum studio purioris doctrinae sectandi & promovendi; ejusmodi vero ministros vel consiliarios minime esse eligendos & fovendos, qui vel in doctrina, vel in vita, vel in utraque deficient: *Cap. III de judiciis ecclesiasticis & consistoriis*, quorum defectus enarrantur, optime magistratum ecclesie regimen administrare ope servatus ecclesiastici, cujus membra sunt tantum theologi: & denique

210.

que *Cap. IV de prudentia magistratus circa ministerium ecclesiasticum*, & contentui & oppressioni ejus medicinam esse querendam, eique dignitatem & potestatem spirituales restituendam, ac sufficientem sustentationem præbendam, quo curis æconomicis liberetur. In *appendice* Autor duobus capitibus librum, cui titulus est: *inquisitio veri fundamenti, ex quo potestas Principum in ecclesiam derivanda, itemque Riperi & Seizii libellos de hoc argumento scriptos examinat, & quicquid sententiæ suæ contrarium, accurate notat.* Conferri tamen omnino merentur S. R. Christoph. Matth. Pfaffii *Origines juris ecclesiastici*, in prinis p. 205 sqq. quarum nullam prorsus in hac commentatione mentionem fieri, non est, quod quispiam miretur, cum hæc jam aliquot annos apud bibliopolam delituerit.

p. 212.

**THEODORIHASÆI DELIVIATHAN JO-**  
*bi, & ceto Jone Disquisitio.*

Bremæ, sumtibus Jo. Andr. Grimmii, 1723, 8.

Pl. 17<sup>2</sup>.

**M**axime Reverendus Autor, monumentis jam aliis haud vulgaris notæ inclytus, maxime *Bibliotheca historico-theologica*, quæ partim prodit in publicum, editione celeberrimum adeptus nomen, ostendere novo hoc libro annititur, *Leviathanem Jobi* esse non aliud, quam *cetum dentatum*, qui & *Orca* vocari solet. Huic ut sententiæ lucem circumfundat quam maximam, *primo* Capite *cetos dentatos* describit diligentissime, memorans inter alia, ætate anni 1721 accidisse, ut navis aliqua Bremensis e mari Hyperboreo, quod Greenlandiam alluit, exuvias hujus piscis Bremam deferret, ipsique occasionem præberet, e nautis percontandi, quicquid de pisce illo compertum habebant, itemque, quæ literis de eo mandata reperiuntur, e libris plurimis congerendi. Describit igitur §. 5, 6, 7 ejus piscis magnitudinem, & formam omnium membrorum, & maxime ostendit, quid inter eum & balænam discriminis intercedat. §. 8, 9, 10 ostendit, alio nutrimento uti balænam, alio cetum dentatum. §. 11 exponit, qua difficultate proxime captus a Bremensibus fuerit cetus dentatus, quantoque cum periculo, §. 12 sqq. docet, ex hujus piscis cerebro extractam fuisse ingentem copiam

L 1 2

pin-

pinguedinis candidioris, idque ipsum esse *Sperma ceti*, quod vocant in medicis officinis. Nec vero rarum est hoc cetorum genus. Ostendit enim §. 17 sqq. Cl. Autor, reperiri eos in omnibus maribus, Americæ, Africæ, Asiæ, & Europæ, idque e probatissimis Itinerariis luculenter demonstrat. Imo hujus generis cetum non unum e mari ejectum fuisse in flumina Germaniæ, exemplis declarat §. 23, & varia hujus piscis nomina exhibet §. 30.

*Capite II* Cl. Autor, conversis ad Jobæ Leviathanem oculis, ostendit, quæ de eo leguntur in sacro codice, ea neque in *balenam*, neque in *crocodilum* convenire: contra nullum aliud esse animal, cui omnia, quæ de Leviathane dicuntur, conveniant, si ab Orca discesseris; nec quicquam de Leviathane affirmari, quod non Orce ad amissum conveniat. Ostendit igitur primo, Leviathanem non esse *balenam*; ex eo, quod, quæ præcipue memorari solent de balæna, non memorantur de Leviathane: item, quod de Leviathane multa referuntur, quæ a balæna sunt aliena. Notum e. g. est, balænas capi levissimo negotio. At Leviathanis captura scribitur esse longe difficillima. Pari modo Leviathan legitur habere dentes, tergo esse impenetrabili, non posse dividi inter mercatores: quæ singula secus se habent in balænis. Eadem usus methodo Cl. Autor, nec *crocodilum* esse Leviathanem, manifestum facit, simulque hac occasione, quicquid de crocodilo veteres pariter ac recentiores memoriæ prodiderunt, exponit & uberrime & copiosissime.

*Caput III* est *ὄνοματελογικόν*, quippe quo vera nominis *Leviathan* origo & significatio investigatur. Statuit igitur, nomen illud non esse unam vocem, sed e duabus compositam. Scilicet *ל* ex Cl. Autoris sententia est vox separata, significans *magnitudinem*. Ad hoc efficiendum subsidia petit e linguis Arabum, Chaldæorum, Syrorum, Sinensium, Græcorum, Latinorum, Germanorum, Ægyptiorum, Hispanorum, Persarum, Indorum, Anglorum, Scotorum, Danorum, novumque hæc exhibet specimen amplissimæ suæ scientiæ etymologicæ. Altera pars nominis *Leviathan*, a *ל* derivata, Cl. Autori itidem significare videtur *grandem magnitudinem*. Jam vero *Orca* sive cetus dentatus cæteras omnes marinas belluas magnitudine & corporis mole antecedit: ut adeo & hic locum habeat vetus illud: *conveniunt rebus nomina sepe suis.*

*Cap.*

*Cap. IV & V* Cl. Autor ostensum it, omnia, quæ apud Jobum leguntur de *Leviathane*, convenire in *cetum dentatum*, simulque hac occasione cætera sacri loci verba illustrat & explanat studiosissime. Non licet nobis singula repræsentare hoc loco: id vero lectoribus nostris confirmamus, esse duo ista capita elegantioris doctrinæ referuissima, nec digna solum, quæ legantur, sed etiam, quæ relegantur. Unum illud prætereundum non putamus, quod Cl. Autor *Cap. V §. 35 sqq.* probabile facit, nec illud mare, cui proximus vixit Jobus, caruisse cetis hujus generis.

*Caput sextum* ideinque postremum verisimile esse ostendit, nec alium piscem fuisse, a quo Jonam Prophetam deglutitum fuisse legimus. Vulgo quidem creditur fuisse balæna. At hanc sententiam Cl. Autor eam ob causam rejicit, quod guttur balænae non capiat corpus humanum. Quod ipsum permovit Bochartum atque alios, ut *carchariam*, quod canis marini genus est, innui existimarent. Sed Cl. Autor multas easque graves profert causas, cur & hæc repudianda sit sententia. Prodiit autem non ita pridem in publicum nova sententia Medici cujusdam Lugdunensis in Gallia, cui nomen *Petaloffio*, & Collegæ nostri, Cl. *Heumannii*, statuentium, Jonam non descendisse in ventrem balænae, sed in ore ejus latitasse triduo. Nec videt quicquam Cl. Hæsius in ista sententia, quod vel cum absurditate aliqua connexum sit, vel regulis sanæ *ἐπιχειρῆσιν* adversetur. Imo ipse doctissimas fert novæ illi sententiæ suppetias §. 9, 10, 11 & 12, ac tandem concludit, si, a balæna absorptum esse Jonam, certum habeatur, percommodam esse hanc sententiam, reliquisque omnibus antefereendam. Verum cum cetus dentatus supra descriptus & os & guttur & ventrem tantæ capacitatis habeat, ut singula vel pluribus capiendis hominibus sufficiant, mavult credere, Jonam in ejus ventre reperisse commorandi locum. Cæterum cum nominatim *Heumannum* nostrum p. 252 Cl. Autor jubeat, quid de ipsius sententia sibi videatur, expromere, hic loci ejus *ἐπιχειρῆσιν* exhibere non dubitamus. Is igitur sic censet: *Celeb. Hæsius cum meam proponens atque expendens sententiam, tum suam defendens, ita se gessit, uti dignum est viro sapienti riteque tractanti has literas. Utra vero sententia sit verior, ego quidem non video, ac fortasse videbit nemo. Hoc clare planeque intelligo, alteram esse*

*veram, hoc est, aut Jonam habitasse in ore balenæ, aut (si modo certum est, fauces Orca esse satis amplas,) in ventre Orca. Sed utriusque tanta patrocinatur veri species, ut utraque pari videatur radiare luce, utque neutra alteri cedere cogatur. Scilicet cognitio veritatis (en novam distinctionem, Logica intexendam!) est duplex, positiva & disjunctiva. Illa est, qua cognoscimus certam veritatem: hæc, qua cognoscimus, e duabus sententiis alteram esse veram, non tamen perspicientes, utra sit vera vel falsa. Cognitionis hujus sive certitudinis disjunctivæ exempla plurima Cl. Hasæo in memoriam facile revocabit assidua, in qua versatur, sacre exegeseos tractatio.*

### DISSERTATIO DE REGNO MEDO-

*Persarum.*

Th. I.

**P**ostquam, quis ille Darius Medus, qui in libro Danielis memoratur, explicaveram, (v. Acta Er. 1722 p. 201) video mihi rem futuram cum duobus maximi nominis viris, Marshamo & Harduino, qui regnum unum Medo-Persicum in duo distinxerunt, suum unicuique Regem imponentes. Prætereo Torriellum, Salianum, Usserium aliosque, qui eandem quidem foverunt sententiam, sed non tantis viribus propugnarunt. Hi autem duo ita de veritate ejus videntur convicti, ut nihil omittant quod eam aliqua ratione stabilire possit.

Th. II Communis sententia est: Persas a Phraorte Medo subjectos paruisse, licet gravate, Cyaxari & Astyagi, & a Cyro ad rebellionem incitatos, ipsum cum Medis Astyagem vicisse, id quod clare Herodotus narrat. Neque Scriptura huic narrationi obstat. Nam de Persis ante Cyrum fere nihil habet, id tamen nos docet Jer. cap. 49, imperante Zedekia, Elam (Persidis partem) a Nabuchodonosore subigendam, & probabiliter ante excidium Hierosolymæ, Susa autem Elymaidis urbem paruisse Balthasari Regi Babylonis, non potest esse dubium, cum Daniel Propheta Susis degens prophetiam cap. 8 sub Balthasaris imperii anno tertio ediderit, quod non fecisset, nisi & ille & Susa Balthasari eo tempore subjecta fuissent. Erepta itaque Persis a Nabuchodonosore Elam mansit in obsequio ejus & filiorum, donec Dario Medo una cum Babylonia cederet. Quo victo, Cyrus non utile

ratus

ratus urbem Babyloni & aliis gentibus tam propinquam, Persis quoque *Περσων*, & quod magis, quietam & rerum novarum non cupidam, sed semper aliis subiectam, alii relinquere, collocavit in illa Regiam, ut Strabo l. 15 habet. Ita toto isto temporis intervallo non nisi unus Rex Medis simul & Persis imperavit, & avulsa Elymaide, reliqua Persia Medis paruit. Ita Darius Medas, qui Astyages est, Medis & Persis imperavit, Dan. 6; Assverus, Cyri successor, Persis & Medis, Esth. 1, Scriptura fere semper nationi imperanti primum locum attribuyente, Strabo libro 11 ait, Medos fuisse *αρχηγετας* vel Dominatores Persarum, sicut post illi ipsi Persis subiecti. De duobus autem Mediæ & Persiæ Dynastis simul regnantibus nil memorat.

Th. III. Marshamus hic multa de suo ingenio admiscet. Verba recitare prolixum est. Legi possunt in Canone Chronico p. 204 ad 209 & 221, 222, ed. Franequ. Statuit nempe (1) Darium Medum filium Cyaxaris, fratrem Astyagis, fuisse primum Regem Medo-Persarum vel primum Regem genere Medum, Persis imperantem eo tempore, quo pater & post frater Medis imperabant. (2) Cyaxarem patrem ejus Scythicarum invasionum fatigentem, Persis non nisi invitis Medorum Regi obedientibus, hunc filium suum Regem præposuisse, ut eo melius retineret amicos & foederatos; (3) hunc Darium Susam expugnasse; (4) Filium huic ipsi fuisse Cyaxarem seu Assverum, Estheræ maritum, & filiam Mandanen Cyri matrem. Fatetur ipse de tali regno neque in vetustis, neque in recentioribus mentionem fieri, neque Persas inclaruisse nisi sub Cyro. Adjicit, Darium Medum in Scriptura Babylonis Regem non nominari (cum tamen Dan. 9 dicatur super regnum Chaldæorum eversus, & ipse concedat Chaldaici regni portionem obtinuisse.) Incertus quoque causæ, in Genealogia sua Darium hunc binominem facit, & Astyagem æque ac fratrem appellat, duos ita Cyaxares & duos Astyages faciens. Sed neque in Scriptura, neque in Antiquitate testes pro sua sententia tales invenit, qui idem cum Marshamo dicant, quod nempe Cyaxares duos filios, unum Astyagem, alterum Darium Medum Astyagen habuerit. Sed operæ pretium est testes, quos adducit, in examen vocare.

Th. IV Ex Scriptura sacra allegat (1) distinctionem apertam

tam inter Elam & Madai vel Perfas & Medos, Ef. XXI, 2: *Ascende Elam, obside Madai*, & Ef. XXII, 6: *Elam pharetram sumsit, Kir eduxit clypeum*. Resp. sed nihil inde fluit, nisi duas nationes fuisse. Ita Juda & Israel sub Davide & Salomone distincte ponuntur, & faciliore negotio duæ nationes ab uno Imperatore educuntur, quam duo Reges in fœdus conveniunt. (2) Adducit Jer. XLIX, 38: *Reges Elam excindam*, & LI, 28: *sanctificate gentes contra eam, Reges Media*. Resp. Nihil clarius est, quam Reges hic pro Ducibus sumi, qui uni Regi suberant, ideo & ejusdem capitis § I v. II unius Regis fit mentio: *Deus excitavit spiritum Regis Media contra Babylonem*. Et consueta hæc Scripturæ phrasîs est. Ita Jer. XXV: *omnes Reges Tyri, omnes Reges Zidon*, &c. cum nemini non notum, unum Regem Tyro imperasse, & non plures simul. Ita I Reg. XX, 1, 16: *Benhadad & Reges ejus*, &c. (3) Addit: Regnum Medo-Perfarum Dan. VIII designari per *arietem duo habentem cornua alta, & alterum altero excelsius, & quod excelsius, postremo erupisse*. Resp. Arietem esse unum Regem, cornua duo regna, quorum Persicum excelsius, post Medos ad dominationem perveniens. (4) Urget vocem פֶּרְסִים Dan. V. *Divisum regnum tuum & datum Medis & Persis*. E. Divisi Principes, inter quos regnum Balthasarîs divideretur. Resp. Sed nihil tritius apud Commentatores & Lexicographos, quam *פֶּרְסִים* significare, *avellere, abrumpere*. Clamat ipsa res hoc in loco ita intelligendum. Venit enim & suscepit regnum unus saltem Rex (& non duo) qui Darius Medus nominatur, quod ex Media erat. Regem autem non expresse nominari, quid mirum est? cum Nahaz Rex Ammonita saltem vocetur Sam. XI, 1, ut alios taceam. Hæc præcipua Marshami ex Scriptura sacra argumenta. Reliqua prætereo vel plane detorta, vel huc nihil facientia.

Th. V. Post Scripturam Herodotus adducitur dicens: *Perfas vivente Cyaxare jampridem dedignatos parere Medis*. Resp. Hoc vere dicit, sed nihil ulterius. Rebellasse autem Perfas & Regem sibi constituisse ante Cyrum, non dicit. Longe autem diversa sunt, invitos parere, & novum sibi Regem sumere. Nec unquam dixit, Cyaxarem filio juniori Perfidem regendam tradidisse. Æschylus quoque a Marshamo producit, quem credit

dit clare affirmare, Susa a Dario Medo expugnata. Resp. Nego Æschylum id dicere, ne cogitare quidem. Scaliger male versum Æschyli transposuit, ut ipse Stanlejus in notis contra Marshamum observat. Æschyli in persona Darii Hytaspis loquentis verba huc tendunt: *Ab adulatoribus istis Xerxis filii mei magni & semper memorandum opus peractum est, nam per calamitosam hanc in Græciam expeditionem Xerxes Susa magis viris vacua reddidit, quam unquam fuisse, ex quo unus vir Asiæ imperavit.* Hic Æschylus de unius imperio in Asiâ, & non de regno diviso, ut vult Marshamus, loquitur. Unde recenset Darius illos, qui ante se Susa rexerunt. *Primus erat Medus Dux exercitus. Medus dicit, & non Darius Medus.* Medus hic est nomen gentile. Rex primus erat Medus & non Persa, ut ego sum. Nihil autem (nisi versu inique transposito) legitur de Susorum ab illo Medo expugnatione. Quod autem verum hujus Regis nomen non posuerit Æschylus, metrum in causa fuit. Ita in sequentibus neque Astyagis, neque Cambysis nomen invenies. Retrocedendo jam a Cyro, Medus hic debet esse Cyaxares, qui subjugatis Assyriis primus Asiæ imperare dici poterat, & quod Persæ res novas moliebantur, Susa forte munivit. Sed Susa & Elam a Nabuchodonosore vel Cyaxari vel filio ejus erepta nescivit Æschylus, parum antiquæ historiæ gnarus.

Th. VI. Post hos prodit testis Xenophon, qui in Cyropædia Astyagi Medorum Regi dat filium Cyaxarem, & alium eo tempore Persarum Regem ponit (quem Cambysen nominat) cui data in matrimonium Mandane Astyagis filia. Resp. Sed neque Xenophon ipse cum Marshamo convenit, neque si conveniret, ideo veritatem proderet. Xenophon Cyaxarem filium Astyagis nominat, sed Marshamus vult Cyaxarem esse Darii Medii fratris Astyagis filium. Nihil Xenophon de duplici Astyage Marshami memorat: sed liber de Cyropædia non scriptus est juxta historiæ veritatem. Ut perfectum edat Dominatoris exemplum, vitia præterit, & eo fine nihil omnino memorat de rebellionem Cyri contra patrem Astyagem, de qua tam in Chronologia quam in historia mirus veterum consensus. Hujus infidelitatis convictus quam fidem in reliquis mereri potest? Et nescio unde Xenophonti in antiquitatibus Persicis hæc notitia? Nam ut miles Cyri junioris partibus adhæsit, nec unquam in aulam Re-




gis Persiæ venit. Hinc imperitius sæpe de rebus antiquis loquitur, ut de Cyri expeditione in Ægyptum, Babylonis Rege Assyrio, &c. Imo nulla monumenta profert, fabulam potius texens, quam historiam. Ideoque non bene agit Marshamius, qui, juxta propria verba, ex Herodoto, Ctesia, Xenophonte delibat, quæ vult, & in unum compingit, ita veritati mendacium admiscens, & monstruosam nobis historiam exhibens. Xenophonti adjungi potest Josephus, qui *Darium Medum Astyagis filium facit*. Sed neque ille cum Marshamo convenit, fratrem dicente, & Josephus præterea ipse videtur a Xenophonte deceptus, quod filium habuisse Astyagem crederet, judice Petavio. Facile assentior. Simile enim utriusque ingenium, & ut Cyrus Xenophontis, ita Moles Josephi multa perverse & ostentatorie admittit habens. Interea Josephus de Dario Medo, quæ non vera sunt, profert, scilicet destruxisse illum Babylonis regnum, quod aliter ex Scriptura patet, & Dissertatione mea priori.

Th. VII. Recentiores inde Autores a Marshamo allegantur, Scholiastes Aristophanis & Suidas, Darium alium Dario Xerxis patre antiquiorem statuentes, a quo nammi Dariaci appellationem nacti. Resp. Sed non dicunt, Darium hunc solis Persiæ regnasse, ut distinctum in regno Medo-Persarum Principem, id quod probandum erat. De reliquo res clara est, antiquiorem hunc Darium esse Darium Medum, qui Herodoto Astyages nominatur. Certe quo exactius nomen Astyagis examino, eo magis convincor corruptum nomen *Darjavesb* esse. Nominum enim mutationes permultæ sunt, præsertim Barbarorum, ajente Strabone l. 16 circa finem. *Darjavesb* itaque Ebræum primum in *Darickes* five *Dariakes* deflexit. Inde ab aliis nationibus Persicæ linguæ ignavis, & *to Art* præfigi audientibus tot maximorum virorum nominibus apud Persas, ut Artaxerxis, Artabazi, &c. *Dar* in *Art* mutatum est, *Artiages* (G & K facile permutatis) dicendo. Græci autem Asiatici, Iones, Æoles & Dores *to Σ* euphætheticum communiter usurpantes, facile *Astyages* pronuntiare poterant. Barbara enim Græcis ab initio hæc nomina, nec nisi cum imperio assueti sunt. Quin imo de Regibus Persiæ ante Cyrum nihil nisi ex ore peregrinantium notum habuerunt, unde facilius hæc mutatio contingere poterat. Reliquos Marshami te-


les

flēs prætereo minoris momenti, certus *ὁμολογῶν* ne unicum quidem in hac causa adducere.

Th. VIII. Harduinus autem in Chronologia Veteris Testamenti p. 550 & sqq. ed. Op. Sel. operosius rem aggreditur, sed non ea, qua Marshamus, integritate. Nulla enim fere monumenta adfert, Autores veteres optimos, ut nulla fide dignos, exhibens. Tot interim nobis ipse circumstantias narrat, ut sine probatione clara recipi omnino nequeant. Nempe supponit (1) Cyaxarem Mediarum Regem Herodoto nominatum duos habuisse filios, Astyagem & Assverum. (2) Astyagem natu majorem Patri successisse in utroque regno Mediarum & Persiarum. (3) Hunc anno 9 regni a Nabuchodonosore Persia expulsum, Mediam inde solam tenuisse. (4) Fratrem ejus Assverum, pulso Nabuchodonosore Persiam recepisse, & hunc esse Assverum Estheræ. (5) Ea ratione a duobus fratribus eodem tempore regnatum esse, ab Astyage in Media, ab Assvero in Persia, concordia maxima. (6) Astyagem, vivente adhuc Assvero, a Cyro victum, & ita Cyrum in regno Mediarum successisse, consentiente Assvero, fratre Astyagis, quod, cognita scordia fratris, metueret, ne Cræsus illi Mediam, sicut Persidem ante Nabuchodonosor, eriperet. (7) Assvero mortuo in Persia successisse filium Darium Medum. (8) Hunc Darium, junctis cum Cyro copiis, Babylonem cepisse, cui Balthasar tunc imperabat. Reliquisse autem Balthasari regnum fiduciarium ea lege, ut, si prole mascula Balthasar careret, Persis Medisque Babylonia cederet. (9) Mortuo itaque post tres annos Balthasari successisse in Babylonia Darium Medum Persidis Regem & regnum ex fœdere suscepisse, quod unum saltem annum vivis ereptus tenuit. (10) Successisse Dario in Persia & Babylonia Astyagem Medum filium, sub quo Susannæ historia contigit. (11) Eo mortuo, Cyrum occupasse Babyloniā, & tenuisse, dum viveret, auctoris magis quam rectoris nomine. Erat enim Astyagi Medo filius, Assverus nomine, nondum ad ætatem maturam proventus. (12) Cyro autem extincto, Assverum in regno Patris successisse, Cambyse Cyri filio Mediam tenente. (13) Huic Assvero Medo successisse fratrem Artaxerxen, qui Judæis non favens, templi structuram prohibebat. (14) Hujus Artaxerxis anno quinto, Babylonem a Dario Hystaspæ captam, & sex annis retentam, inde a Dario redditam illi ea conditione, ut



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>

altero regno suo, Persie scilicet, in perpetuum Dario & successoribus cederet. (2) Hunc Artaxerxen post 34 annos regni mortuum esse, & Xerxen utrumque regnum Mediarum & Persie conjunxisse. Mirum hoc historiarum systema, & omnia fere nova & ignota, Successores, bella, fœdera, conditiones, de quibus ne fontantur quidem Antiqui. Et cum ab ipso Marshamo tanto intervallo discrepet, clara est utrumque non nisi ex meris conjecturis agere.

Th. IX. Vocemus ergo in examen Systema Harduini, quod si quatenus unquamque Thesin exequendo, nam fieri aliter nequit, cum continua serie omnia coherant, & tali quidem nexu, ut, si vel uno fallat, totius Systematis fides cadat. Certe in tanta re produci testes debent, & verba eorum cum Harduini verbis conferri. Conjecturis enim solis id nunquam datus, ut a clara Herodoti narratione recedamus, & quae nunquam gesta, verastatimus.

(1) *Cyaxarem duos habuisse filios, Astyagem & Assverum* unde probat Harduinus? Ne unicum quidem adduci testem video. Forte tamen, quod res est, conjicio. Videns Harduinus, a Daniele patrem Darii Medii Assverum vocari, hinc suum Assverum erulit. Sed Assverus Danielis Cyaxar sive Guaxares Herodoti est, *Cyaxar & Achashverosh* summam habent convenientiam, licet aliter Harduino videatur, quem tamen Scaligero hic cedere equum est. Liceat itaque, nullis in contrarium testibus ab Harduino productis, credere, Assverum illum patrem Darii Medii fuisse ipsissimum Cyaxarem, & non filium ejus. Videtur enim mihi *Cyaxar* seu *Cyaxares* esse nomen mutilatum ab *Achashverosh*, sicut Sarchedon vel Sargon ab Assarchadon, & verum nomen Medicum seu Persicum fuisse Achashverosh, tanto magis cum gloria plenum hoc nomen sit, *Achash* Persis denotante dignitatem, majestatem, honorem. Quod autem nomen hoc commune quidam dicant, id ex Scriptura ipsa satis refutatur. Xerxes autem non esse Assverum, ut vult Harduinus, inde probatur, quod Xerxes sit Xir-Xa Persicum (v. Relandi Diss. de veteri lingua Persarum) ab Achashverosh omnino differens.

(2) *Astyagem Cyaxari patri in regno Media & Persie successisse*, nullam difficultatem habet, omnibus consentientibus.

(3) *Astyagem a Nabuchodonosore Perside expulsam*, non ita se habet. Elymais, pars Persidis, a Nabuchodonosore subacta, reliqua Persia sub Medis remansit. Quo anno hoc factum, determinari praecise nequit, cum Scriptura saltem dicat circa initium Zedekiae prolatae prophetiam. Quia ratione difficile erit divinare, circane finem Cyaxaris, an initium Astyagis completa fuerit.

(4) *Fratrem Astyagis Assverum, pulso Nabuchodonosore, recepisse Persidem*. Id praeter Harduinum nemo unquam memoravit. Contra Scripturam plane est, quae Susa tertio adhuc Balthazaris anno Babyloniarum regno jungit, Daniele ibi legente Balthazaris subdito, quem tamen satrapae Regionis fuisse, Scaligero non assentior. Rationem nullam testemve tam insignis mutationis profert Harduinus, contentus hac conjectura: *Assverus Susa resedit, E. non potuit esse Rex Media, qui Ecbatanis domicilium*

*oillum habebat.* Sed nec talis Assverus fuisse probatur, nec Sitis refedit-  
se legitur (maritum enim Estherz alium fuisse, suo tempore demonstra-  
bitur). Interea non video rationem, cur Assus Imperator plures simul Re-  
gias & in pluribus locis habere non posset.

(5) *Concordia regnandi inter fratres cadit hoc ipso, quod nunquam  
simul regnaverint.* Alias rara est concordia fratrum, imprimis in folio.  
Sed Harduino facile istiusmodi comminisci.

(6) *Astyagem a Cyro victum & Mediam subjugatam, verissimum est.*  
Sed quod addit Harduinus, *vivente Assvero hoc factum, & consensisse  
illum, ne socordia fratris Media Craso cederet, sicut Persia olim Nabu-  
odonosori,* hoc neque in Scriptura neque in ullo veterum monumento  
fidem habet vel fundamentum. Cyrus ipse Persa erat, & Persarum Dux  
contra Astyagem tali consensu opus non habebat. Nec unquam talis fuit  
Assverus, qualem nobis depingit Harduinus, qui & de hoc, & de socor-  
dia Astyagis nobis, quæ vult, propinat.

(7) *Assvero in Persia successisse filiam Darium Medum,* Harduini hy-  
pothesis est. In se quidem verissima, Cyaxari successisse Astyagem, sed  
non in sola Persia, sed in Media & Persia simul. In sensu autem Harduini  
falsa est, nempe Cyaxaris filio Assvero (qui nunquam fuit) successisse in  
solo regno Persico hujus filium, Cyaxaris I nepotem, Darium Medum,  
patrum ejus Astyagæ regno Medie dejecto, & Cyro tunc temporis Medie  
imperante.

(8) *Darium Medum cum Cyro sanctis copiis Babylonem occupasse.* Ne-  
mo veterum id unquam dixit. Solus Xenophon Astyagis filio Cyaxari id  
tribuit, quod Harduinus Dario Medo. At Xenophonti fides haberi ne-  
quit. Herodotus contra & Berosus una voce Cyro soli Babylonis, expu-  
gnationem asserunt, & cum Babylon a Rege Medie occuparetur, Laby-  
nitum seu Nabonadum ibi regnasse tradunt. Sed Harduinus misere hi-  
storiam Labynti deformat. Illum eundem cum Balthasare vult p. 559,  
quod contra omnem historiarum fidem est, imo nomen ejus commune po-  
tius quam proprium fuit, sicut Pharao Egypti, quo nihil minus ve-  
rum. Pater enim Labynti, ex Magnatibus Babylonia quidam, idem no-  
men habens, arbiter pacis inter Cyaxarem & Alyatten erat, una cum Sy-  
cemesi Cilitæ. Et filius post Balthasaris eundem Rex a conjuratis procla-  
matus est. Qui E. interfector Balthasaris ipse Balthasar esse potest? Ma-  
ter autem Nitocris Regina erat, eo quod Regis mater. Corruit E. sen-  
tentia illa, *Darium Medum cum Cyro occupasse Babylonem.* Cum Scriptu-  
ra plane distinguat ea, quæ Harduinus confundit. Bis enim Babyloni-  
cum seu Chaldæorum regnum in Scriptura a Media legitur occupatum.  
Primum, Dan. VI, Dario Medo suscipiente regnum, quod sine armis, ipso  
fatente Harduino, factum. Rerum, cum armis caperetur & vastaretur,  
Jer. LI, quod a Medorum Rege perficiendum prædicitur, & populo ad A-  
quilonem (qui situs Medie est in respectu ad Babylonem) & hoc a Cyro  
factum tota consentit Antiquitas. Prins Daniel memorat, ut suo tempo-  
re factum, Posterus Jeremias ut complendum prædixit, & Zedekie an-

no 4 prophetiam Babylonem legendam transmisit. Prior occupatio posteriori ad minimum 20 annos antevertit. Jam vero Harduinus tempora confundit & pervertit. Posteriori, quæ Cyri est, priori, quæ Darii est, quatuor annorum intervallo anteponit. Vis rationem nosse? En lepidum commentum: *Reliquisse Balthasari regnum fiduciarium eo lege, ut, si prole mascula careret, ejus regnum Persis Medisque cederet.* In quibus ergo tabulis scriptum hoc fœdus? Ego certus sum commentitium esse, nam juxta Scripturam, Balthasar jam occisus erat, antequam regnum capesseret Darius Medus. Antiquis tamen testibus istiusmodi fœdus probari debebat; sed Harduinus duas affert conjecturas: (1) *Nabuchodonosorem eadem conditione abduxisse Jojakim captivum, quod certe nunquam probari potest, & si vel probatum, consequentia tamen non valeret.* (2) quod dicitur *suscipisse regnum. E. ex fœdere suscepit.* Sed nonne aliæ rationes supererant, in priori Diss. memoratæ, ut non opus esset ad fabulas & commenta recurrere.

(9) *Mortuo post tres annos Balthasari successisse in Babylone Darium Medum, & annum saltem regnasse.* De annis Balthasaris in Dissert. priori dixi. Successit vere Darius Medus, sed quod annum saltem regnavit, ex eo probat Harduinus, quod Daniel primi tantum anni meminerit, quæ ratio non impedit, quin plures regnarit.

(10) *Astyage Medum Darii Medi filium, successisse Patri, sub quo historia Susannæ contigit.* De hoc Astyage nemo, præter Harduinum, loquitur, & quidem nobis illum ex fragmento Danielis c. XIV obtrudit. Verba sunt: *Et Astyages patribus associatus & Cyrus ejus regnum suscepit.* Quæritur, de quo Astyage loquatur fragmentum? Mihi certum est, de Astyage tunc temporis noto, Herodoteo, Cyaxaris filio. Nam Harduini Astyages, filius Darii Medi, ante Harduinum non natus, neque notus. E. de illo loqui non potuit. Confundit tamen Autor Fragmenti tempora Medici & Babylonici regni, cum Cyrum successisse Astyagi dicit. Nam in Babylonis regno successit Nabonnado. Neque autoritas hujus fragmenti tanta est, ut opus sit immorari amplius. Historiam Susannæ licet veram esse non nego, collato in primis Jeremix loco c. XXIX, 22, 23, multis tamen assumentis inquinatam credo.

(11) *Cyrus, mortuo Astyage Medo, Babyloniæ occupat, tutor magis quam rector, nomine sc. Assueri, filii Astyagis Medi, qui ætatem nondum habebat, ut regnare posset.* Nova hæc Harduini fabula, cujus nullum edere potest testem. Scriptura contra ex ore ipsius Cyri fabulam hanc refutat: *Dominus Deus caelorum dedit mihi omnia regna terræ.* Esd. I. Quod autem pupilli est, id tutori a Deo non datur. Huic veritati Herodotus & tota antiquitas consentit: Cyrum suo nomine Babyloniæ & armis occupasse. Nec mirum, cum hæreditatem avi Darii Medi repeteret.

(12) *Assverus, Astyagis Medi filius, post mortem Cyri in regno patrio succedit, Cambyses filio Cyri Mediam tenente.* Hic Assverus producitur ex Esd. c. IV, 6, sed quod filius Astyagis fuerit, ibi non dicitur. Fuit enim ipse Cambyses, cujus regnum nomen Assverus, ut in dissertatione de historia

Storia Estheris demonstrabo. Harduini autem Assverus hoc ipso cadit. Ubi enim pater Astyages fectus, filius Assverus verus esse nequit. Cambysen autem solum Mediam tenuisse, Perside & Babylonia alii Regi subiectis, contra omnem historiam fidem est. Nisi enim regnum Babylonia tenuisset, quomodo in Aegyptum penetrasset, cum Syria & Palastina, per quas eundem (v. Herod. l. 3 c. 5) Babylonia regno subessent, & ulteriora occupare, citioribus nondum obtentis, non consultum foret. Sed de Cambysis in Persiam & Babylonia imperio nemo unquam veterum dubitavit. Non Herodotus, qui Susa Smerden fratrem suspectum misisse dicit, non Ctesias, qui Babylonia venisse, antequam moreretur, tradit, non Xenophon ipse, neque Josephus. Nec se Cambyses patre majorem fuisse adulatoribus credidisset, si tanta paterni regni portione excidisset. Satis est figmenti hujus nullam autoritatem producere posse Harduinum.

(13) *Huic Assvero Medo successit Artaxerxes frater, templi instaurationem prohibens.* Artaxerxes hic ex Esdra l. e. v. 7 eruitur, sed fratrem Assveri fuisse vel filium Astyagis, ne gry quidem legitur. Scilicet Magus fuit, imperium sub nomine fratris Cambysis invadens, qui quidem frater Smerdes ab Herodoto appellatur, sed quod nomen illustrius haberit, dubitari nequit. Tanyoxarces Ctesias appellat. Sed verum haud dubie nomen fuit Artaxerxes. Magus autem regnans ejus nomen assumpsit, ut eo tutius populo illuderet. Beneficentia quidem erga omnes hunc Magum fuisse, Herodotus narrat, sed eo ipso Judaeis contrarium se exhibet, amorem reliquarum gentium sibi conciliaturus, si misero huic populo, omnibus invisio, malefaceret. Genealogiam ejus texere, Harduino relinquo, cui labor & artificium tale non magni constat.

(14) *Darius Hystaspis anno Artaxerxis 5 occupasse Babylonia, & sex annis tenuisse, inde reddidisse Artaxerxi ea conditione, ut Persia cederet.* En iterum falsa mixta veris! Darius occupasse Babylonia, certum est, sed rebellem. Rebellare autem non poterat, si legitimum haeredem pro Rege habuisset. Et mirum, quomodo cedere posset Persarum Regibus regnum quod ipsi tenebant. Babylonia enim Dario suberant & tributum annuum solvebant. Herod. l. 3 c. 92. Susis Darius Regiam ipse extruxerat, ut Plinius l. 6 c. 27 testatur, adeoque ibi commorabatur. Quis E. ille Artaxerxes? quale cessionis pactum? unde ille inter regna Darii & Artaxerxis synchronismus? Scilicet ex sola conjectura Harduini ex loco Esd. VI. 14. *Et aedificaverunt, & posuerunt fundamentum juxta mandatum Dei Israelis, & mandatum Cyri, Darii, Artaxerxis Regum Persarum. E. Darius & Artaxerxes contemporanei Reges.* Quis consequentia? Ea ratione etiam Cyrus Dario & Artaxerxi conregnasset, quod absurdum. Artaxerxes autem capitis 4 Esdrae longe differt ab Artaxerxe 6 capitis. Ille templi structuram prohibebat, hic promovebat. Sunt autem alii, qui Esdrae annos obstare credunt, quo minus ad tempora Artaxerxis Longimani, & quidem annum 20 pervenire potuisset. Supponunt enim patrem ejus fuisse Serajam, interfectum eo anno, quo Hierosoly-



Solyra capta. Sed Serajasille avus fuit Esdræ, & non pater. Tempor<sup>o</sup> Artaxerxis sive ficti, sive veri non permittunt, ut pater sit. Nam anno 20 Artaxerxis vegetus ad omnia officii munia Esdras erat. Harduinus sola conjectura ductus Serajam illum ejus patrem statuit, qui Esti. II, 2 legitur rediisse. Sed vere ex genere Pontificis Serajæ erat. De reliquo, quo anno circiter natus Esdras, scire parum interest. Quod autem Harduinus dicit: *Darium sex annis tenuisse Babyloniam, & post reddidisse*: prius non habet nisi ex eo, quod sextus ejus annus in Scriptura memoretur, & non ultra. An ideo Babylone post sextum annum privandus? Posteriorius, quod reddiderit, id parum putum figmentum est.

(15) *Artaxerxe mortuo, Xerxes duo conjunxisse regna.* Hæc scena catastrophe ab Harduino instructa. Neque vola neque vestigium in Antiquitate reperitur, quocunque oculos circumferas. Sed quo clarior Darii & Xerxis historia, eo audacius inceptum, fabulam hucusque protrahere, & vix aliam quam instructissimo Harduini ingenio ignoscendum. Qui tamen non mediocriter sibi placet Systematis hujus novitate, se Scripturam ducem sequi jactans, cum alii profanos Scriptores sequantur: se salva sua cuique Regi nomina, nec in alia commutata servare. Sed vitando hoc vitium in contraria currit, multiplicando personas, fingendo Reges, successores, bella, fœdera, quod adhuc pejus mihi videtur.

Th. X. Monstravi itaque, divisas has Regni Medo-Perfici Successiones nullum omnino habere fundamentum vel in Scriptura, vel in antiquitate, sed potius contraria omnia esse. Fateor ingenue, nescire me, quis primus hujus hypotheseos autor exstiterit? Nihil enim tale in antiquis Græcorum Scriptoribus invenitur, nihil in Latinis, qui antiquas historias pertractarunt. Adhuc mediæ ævi insigniores Chronologi tres Syn-cellus, Cedrenus & Autor Chronici Alexandrini (licet & illi Nabonnadum cum Dario Medo confundant, & postremus duos ex uno Dario ex male intellecto Daniele faciat) eandem mecum sententiam haud obscure fovent, Darium Medum non esse nisi ipsum Astyagen. Facile itaque adducor, ut Petavio subscribam, qui Interpretum quorundam & Chronologorum circa Darii Medo explicationem ἀπορίων commentum esse credit, quod tandem a doctissimis viris Marshamo & Harduino speciose incrustatum est, quorum ideo argumenta refellere conatus sum, de cetero utriusque eruditionem & in Remp. literariam merita submisisse venerans.



Fauta hæc Sphalmata typographica, quæ in Diss. meam de Dario Medo his Actis anno superiore insertam irrepere, B. L. ita corrigat: Pag. 202 (Theſis sextæ) linea quinta pro *Epro I* lege *pro 2*: pag. 203 Th. 7 l. 7 & 8 pro *Reges* lege *Leges*: l. 11 pro *L & I* lege *L & N*: Th. 91. 6 pro *regnum factus est lege regnare factus est*: pag. 205 Th. 13 l. 11, 12 pro *Phraate* lege *Phraorte*: l. 14, 15 pro *ascende Madai* lege *obſide Madai*.

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Julii Anno MDCCXXIII.*

HISTOIRE DES PROVINCES UNIES DES  
Pays Bas &c.

i. e.

JOANNIS CLERICI HISTORIA PROVIN-  
ciarum Unitarum Inferioris Germaniæ. Tomus I, de iis  
agens, quæ ab Anno MDLX usque ad Annum  
MDCXVIII evenerunt. Accedunt Numismata poti-  
ora, eorumque explicatio, a primis initiis usque ad fœdus  
securitatis Belgarum causa Anno MDCCXVI  
de Limitibus initum.

Amstelodami, apud Honoratum & Castellatum, 1723, fol.  
Alph. 6 pl. 7.

Serius, quam nonnullis par videbitur, dicere institui-  
mus de nobili opere Viri aliis multis, & diversissimæ quidem do-  
ctrinæ monumentis dudum clarissimi; sed studio id a no-  
bis factum esse, iidem sciant, ut toto volumine rite perlecto eo  
rectius de eo dicere possimus. Historiam tradere incepit Celeb.  
Clericus Fœderati Belgii universam, sed in qua frustra quæsi-  
veris omnia, quæ in tanta rerum gestarum abundantia, & maxi-  
ma scriptorum diligentia afferri atque cumulari poterant, omni-  
um vero minime ea, quæ his etiam, quibus ista debebant esse no-  
tissima, dubia sunt atque incerta, obsidionum scilicet & prælio-  
rum minima momenta & pene superstitionas descriptiones. Po-  
tissima collegit Autor & certissima, eo ordine, quo evenerunt, ea  
connexione, quam ipsa rei natura suggessit, causis in primis ad-  
ditis eventorum, quo ipso vivida & succulenta historia a jejuna &

N n

gracili

## ACTA ERUDITORUM

gracili narratione distat. Usus est in hac re scriptoribus, qui exstant, nobilissimis, Grotio imprimis, Reidano, Meterano, & in novissima hujus Voluminis, Uytendegardo & Beandio, adhibitis etiam Strada & Bonivellio, quoniam in illis cum alibi, tum maxime, ubi iconem Guilielmi I Auriaci Principis effingere satagit, judicantem, merito, sed modeste & ex ipsis rerum argumentis castigat. A partium studiis quoni modo sibi temperavit Noster, Hispanica facinora absque acerbitate, violenta civium in Arminium & asseclas molimina absque convitiis recensuit, fortiaque facta Alexandri Parmensis, Ambrosii Spinolæ, Mauricii Nassovii ita suo loco laudavit, ut illos duos Reipublicæ hostes, hunc Remonstrantium, quos vocant, inimicum fuisse ibi non agnosceres. Cum Basnagio, doctissimo Annalium Fœderati Belgii conditore, hoc hæcenus habet commune, quod uterque in ejusdem gentis rebus laboret; sed cum illi Annales a Pace Westphalica initium habeant, Nostri Historia prima Reipublicæ cunabula, & quæ ad annum Seculi superioris XVIII contigerunt, complectitur; quod ea fini factum, ut, si alteruter eorum, vel ambo, senio propiores, prius ex hac vita evocentur, quam cœptos labores perficiant, utriusque opera Belgii Historia universa vel potissima ejus pars descripta extet. Provinciæ sunt septem, quæ longissimi cruentissimique belli hoc adeptæ sunt præmiium, ut summa libertate fruantur; Geldria cum Zutphanicæ Comitatu, Hollandia cum Westfrisia, Selandia, Ultrajectum, Frisia, Transfalana, Groninga. Hæc fœdere Ultrajectino ita inter se sunt colligatæ, ut rem publicam communi consilio & opera administrarent, in reliquis unaquæque provincia pro summa libertate res suas sibi habeat. Rerum summa est penes Status uniuscujusque provinciæ, qui sunt apud Geldros Nobiles & Civitates trium quaternionum (*trois quartiers*) Noviomagensis, Zutphanicæ, Arnhemensis (quartus enim, quem superiorem vocant, *le haut quartier*, Hispanicum jugum non excussit,) apud *Hollandos*, Nobiles & Civitates octodecim, quas inter appelles sex majorum gentium, Dordracum, Harlemum, Delphos, Lugdunum, Amstelodamum & Gandam, reliquas minorum gentium, utpote à Guilielmo I Auriaco, Reipublicæ conditore,

ad

ad publica suffragia admittas, Roterodamum, Gorichemum, Schiedamum, Schoonhoviam, Brielam, Alcmariam, Hoornam, Enchusiam, Edamum, Monachodamum, Medenblicum, & Purmerendam: apud *Selandos* Nobilitatis princeps, Marchio Veeranus & *Vlissingæ* Dominus, tum Civitates sex, Medioburgum, Ziericzedæ, Goesa, Tola, *Vlissinga*, Veera: apud *Ultrajectinos* ordines tres, Clerus, Nobiles, Civitates: apud *Frisos* Præfecturæ Ostrogovianæ, Westergovianæ, Sevenwoldianæ (*Grittenies* vel *Baillages*) & civitates undecim suo singulari jure utentes, nec ad præfecturas istas pertinentes: apud *Transisalanos* Præfecturæ tres, Zalantina, Twentiana, & Vollenhoviana, & urbes tres, Campena, Daventria, Zwolla: apud *Groninganos*, urbs Groninga, & Oirlandia. Hos status convocare omnes & congregare in unum, esset res difficilis & magnorum sumtuum: quare placuit, summam rerum administrari per quoddam legatorum a singulis provinciis missorum Collegium, quod *Status Generales* (*Etats Generaux*) appellant. Hi Legatos audiunt, hi mittunt, hi literas accipiunt, literas scribunt, ut suæ provincie jura nihil imminuantur, sigillatim curant, in universum de omnium salute & defensione deliberant, quod ad Unionem servandam firmandamque facit, per plura suffragia constituunt; suscipere bella, colligere pecunias, facere foedera non licet, nisi unanimi omnium consensu. A Statibus Generalibus diversum est *Status Consilium* (*le Conseil d'Etat*) quod ex XII Consiliariis, duobus Geldris, tribus Hollandis, Selandis duobus, totidem Frisiis, Ultrajectino, Groningano, Transisalano, singulis, collectum res bellicas curat, summamque habet reddituum publicorum cognitionem. Propior & potior horum cura est Thesaurarii generalis, qui Status Consilio assidet, & hujus auctoritate sumtus bellicos quotannis ordinat. Provincie suo illud consensu roborant, & quomodo a singulis colligendi sint redditus, apud se constituunt. Est inter septem Provincias omnino ratione opum ingens discrimen, quod adeo etiam in oneribus imponendis servatur, proportione equidem tali colligendi sunt v. c. Libræ centum, tunc confert

	Libr.	Solid.	den.
Geldria	5	12	3
Hollandia	58	6	2 $\frac{1}{2}$
Zelandia	9	3	8
Ultrajectum	5	16	5 $\frac{1}{2}$
Frisia	11	13	2 $\frac{1}{2}$
Transfalana	3	11	5
Gröninga	5	16	7 $\frac{1}{2}$

quibus centum Drentia addit libram unam. Est & *Rationum Camera* Haga Comitum, & quoad res maritimas, Collegium supremum, quod noto vocabulo *Admiralitatem* appellant. Hæc ex nostri Autoris præfatione de Regimine septem Provinciarum delibare placuit. Ipsa Historia, præfixa eleganti & accurata Belgii universi Tabula Geographica, Libro I causas motuum Belgicorum enarrat, austerum & pro libidine imperandi cupidum ingenium Philippi, sanguinarium Tribunal extirpandæ hæreseos causa constitutum, novi Episcopatus per Belgium conditi, summæ rerum ad Hispanos translatio, horum, in primis autem Granvellani, superbia, quibus malis cum formina, Margaretha Parmensis, obviam ire aut nollet, aut non posset, nobilissimi Belgarum, sed quos superciliosus Barlamontius contumeliæ causa *Gueusos* h. e. mendicos appellarat, A. 1565 foderi invito prima pro libertate ad Proprincipem fecerunt verba. Libro II Ducis Albani tyrannis traditur, qui cum lectissimo veteranorum militum exercitu provinciam ingressus, Comitibus Egmondano & Hornano ultimo supplicio affectis, miseram gentem prorsus pessundedit, & quicquid Guilielmus Auriacus & fratres tentarunt, duro jugo oppressam, post magistratum per sex annos & tres menses crudelissime gestum successori Ludovico Requesenio anno 1573 tradidit, præterquam quod Gueusii maritima littora Belgica suis incursionibus infestabant, & Briela A. 1572 occupata, primam de recuperanda libertate spem excitabant. Libro III exponuntur, quæ ab anno 1574 ad annum usque 1584 contigerunt, quem ob parricidium in Auriaco Principe commissum Belgici Annales atro calculo notant. Imperarunt hoc decennio Hispani Regis nomine post Requesenium Joannes Auriacus,

striacus, & Alexander Parmensis; Belgæ suam salutem nunc Archiduci Matthiæ, nunc Francisco Duci Andegavensi, sed frustra, commendabant. Fœdera inita sunt celeberrima, anno 1575 Gandense inter omnes fere Belgas, & 1579 Ultrajectinum, Geldros inter, Hollandos, Selandos, Ultrajectinos & Omlandos. Ingens videbatur imminere rerum immutatio; Auriaco per Gerardum occiso, sed placuit vindictæ studium præ formidine; & ardentioribus animis in pugnas & prælia itum. Hispanis præerat Parmensis, Dux longe prudentissimus fortissimusque, cui Achilli impar congregiebatur Leicestrius Comes, Elisabethæ Anglicæ Reginæ auspiciis; & licet Mauritius Nassovius pulcre referret patrem, majori malo multasset Belgas Alexander, nisi Philippus II improba & intempestiva spe correptus, Gallis, quorum imperio inhiabat, intestino bello inter se decertantibus maximum ducem bis immisisset. Hæc inter illustres Auriaci & Parmensis mortes gesta L. IV occupant, quibus ea, quæ sub Archiducis Ernesti magistratu contigerunt, res momenti non maximi, L. V subnectuntur. Obiit autem Parmensis A. 1592, Ernestus Archidux anno 1595. Nec sunt graviora, quæ Libro VI narrantur, res annum inter supra mille quingentos octavum & sextum & mortem Philippi Regis, qui anno ejusdem seculi nonagesimo octavo ad plures abiit, gesta. Potissimum erat solennis Belgii cessio Alberto Cardinali Austriaco, exuta purpura sacra Isabellæ Claræ Eugenæ sponso, facta, vel filiæ dilectissimæ amore, vel pervicaci Belgicorum Sociorum odio, ut, qui vi non possent, hoc saltim astu caperentur. Sequens periodus L. VII tradita, in quam initia celebratissimæ obsidionis Ostendanzæ incidunt, morte Elisabethæ Angliæ Reginæ finitur. Novum belli sidus sero sed pulcerrimo ortu illuxerat Ambrosius Spinola, memoratæ etiam obsidioni præfectus, fortissimus, felicissimusque dux, ipsis Reipublicæ Belgicæ visceribus, si per fata licuisset, bellum illaturus; sed nec Mauritius civium suorum speram frustrabatur, quo factum, ut ipsius Spinolæ, qui bellorum vicissitudines verebatur, inasuo Archiduces pacem a Belgis pro libera gente agnitis peterant, quo nobilissimo evento anni seculi superioris noni Liber VIII clauditur. Veris sunt, ut sæpe fieri so-

let, hostibus quiescentibus iræ & odia in cives; displicuerat Man-  
 ritio opera in procurandis induciis ab Oldenbarneveldio navata,  
 displicebat Francisco Gomaro, Theologo Lugdunensi, Collegæ  
 Jacobi Arminii de Prædestinatione & Gratia sententia; inde  
 mutua odia, obreccionēs, concertationes, Synodi amor,  
 Reipublicæ immutatio, Fœderis violatio, Remonstrantium op-  
 pressio. Hæc accurate & cãdide L. IX pertractantur, ita ta-  
 men, ut Autor, qui eundem Libri, qui induciarum fuit, finem,  
 annuam puta superioris seculi XXI, esse volnerat, ob festinationem  
 Typographi in anno XVIII desinat. Bene hæc omnia & ex in-  
 stituti ratione, & diligenter, ita ut in tantæ rerum varietate, &  
 amplo corpore vix unum alterumve mendam cum cura legenti-  
 bus se obtulerit. L. VI p. 188 traditur, Albertum Austriacum,  
 insula Toletana posita, ad nuptias Hispanicas proficiscentem,  
 Belgii imperium Andree Austriacæ, Cardinali, *Fratris*, commen-  
 dasse, quem tamen fratrem patruelem potius dixisse oportebat.  
 Fratrum filii fuere, Albertus Maximiliani II, Andreas Ferdinan-  
 di Tyrolensis. L. IX p. 277, ubi fororum Joannis Guilielmi, in-  
 ter Duces Clivenses & Juliacenses ultimi, mentio fit, numero  
 quatuor, inter quas natu maxima dicitur Maria Eleonora, Al-  
 berti Friderici Prussie Ducis Conjux, Annæ, Joanni Sigismundo  
 Electori Brandenburgico nuptæ, Mater, & sane recte; nescimus  
 tamen, qui postea doctissimus Autor hoc humani passus sit, ut  
 Annam, Philippi Ludovici Neoburgici, Magdalenam, Joannis  
 Ripontini, Sibyllam, Caroli Austriaci, Conjuges, quæ Mariæ  
 Eleonoræ fuerunt Sorores, hujus Filias, Annæ, Brandenburgico  
 Electori connubio junctæ, Sorores fecerit. Nihil nobis laudi vel  
 Celeb. Autoris vel præclari operis hoc nomine detractum velle,  
 ipsa rei levitas indicat; animus erat indicare ea, quæ olim in  
 iterata forte editione facile poterunt emendari. Ad Nummos,  
 Belgicam Historiam illustrantes, eosque non a doctissimo Cleri-  
 co, sed, quod nonnulla præfationis verba innunt, ab Atlantis  
 Historici Autore collectos explicatosque, accedimus, opus spien-  
 didum, & quod Bizotianam ubertatem & diligentiam superat.  
 Nummorum primus est Maximiliani I Imperatoris, *plurima-  
 rum provinciarum Regis & Principis potentissimi*, cum Rota  
 sua,

sua, in aversa parte, & elogio: *Per tot discrimina*; novissimus autem S. P. Q. Gaudani in memoriam Limitum Antwerpiz opera etiam Consulis Gaudani, *van der Dussen* constitutorum A. 1716. cuius quæ si quis cum Bizoti opere contulerit, deprehendet, hoc a Nostro, si antiqua tempora spectes, XC. si recentiora, XXXVI annis superari. Solent plerumque nummi, ut venerunt in manum, afferri, & verba in iis legenda persuntorie explicari; noster Interpres imagines etiam, sæpe symbolicas, declarare, & jugi narratione nummos inter se jungere sustinuit, ut iuxta Historiz quoddam instar videatur. Denique laudabili ratione & imitando exemplo factum est, ut in paginarum oppositarum altera nummorum icones, in altera e regione eorundem explicatio appareat. Nemo negaverit, opus elegantia & utilitate non carere. Incundum sane fuit conspiciere vultus Virorum Fœmiliarumque vel summa Principum dignatione, vel bellicæ rei gloria, vel prudentiæ laudè, vel patriæ suæ amore excellentissimorum. Maximiliani I, Caroli V, Philippi II, (p. 2) Margarethæ Parmensis, (p. 10) Granvellani, (p. 12 & 18) Comitis Hornani, Comitis Egmondani, (p. 14) Viglii Zychemii, (p. 16) Henrici Brederodii, (p. 20) Ducis Albani, (p. 22) Guilielmi Auriaci, (p. 24 & 26) Ludovici Nassovii, (ib.) Ludovici Ricafeni, Petri Adriani Werffii, (p. 32) Jani Doussæ, (p. 34) Joannis Austriaci, (p. 38) Ducis Arlebotani, Matthiz Austriaci, (p. 40) Francisci Ducis Alenconi, (p. 46) Comitis Leycestriensis, (p. 52) Ernesti, (p. 56) Alberti, (p. 58) Andree, Austriacorum, (p. 60) Joannis Oldesbarneveldii, (p. 74) Mauritii Nassovii, (p. 64 & 76) Henrici Friderici Arusionensis, (p. 80) Hugonis Grotii, (p. 82) Martini Trompii, (p. 86) Wittiorum Fratrum, (p. 94) Caroli Rabenhauptii, (ib.) Wilhelmi III. passim. Prælia commissa, obsidiones & deditiones urbium, aliæque quam plurima pie, fortiter, & bene dicta & facta in aversis comparent, nec desunt perz & patere. Guasiorum p. 20, & Lancia argenteæ cum inscriptionibus. *En despit de la Mer, o de Miller, Liver Turco dan Paul*, Turcam potius quam Pontificem, militum tempore obsidionis Lugdunensis insignis, p. 34. Interea non diffitebuntur peritiores, adesse, quæ abesse poterant, superesse, quæ addi possent.



sent. Poterant nonnulli nummi accuratius explicari & describi, quod cuilibet Nummum II, XXXVII, XLVII, LXXVII, LXXXVIII, CXXXIV, aliqua cum cura inspicienti patebit. Nummum quadragesimum tertium nostrae Interpretis a Duca Albano eusum existimat, in qua *fermias est galeata & armata* gradens & gramina & frutices conculcans, addito lemmate: *Attrita Recresco, non Refurgo*, quod habet Interpretis, in averfa Sol comparet e nubibus emergens, cum vocibus: *Clarior e Nebulis*. Nobis propius vero videtur, esse Belgarum opus pro religione & libertate pugnantium, & innuere, licet Romana Ecclesia gladio & igne armata humiles in Belgio myricas, mendicosque & purioris religionis germina pedibus terat, *attrita* tamen eadem latius *recrescere*. Nummum CCLXXX, foedus inter Gallum, Britannum & Belgas de familia Caroli II herciscunda initum respiciens, sistit utrumque Regem, & tres Belgarum Legatos ante aram, cui quinque corda imposita sunt, dextras jungentes, cum inscriptione: *Conventus Augustorum pro Sal. P.* Ara insculptum est caput Numinis cujusdam, annus foederis initi 1698 & haec in inferiori parte verba: *Jovi Homorio*, quae nostrae Interpretis reddit: *A Jupiter president aux honneurs*. At enim vero Jupiter Honorius in antiquitate non facilis est obvius, & in nummo non est Honorius sed Homorius, & quid honorum Praefidi rei est cum Conventu Augustorum pro salute publica. Homorium etiam, fatentur lubentes, in antiquitate non facile occurrere, credi tamen potest auctori illius numismatis auctoritatem non defuisse. Sensus non deest, *ἐμώριος* seu *ἐμώριος* dicitur in Graeco, *conterminus, finitimus*, quali Jovi merito dicatur ara Augustorum, de finibus regundis, & inter pettores hereditatis Hispanicae constituendis sollicitorum. Mira sculptoris ruditas in discerpendis vocum literis nummo X demonstrata effecit, ut non satis ab Interprete intelligeretur, qui oppidum S. Quintini XXV Augusti captum ait, quod fide nummi XXVII occupatum est. Scilicet in averfa imago S. Quintini literis in hunc modum inclusa est:

ANNO.

MENSIS JULII A. MDCCXXIII.

289

ANNO. M  
DLVII DEN X. T  
AG AUG. WARD DURC  
H KUNIG PHILIP ZU H  
ISPAN UND ENGLAND  
DER FRANZOS  
GESCHLAGEN  
DER CONNESTABEL  
TABEL UNDBE  
STADELGEFA  
NG VOLLGEND  
EN XXVII DESSE  
LBEN DIE STAT SANCT  
QVINTIN MIT DEM S  
TURM EROB UND  
GELUNDERT.

quæ sequentem in modum legenda sunt: Anno MDLVII den X  
Tag Aug. ward durch Kunig Philip zu Hispan und England  
der Franzos geschlagen, der Connestabel und best adel gefang  
volgend den XXVII desselben die Stat Sanct Quintin mit dem  
Sturm erob. und gelundert. Sed non admodum incusanda est  
veteris artificis simplicitas, si incuriam inspiciamus incisoris il-  
lius, quo Bibliopolarum sunt in delineandis nummis in hono-  
rem Petri Adriani Werffii Consulis Lugdunensis cufis, p. 52,  
nisi forte ipsi exemplo hujus nummi authentico errores illi tri-  
buendi sunt. Restituimus inscriptionem posteriorem, magis  
vitiatam priori, qua licet, ex ingenio:

*Dit 's Van de Werf die Leidse beld  
Diens geduld het Spaans geweld  
Manmoedig keerde van de vesten.  
Als pest en honger 't bert bestreed  
En 't muitend volk geen wistal leed  
Bood hy syn vlees en bloed ten besten.*

h. e. Hic est Werffius, Heros Lugdunensis, cujus patientia vim  
Hispanorum fortiter ab urbe munita depellebat. Cum pestis &  
fames duriter urbem oppugnarent, & seditiosa plebs mora esset  
impa-

00

impa-

*impatiens, suam carnem sanguinemque ei offerebat. Ut hoc intelligatur, ex Annalibus Belgarum repetendum est, hunc Werffium populo de dirissima fame conquerenti respondisse: sibi perinde esse civium manibus an Hispanorum periret. Si placerent epulae, se mactarent comederentque. Ita Virorum fortium memoria posteritati commendata est, quod & Oldenbarneveldio contigit; cujus hoc in nummo CXXVI monumentum legitur:*

*Die 's, Vaterlands, uw Vader,  
Uw Voorspraak, Redder, Rader,  
Onschoft op't beoefichavor.  
Waar vond hy loon? By Gods.*

Quod ita utcumque versum Viri optimi memoriz dicamus:  
*Patria Terra, Tibi suis hinc Pater atque Patronus,  
Libertatis amans, consilioque potens,  
Ense caput media detruocat lictor in aula,  
An dat virtusi premia nemo? Deus.*

MEMOIRES HISTORIQUES, POLITIQUES, &c.

i e

COMMENTARIUM HISTORICUM, POLITICUM,  
CRITICUM, & LITERARIUM, Auctore AMELOTI  
DE LA HOUSSAIE.

Tomus I & II.

Amstelodami, apud Mich. Car. le Cene, 1722, 12 maj.  
Alph. I pl. 20 $\frac{1}{2}$ .

Continet hoc Auctoris celeberrimi opus, nulla exornatum Praefatione, nil nisi Collectanea historica, sub titulos suos secundum seriem literarum alphabeticam redacta. Et hi quidem, quos in manibus habemus, Tomi sex priores exhibent alphabeti literas. Pleraque quidem Capita pertinent ad historiam Gallicam, ac de nobilissimis Galliarum familiis copiose exponunt; sed nec desunt, quae ex aliarum gentium historiis sunt

sunt petita. Afferuntur & multa jam in vulgus nota : unde facile patet, Autorem componendo hoc opere non ab eruditis solum, sed a vulgo quoque lectorum gratiam inire studuisse. Nos selegemus, quæ nec eruditiores legisse pœnitebit.

*Tomo I* p. 1 - 32 describit Autor statum Abbatiz florentis ac vigentis in Lotharingiæ urbe *Remiremont*. P. 46 sqq. differit de rarissimo illi fortunæ exemplo, Comestabili *de Luinox*, supremo Ludovici VIII Galliz Regis ministro. P. 53 sqq. considerat summorum Principum titulos. Discimus hic, primum inter Lusitaniz Reges titulo *Majestatis* affectum fuisse Sebastianum; ejusque successorem Henricum contentum fuisse titulo *Celsitudinis*; inter Hispaniz Reges Ferdinandum Catholicum eodem salutarî consueville titulo, at Carolum V tanquam Imperatorem accepisse *Majestatis* titulum; in Anglia nullum Regem ante Henricum VIII appellatum fuisse *Majestatis* nomine; Maximilianum II Imp. regi Hispaniz Philippo II non nisi *Serenitatis* titulum tribuisse. P. 64 -- 97 de legatis Regum multa lectu jucunda congestit. P. 122 sqq. de familia Albalanzorum agit. P. 133 -- 352 sub titulo *Austriæ* inde a Rudolpho Habsburgico percenset Principes domus Austriacæ, ubi cæteris lectu digniora sunt, quæ p. 203 sqq. refert de morte Caroli, filii Philippi II regis Hispaniz, itemque de ipso Philippo, & ejus Ministris primariis, Cardinale Elpinosa, Gomezio de Silva, Duce Albano, & Antonio Perezio, de cujus postremi adversa fortuna ejusque causis p. 240 -- 251 differitur. P. 444 sqq. de illustri familia Bullioniorum singularia commemorat. P. 456 sqq. totam exhibet genealogiam domus Borboniz. P. 487 sqq. copiose traditur historia Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis; p. 519 sqq. historia Regum Portugalliæ illorum, qui Bragantina e domo regnarant jam prope sæculum. P. 537 sqq. domus Brulartiz genealogia ob oculos ponitur lectoribus harum rerum curiosis.

*Tomi II* p. 24 sqq. memorabilia exhibentur de Joanne Petro Camo, Episcopo linguæ liberrimæ, ideoque, si monachis credimus, æternis cruciatibus addicto. P. 29 sqq. agitur de familia Longavillæ, ejusque jure in Principatum Arausionensem;

sem; p. 48 sq. de Barthol. Carranza, cujus & epitaphium exhibitur; p. 55 de regno Ivetotio; p. 99 sqq. de Colberto, Regis Galliarum notissimo illo Ministro; p. 121 sqq. de Marefchallo Ancrzo; p. 156 sqq. de Matthia Corvino, Hungaricarum Rege. P. 170 sqq. exponitur historia Regum Daniarum ex Oldenburgica domo oriundorum. Quae de Petro Danefio p. 189 -- 208 leguntur, Episcopi illius clarissimi laudes non mediocriter illustrant. P. 292 - 376 de Electoribus Principibus Germaniarum agitur: sed, quae affert, pleraque sunt nostrae gentis hominibus notissima. P. 434 sqq. exhibitur ineditum Diarium Feuquierii, Galliarum Regis legati ad Principes Germaniarum bellum cum Ferdinando II gerentes, ibidemque luculenter exponitur historia Wallensteinii. Sufficiant haec de hoc libro, cujus tamen praetereundum non ducimus errorem ridiculum de *Bonifacii Historiis ludicris*. Persuaderi enim Autor sibi passus est ab amico quodam, librum illum, sub nomine Papae Bonifacii editum, esse disputationem mulierum facietam de pulchritudine elunium. Exhibebimus verum libri titulum ex ea editione, quae Bruxellis prodiit A. 1656: *Balth. Bonifacii, Rhodigini, Historia ludicra. Opus ex omni disciplinarum genere selecta & jucunda eruditione refertum*. In ea tamen lib. I cap. 3 de elunium muliebrium formositate & nata hinc Venere Callipygae differitur. Unde jam facile est Autoris nostri errorem corrigere.

**CHRISTFRIDI WAECHTLERI RESPON-  
sio ad Cl. JO. LAUR. MOSHEIMII, Affectoris  
Kiloniensis, Epistolam.**

**S**Ero admodum Epistolam hanc & fere simul cum Libro I Observat. vidi; illius ergo nunc potiora perlustranda sunt. De capite VI seorsim scripseram sane, *voluisse Mosheimium adstipulari Seldeno, ceu est in erratis post indicem*. Seldenus autem dixit, *ante Apollonii Tyanci tempora artes has telematicas nunquam in Graecia fuisse notas*. Ergo per Apollonium demum inuenta. Qui primus hic, praecipuus etiam; quia Apollonius non habuit tunc in Graecia parem. Neque enim de Simone Mago,  
vel

vel Bar. Jehu, aut collega Basilidis in Syria, vel Carpocrate aut Manethone agitur, qui semper palam irrisit Apollonium. Contra Herbelot *Biblioth. Orient.* f. 120. *Aboulsarage rapporte, qu'il disoit: malheur a moy de ce, que je sois venu au monde apres le fils de Marie. Ce surnom de Thelesmatiki lui est donné, parce qu'il se servoit de ces figures, que les Grecs appellent Telesmata.* De his etiam Salmasius: *Nunquam fiebant hæc τελεσμάτωσιν sine alicujus status erectione aut imaginis sculptura, que constitui solebat aut sculpi ab horum artificibus. Sic scorpium formabatur contra morsus scorpis: alia imagines vel hominum vel bestiarum effingebantur cum aliquo habitu vel figura & consecratione, ad vericula varia aut insultus bestiarum aut incurfus bestiarum aut alios casus depellendor, de ann. climact. p. 579. Tale ἄγαλμα τελεσμάτων Ephesi adversus pestem jam sævientem dedicasse Apollonium, didicisse se fatetur Mosheimius ex Philostrato, *Lib. 4 c. 10.* Dicebat enim ad Ephesios, *θαγοῦτε, ἡὸς die hunc morbum sibi, nempe per spectrum multiplex: nunc sub specie senis mendicantis, sed igne plenos oculos monstrantis, cum lapidaretur; qui tamen mox evanuit; deinde forma canis, sed leonis maximi magnitudine spumam despuentis prærabie. Atque ita civitas peste purgata est, & insuper Herculi statua posita ibi, ubi spectrum erat lapidatum. Ne dixeris igitur, Philostratum ne verbulo quidem averruncarum harum imaginum meminisse: nec prætermisurum fuisse, si vel levis quidam de his rebus rumor tunc extitisset. Sed & nunc honorari simulacrum Apollonii sub nomine Herculis ab Ephesiis, scripsit Lactantius *Lib. 5 c. 3,* ex opinione illius, adversus quem ibi disputat: *maximo cum cum dicas & adoratum esse, & simulacrum ejus, sub Herculis Alexiæci nomine constitutum, ab Ephesiis etiam nunc honorari.* Multa talia vel omnia de Apollonii thesticis non poterat perscribere Philostratus, cui propositum erat, per modum apologiæ potius toto isto opere ostendere, eum omnino non fuisse magum, vel incantatorem, vel præstigiatorum, vel impostorem, qualis tunc omnium consensu habebatur; sed operationes illius referendas vel ad sapientiam illius veram & generosam, vel plane ad τὰ θεῶν. Sic enim & Socratem apud Pla-**

tonem sæpè dixisse, esse sibi θεόν τι καὶ δαιμόνιον Φωνήν, idque a puero. Postea vero, cum eo nomine etiam accusaretur Apollonius apud Domitianum, paulo aliter loquebatur: *videns, inquit, veteranum mendicum referre formam pestis, e medio tuli, ope implorata Herculis averrunci. Quomodo igitur possim videri γόης, honorem & cultum ambiens, quum deo consecrem, velut illius donum, quod feci? quomodo querere admiratores artis, deo tribuens, opera admiranda efficiere? Idem Hercules aliquando in Peloponneso adstitit mihi in certamine contra spectrum ali-quod, ad salutem hominum.* Lib. 8 c. 7 Sect. 9. Forte autem plane reticuisset Philostratus exempla hæc artis telesticæ, nisi accusatum ideo apud Imperatorem nosset Apollonium, nec posse adeo hic in serie annorum dissimulari ab Historico, quæ infra defendenda essent, & quovis modo purganda. Sans non venit Philostrato in mentem, Apollonium artis hujus notitiam tantum habuisse, & calluisse, non autem ore & opere tradidisse aut exercuisse, vel publice docuisse. Plurimos enim discipulos & sectatores totius suæ habuisse philosophiæ, Dioscoridas & Phædimos, (non Phædimum) omnemque illam ὀμιλίαν turmatim confluxisse ad eum, & apertas thesaurorum fuisse illius fores, atque copiam omnibus fecisse, de quacunque re interrogandi, copiose narrat *Lib. 4 c. 11 & Lib. 8 c. 21.* Nemo ergo telesticam hic artem excludat. De loco Origenis nota, Celsum præstigias ibi memoratas tribuere sane Magis in genere, tum vero καὶ ὅλος παντοδαπῶν χρημάτων παντᾶ ἀλεξίφάρμακα. Respondet Origenes, de Christianis hic ne leviem quidem esse suspicionem. Legas autem, pergit, scripta *Maragenis* de rebus Apollonii Tyanei, magi & philosophi; ubi ait, non ignobiles etiam philosophos, cum ad illum, ὡς πρὸς γόητα accessissent, captos ab Apollonii magia, ipsumque Euphratam, πάνω, & quendam Epicureum. Ergo non juvenes tantum, sed & magnos philosophos docuit omnia ista, quæ recenset Celsus. Mirum non est, Philostratum non eadem illa de Apollonio scripsisse, quæ ex *Moeragene* hic affert Origenes. Fatetur enim Lib. 1 c. 3, se ad istum scriptorem animum non advertisse, qui libros quidem quatuor de eo fecerit, multa tamen de eodem ignoraverit. Vera autem  
causa

causa hæc fuerit, quod Mœragenes coævus Apollonio in ejus historia scapham scapham vocaverat. Nam si ignorasse eum quædam existimes, debebat tamen Philostratus quatuor istius libros, in quibus multa poterant commemorari, non plane suppressere. Nunc quum tantum non omnia a Damide, discipulo Apollonii & comite itinerum, & scriptore extemporaneo, accepisse velit, & cultiori stylo elaborasse, factum est, ut quando nihil extat de reliquis, Mœragene inquam, & Maximo Ægiensi, voces illæ audiantur, *forte nullum unquam, aut si fuerit, Philostrato nibilo fide digniorem fuisse Damidem*, adeoque in figmenta & fabulas utrumque incubuisse. Servavit ergo nobis testimonium Mœragenis prorsus eximium Origenes. quod nulla delebit etiam ingrator ætas. Neque spernendum est alterum Hieroclis, philosophi pagani equidem, sed cujus veritatis studio intererat, artes Apollonii pridem fuisse tenebris sepultas. Is enim in fragmento apud Eusebium c. 2 publice sub Diocletiano, diu post Philostratum, profitetur, (non Mœragenem tantum, de quo sciebat Origenes jam extare amplissimum testimonium, sed) Maximum etiam Ægiensem, & Damidem Philosophum, diu ante Philostratum, res Apollonii literis consignasse. Nec putemus fortuito omitti hic iterum Mœragenem, sed quia non fecerat ex Apollonio virum divinum, aut diis amicissimum. Nemoque porro credat, ad laudem Apollonii pertinuisse historiam omnium machinarum illius telesticarum, siquidem Philostratus istas reperisset apud Damidem, aut Maximum in Ægiensibus. In aula enim Septimii Severi, Imperatoris, artes istæ Apollonii & notissimæ, & quia amplius dissimulari non poterant, plurimum erant exolæ. De Imperatore ipso Dio: *παῖσάντε τὴν Ἀργυπτον εἶδε, καὶ πάντα τὰ βιβλία, τὰ ἀπορητόν τι ἔχοντα, καὶ τὰ πάντα περικυμμένα, ἐκ πάντων τῶν αὐτῶν αἰεῖλα.* f. 32, 8. Idem de Julia Augusta, *καὶ ἡ μὲν αὐτὴ φιλοσοφεῖν ἤξεστο, καὶ σοφιστῶν συνημέρουσεν.* f. 330. Syra erat illa, forte Syro-Chaldæa, *Assyriam Venerant* appellat Oppianus, initio operis. Philostratus de eadem, *ἡ φιλόσοφος, Philosophα*, Vit. Sophist. c. 30 f. 612. & in epistola ad eam f. 920, nihil nisi de Philosophis veterum, & quid ipsa nuper  
de



de Æschine judicaverit, protulit, atque in fine expectat illius mentem de Plutarcho, *ὃ μὲν, διὰ πε σοφία καὶ μήτις, ὁδῶς, τί καὶ ὀνομαζέσθαι τῶ τοιαῦτα*. Legebantur præterea Origenis ætate contra Celsum scripti libri, quibus *τὰ τελέσματα, τὰ ζῶα, τὰ ἀγάλματα ἀνδρῶν, τὰ περιεπτα, αἱ ἐπακοαὶ, καὶ ἄλλη γοητεία*, in opprobrium & compunctionem Gentilium, utramque faciebant paginam. Infamiam ergo illam ut temperarent, si non eluerent plane, iussus est Philostratus, eo tempore non Rhetor amplius, sed in aula, & *τῆ περὶ τὴν αὐτὴν, Ἰουλίαν, κύκλῳ τῶν φιλοσόφων, μεταγράφου* Damidis & Maximi libellos, & res Apollonii ornatus eloqui, hoc est, sublimius elaborare, atque tum profundam illius sapientiam, tum ipsum *τὸ θεῖον*, deterfa omni macula magica, repræsentare. Patet hoc circa statuam Ephesinam factum ab eo esse omni studio. Cum enim venissent ad Apollonium Smyrnam legati Ephesiorum, qui ipsum in auxilium adversus pestem accerferent, non omisit Philostratus, eum respondisse legatis prompte, *εαυμὸς, ὃ statim Ephesi fuit*. Additque Historicus, ut rem insolitam emolliret, innotatum in hoc fuisse Pythagoram, qui apud Thurios & Metapontinos similiter duobus locis una præiens fuerit. Atqui factum est inde, ut, concurrentibus tot aliis specimenibus, simia Pythagoræ vocaretur eruditus Christianis Apollonius. Dicis: *atque Damis, Maximus, Maragenes, omnes, prodigiosa illa opera telescica penitus ignorarunt: quia Philostratus nihil horum præter statuam Ephesinam transcripsit*. Iterum repeto: nihil ex operibus illorum cum extet hodie, neque judicari adeo possit, quid ex unoquoque retinuerit Philostratus, eadem facilitate poteris negare, (si omnem fidem historicam abjicere, sola gratia novitatis, animus alicui sit,) tres illos quicquam consignasse, sed omnia a Philostrato excogitata esse, & reliqua haberi pro non scriptis. Contra, si Origenis, si Hierocelis, & Eusebii verbis credimus serio, nunquam Philostrato omnem adimemus fidem. Frigidum illud argumentum nemini forte excidit: Maximus Ægiensis est scriptor fabulosus, quia Philostratus eum de rebus tantum Ægiensibus Apollonii, ideoque pauca quædam scripsisse testatus fuit. Inverto: Philostrato

Arato etiam hic credendum, donec mendacii convincatur. Ubi meminisse simul iuvabit, omnia prodigia quæ narrantur de Apollonio, & limites ac vires philolophiæ excedunt atque humanam omnem sapientiam transcendunt, utique in magiæ illicitæ supremum gradum incidere, & ex Apollonio, non philosophum amplius, sed alinum, verbis Eutebii, c. 5 in Hierocl. larva Pythagoræ tectum, procudere: fidei autem Historici, famæque, etiam ista haud nocere, si in leges quoad cetera officii sui non peccet, neque ex suo ingenio quicquam fingat, sed scribat, quæ Apollonius fecisse gloriabatur & scribi, filius arte sua, vel nigra vel alba, voluit. Bene Vossius de orig. idololatr. Lib. I, c. 8 circa finem: *Non jam laboro, verene fiant, quæ fieri putantur, an sensui & phantasiæ illudatur. Utrumque concurrere existimo; ac, sicut consueam, persuadent antiquorum temporum exempla, omnium gentium consensus ac nostræ etiam ætatis experientia. Sufficit nunc nobis, quod, ut multa eorum (seu ea facta, seu ficta,) sic videantur, non aliter fieri potuerint, quam ope dæmoniaca.*

2. Annum illum, quo capitis causam sub Domitiano & coram eo dixit Romæ Apollonius, dubium dicebam reddi ex apologia ejusdem: *His triginta & octo annis non accessi Romam ad limina Imperatorum.* Lib. 8 c. 7 sect. XI. Neque suspectus mihi est is locus. Exponit enim illum statim Apollonius, *τοσόντων γὰρ τὸ ἐς τὸ μῆκος, tantum scilicet a Nerone & patre ac fratre tuo, ad te usque est spatium temporis.* Ab anno igitur Neronis imperii primo XIII Octobris LIV usque ad annum Christi XCII i. e. Domitiani XII Domitiano & Volusio Saturnino Coss. (quo causam Apollonius ad limina Domitiani dixisse perhibetur.) sunt utique anni XXXIIX. Loquebatur autem Apollonius ambigue. Non negabat enim, imperante adhuc Nerone se fuisse Romæ, Telesino & Paulino Coss. atque tunc Telesino Consuli innotuisse, narratque illorum colloquium Philostratus L 4 c. 4. Non negabat etiam, se in primis annis Domitiani ipsius Romæ fuisse, & ibi cum Nerva, ceu amico, versatum; sed moderatissimum illum nihil minus quam principatum affectasse, neque de rebus arduis cum illo collocutum, multo minus

suspecta fovisse consilia: porro se tunc ad eum noctu non omnino egrum in agrum, neque puerum mactasse, ut Nervam hoc sacrificii ritu ad spem imperii erigeret, & Domitiano exitium procuraret. *L. 7 c. 20, & L. 8 c. 7 Sect. 10.* Noverat etiam Apollonius, Orfitum & Rufum, ob suspicionem harum insidiarum post annos nonnullos increbrescentem, in insulas relegatos & Nervam ipsum jussu habitare Tarentum. *L. 7 c. 8.* Dico ergo, conversationem illam cum Nerva non factam demum proximo anno ante ultimam coram Domitiano accusationem. Quum enim Imperator ille lege publica prohiberet, ne eunuchi fierent amplius, neve vineæ plantarentur, *L. 6 c. 42* (quod referunt Suetonius & Dio ad priores illius annos,) Apollonius pridem abierat iterum Roma, deinde ab Hellepontis civitatibus ad Jones, false ridebat istas leges absens, & contra Imperatorem, quod superbe regnaret, velut in aciem prodiit, *L. 7 c. 3.* Imo in provincias Romanas profectus, apud Præfides illarum dixit, immortalem non esse potentiam tyrannorum, & hoc ipso, quod metuantur, facilius everti. *c. 4.* Sciens porro ex sola arte sua mantica, Nervam Domitiano successurum, ea de re Smyrnæ locutus erat publice. *c. 9.* Et Domitianus Nervam ob id ipsum (indagans nimirum dies & horas, quibus nati essent candidati imperii sui, & quam illi spem conciperent ex genituris suis,) jussisset occidi, nisi unus astrologorum dixisset, Nervam, ut pote senio proximum, post paucos dies moriturum. *Dio f. 238.* In ultimis igitur annis Domitiani quiete quidem vixit Nerva Romæ, Apollonium autem, qui per Euphratam philosophum ad Aulam, gravissimorum criminum reus, postulabatur, in Asia comprehendi & Romam duci Domitianus præcepit. Hic igitur, fretus iterum arte sua evanescendi subito ex oculis, prompte ex Achaja Siciliam versus, Italiamque cum Damide navigans, quinta die Puteolos venit. *c. 10.* Puteolis ubi solvissent, tertia inde die ostia Tyberina intrant. *c. 16.* Mox in custodiam & carceres traditur Apollonius, *c. 21, 22,* & in palatium primum Imp. admittus est. *c. 32.* *Causam age,* inquit Domitianus, *Nervæ, & complicum ejus: ipse enim criminis (ita simulabat,) jam convictus est. Tu vero ejusdem criminis reus, & omnium es conscius.* Incipit hic

hic Apollonius defensionem Nervæ, & amicorum, Rufi & Orfiti, ac sui ipsius. c. 33. Tunc vero dicafterium demum ingressus, *Lib. VIII, c. 3 & 5*, respondit ad singula capita. De Nerva quidem: domo pedem non extuli: probent istud viri fide digni. Domitianus: *absolvote ab imputatis, hic tamen manebis, quoad privatim tecum fuero collocutus*. Apollonius autem, parum fidens gratiæ isti, e dicafterio statim disparuit paulo ante meridiem, & circa ipsum meridiem Puteolis iterum fuit apud amicos, c. 10 & 12, atque mox in Græciam iterum navigavit. c. 14. Sequitur apud Philostratum elaboratior illa apologia, in qua palam ait, se eo die, quo patratum dicebatur sacrificium, utique fuisse Romæ, sed assedisse lectulo ægrotantis Philisci, f. 349. Ex quibus patet, annos uno plures intervenisse ab eo die, quo is credebatur sacrificasse, usque ad tempus sparæ de ista re famæ, & secuti Citationis ex Asia, causæque examen. Et favet huic computationi Philostratus. Perperam vero Baronius, & Ant. Pagi ex Agricola Taciti c. 44 inferunt, Nervam ultimis demum temporibus Domitiani Tarentum jussum secedere. Eusebius enim verba illa, *plurimos nobilium in exilium mittit*, ad tres diversos annos repetit, 85, 89 & 95. Agricola etiam dicitur quidem postremam Domitiani sævitiam morte evasisse, qui obiit anno Christi XCIII Sexto Pompejo & Corn. Prisco Coss. At illam sævitiam Nerva etiam vivens non fuit expertus. Plinii epistola XXXIII Lib. VII non potest intelligi de illo anno, quo Tarenti habitabat Nerva, sed quo Plinius accusabat Bæbium Massam repetundarum, prima adhuc quasi juventute sua, dum Causas adhuc in foro ageret. Mascula igitur vox illa Plinii cum statim excepta esset, Nerva, tunc nondum regnans, sed neque exul, & Plinio gratulabatur & seculo, quod ei exemplum simile antiquis contigisset. Præsens enim Nerva attendebat his, quæ recte in publico fierent: quod Tarenti commode fieri non poterat. A Consulatu autem Telesini, & prima accusatione Apollonii apud Tigillinum, Neronis præfectum prætorio, (qui eum ob verba quædam quasi in Nerone prolata, in præterium tractum, plane absolverat: *abi, quocunque libet; major enim es, quam ut ego sim judex tuus*. L. 4 c. 44) usque ad initia Domitiani, quibus sacrificasse credebantur, sunt

anni XLIX. Toto itaque isto reliquo tempore XXXIX annorum, a primo anno Neronis usque ad initia Domitiani, nunquam se opus habuisse, ut res novas & magnas moliretur, *μεγάλων δρόμενον*, apud eos, qui imperandi spem haberent, *εὐδ' ἑμαυτῶ ἀπηνέχθη*, neque a se ipso unquam degenerasse. L. VIII c. 7, Sect. XI f. 344. Annum patris sacrificii ergo distingue ab anno criminis accusati. Petavius Tom. II f. 382 putabat, Nervam anno IX Domitiani in exilium ivisse, sed eodem revocatum; quia in sequentem annum Consul esset designatus. Petavium videtur sequi Thomas Lydiat p. 76. Sed Consulatus iste nos non turbet: nam & ante illum Consul fuit L. Minutius Rufus, quem quidam suspicantur illum Rufum esse, qui exul cum Orfito. Nihil horum apud Dionem. Et Victor Schotti, qui metu tyranni ad Sequanos defecisse Nervam, ibique imperium arbitrio legionum cepisse scripsit, castigatur Scaligero, ad Euseb. Chron. f. 206.

3. Hieroclem Philaletham, autorem nefandæ comparationis Apollonii cum Christo, suprema judicia per totam Bithyniæ provinciam administrasse, & supremis in ea dicasteriis præfectum, i. e. præsidem Bithyniæ fuisse, fide Eusebii constat. Ubi autem dicitur, eum fuisse tantum judicem Nicomediensem? Nicomedia, mater urbium Bithyniæ, Ammiano Marcellino, ac sedes Præsidum. Præsides autem hi passim etiam *judices* Provinciarum, *rectores*, & *judices*, qui in Provinciis jus reddunt. Ille vero iudex anonymus Lactantii L. V c. 2 *divin. instit.* videbatur fuisse aliquando tantum non Christianus, nunc quasi apostata & persecutionis autor, proditorque religionis ejus, cui ante fuerat assensus, & fidei, cujus nomen induerat. *Nisi forte*, addit, *casu in ejus manus divinæ literæ inciderunt*. Qui autem casu in illas incidunt, non penetrant illico intima: sicut qui sunt ex eadem nobiscum disciplina. Tum vero everuntur hæc omnia, si Hierocles reliqua capita libri sui ex scriptis aliorum, non sensu modo, sed verbis etiam iisdem ac syllabis impudenter descripsit. Hæc enim ignavum produnt ingenium & ineptum ad interiora Scripturæ. Atque hæc vera demum causa fuit, quare centonis illius aut plagii ne meminisse quidem uberius vellet Eusebius. Fuisse eo tempore inter Præsides Romanos plures, qui agitent consilia per-

persecutionis adversus Christianos, nemo ambigat. Duos autem Philosophos duplicem talem comparationem intentasse, supra fidem. Officium vicariatus innuere Lactantium eodem loco, non liquet. Nam qui est e numero iudicum, perinde est iudex, sicut ceteri, non vicarius alicujus ex ipsis. Romanum Imperium varias agnoscebat dioceses. Sub præfectis prætorio erant quidam Vicarii dioceseon, sub Vicariis præfides provinciarum singularum, nunc plures nunc pauciores. Apud Lactantium *de mortib. persecut.* mentio sane Hieroclis, qui ex vicario Præses appellatur, c. 16. Cave tamen, hunc vicarium eundem existimes cum majoribus istis Vicariis præfectorum prætorio. Eusebium in Alexandria a iudice illius provincie passum, asserit Eusebius, *de martyribus Palaest.* c. 5, sed iterum is est anonymus. Epiphanius, *Hæres.* LXIX c. 1 f. 717, nominat Hieroclem alium *ἱππευον*, præfidem, sed Alexandriae, & *κελησιανόν*, Culejanura, Thebaidis: sub iis martyrium sustinuerunt Meletius & Petrus, Episcopi. Neque etiam de iisdem annis loquitur. Eusebio, *Hist. Eccles.* L. IX c. n f. 366, alter ille est *Καλκιανός*, Calcianus, *ἱππευος* Aegypti. Thebais autem similiter pertinebat ad diocelam Aegypti. Si igitur mortuo Flaccinio successit Hierocles noster, cur non mortuo Hierocli iterum Priscillianus? In Palaestinae Provincia similiter periit post Flavianum Urbanus, post Urbanum Firmillianus, cum aliis sociis persecutionum. Si integrum nobis esset, apud Lactantium & Eusebium supplere nomina, quæ vacant, nomina tu mihi etiam illum Præfidem Bithyniae, de quo Lactantius L. V c. n: *vidi ego in Bithynia præfidem, gaudio mirabiliter elatum.* Causas autem reticendi indicat idem C. X: *Ac ne quem videar inclementer incesse, aliquam mihi personam poeticam sumam, i. e. non exprimam genuinum illius nomen.* Latet etiam tempus, quo comparationem istam nefandam scripserit Hierocles. Non enim inferas: fuit primus vicarius, deinde præses, ergo scripsit adhuc vicarius. Illud satis certum, Cognatum Lactantii sexennio suo tres vidisse præfides sibi succedentes, de quibus paulo ante. Ex isto sexennio non fecerim novennium; ita ut singulis annis semel tantum tortores suos expertus sit Cognatus. Non reperio etiam, hunc primis tribus annis libe-

rum fuisse a carceribus, & quarto demum iis traditam. Verum est, alios præsidēs præcipientes extitisse ad occidendum; alios exquisitos corporibus dolores immisisse, ut vincerent ad apostasiam; & hoc unum evitasse, ne torti moriantur. Juebant proinde curam a tortoribus diligenter adhiberi, ut repararetur per intervalla novus sanguis ad pœnam. Lactant. *L. 5 c. XI*. Hi sunt illi cruenti, & novies per sexennium in carcerum vinculis repetiti cruciatus: novennium autem plane aliter fuisset a Lactantio describendum. Et qui ex confessoribus in vinculis non erant, ad metalla damnabantur. Euseb. *L. 9 c. 1*. Alius præterea Hierocles est in epistola Libanii ad Basilium *fol. 3 Edit. Cujac.* Ἱεροκλῆς, non Ἱεροκλῆς. Alius iterum in *L. 7 Cod. Theod. quor. appell.* & *L. 6, de jure Fisci*. Utrouque enim rescribunt Impm. Christiani ad Hieroclem, Consularem Syriæ Celes, diversæ omnino diœceseos, anno CCCXLIV & CCCXLVI.

4. Ad Isidorum, presbyterum monasterii in monte Pelusio Ægypti inferioris, *epist. 398*, perlatis rumores, Apollonium *tutioris habitationis causa*, i. e. ad averruncandum, multa & multis, in locis telescica collocasse, non tamen ex universa Ægypto. Sic enim remisisset eos ad Cyrillum, Archiepiscopum Alexandrinum: ad quem scriptæ sunt Isidori epistolæ, *310, 323, 324, 370, Lib. I*, graves omnes & de rebus magni momenti. Presbyter autem vel etiam Abbas Isidorus, quum quæreretur de locis Pelusio valde vicinis, volebat ante omnia ostendi aliquid illarum machinarum; illis enim non visis, non posse de iis cognosci nec responderi. Si quid igitur a seculo primo Apollonii extitisset adhuc seculo quinto Isidori, quod erat forte impossibile, responsurus erat, totam illam artem Græcorum in nugas pridem abiisse, & inanem jactationem. Idque a se jam dum peculiari adversus Græcos libro demonstratum. *Lib. 2 Epist. 228 f. 200*. Sed & *epist. 377*, quæ scripta videtur post epistolam *398*, repetit idem argumentum: jactari quædam *θευλλόμενα*, sed magicas illusiones fuisse, *φάσματα μαγικῶν γενόμενα*, neque adeo mansisse in hunc usque diem perpetuo. Omnia enim *ἐξ ἀνθρώπων κατοργόμενα*, (inde *καρὸς οἱ λόγοι*) humana molimina, tum vero ab ista arte præstigiatoria profecta, resoluta fuisse in vanum; quia divina gratia

gratia non conservarentur. Addit Isidorus *epist. 398*, mirum haud esse, si nihil eorum amplius ostendi queat. Nam & Philostratum aliosque, qui totam Apollonii vitam accurate conscripserint, has *πραξις* illius de locis Isidoro vicinis non tradidisse. Videri igitur, *ὡς εἰκός*, hostes Apollonii calumniam hanc concinnasse. Hic non decernit Isidorus de toto negotio simpliciter; sed probabiliter calumniam hostium ait subesse: quia non defuerint Apollonio adversarii. De Euphrata enim, philosopho Tyrio, accusatore illius, legerat apud Philostratum, eos fuisse *διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους*, *diffidentes inter se. Lib. 1 Vit. Soph. c. 7 f. 488.* Summa ergo rei eo redit, an Isidorus ex Philostrato scire potuerit, Apollonium fuisse *γόητα, μάγανον*, praestigiatores, qui nominatim artem exercuerit telesticam? Nobis vel solam statutam Ephesinam cum suis circumstantiis sufficere diximus. Isidorus ergo quamvis videretur favere Apollonio, nec temere de eo velle pronunciare, Philostratum tamen habuit pro Historico fide digno, & reliquos etiam, qui vitam ejusdem omnes cum cura commemoraverint, (quod nec Philostratus eos fecisse dicit.) Ex illis igitur, qui tunc adhuc videntur extitisse, judicandum esse prudenti lectori de causa universa. Non autem dixit omnino, Philostratum fabularum monstra tam anxie conquirere & comminisci, ut mente captus hinc inde videri queat. Qui enim ita sentiunt, omnem ei utique enarrationis suae fidem adimunt & explodunt, propter hoc ut Apollonio servant famam viri boni. Quod frustra cogites de Isidoro. Ac memini, in Dissert. Bremensi p. 25 me legere, *vagos tantum fuisse sermones; non locum, non tempus, non occasionem: sed ne carbonem quidem, non umbram, non vestigia potuisse ostendi Isidoro.* Nunc autem frigide disputasse dicitur idem, si locum sibi voluisset demonstrari.

5. Usque ad tertium seculum nihil extare apud Veteres contra figuras telesticas Apollonii, non patitur locus Origenis, contra *Celsum Lib. 4*, ubi imagines magicas appellat *συμβολικὰς δαιμόνων μορφάς*, citante Seldeno, *de Diis Syris p. 116.* Atqui ibi non nominat Apollonium. Nominat autem libro sexto, p. 302. Origenem igitur omnes artes illius vel ex solo Celso exacte compertas habuisse, ne dubites. Porro ex seculo tertio Porphy-



phyrius eundem diferte nominat, *de abstin.* L. 3 §. 3 p. 103: καὶ οἱ ταῦτοι, ἢ πρὸ πολλῆ δὲ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. Eadem Philostratus repetit L. 4 c. 3. Quum itaque Origenes *Libro 4 p. 228* concludat, dæmonas *συμβολαῖς* indicasse hominibus, (ut eos deciperent, & a Deo alienent,) quomodo aves, voce quantumvis inarticulata, significant sua inter se, recte infero, Originem statuisse, dæmonas similiter ac multo facilius Apollonium docuisse omnia illa facta magica, quæ Philostratus ceu divina enarravit de eo: a quibus perperam excluderemus figuras averrucantes. Si enim totam *γοητείαν* didicit a suo dæmone, telesticam etiam didicit. Ut numerum autem accuratum ineamus, quoties eam exercuerit, neque ultra illum quidquam adjiciamus, non est in nobis. Paulo ante non ineptiorem, non supersticiosiorem virtutum suarum præconem, i. e. famæ viri boni defensorein, Apollonius habuerat. Nunc opera magica, de quibus Philostratus, nec in fabulis, nec in historiis numerantur. Si illa dubites Apollonium, spurcum hominem, a dæmonibus accepisse, a bonis geniis, quibus nihil cum spurco, sane non accepit. Si sciebat Apollonius, quid se absente agitur alibi, (quod de violenta morte Domitiani passim occurrit,) si vidit eam tanquam præsens, quæro, an non etiam hoc ex schola dæmonis? De lingua avium inter se loquimur populariter. Etiam Origenes, *ἵνα δὲ καὶ πειθίσωμεν. -- καὶ τὸτο ἔρῃμεν, ἀπὸ τῶν δαιμόνων συμβολαῖς ἀνθρώποις δηλωθῶσι.* *Esto, esse aliquos, qui hæc de se jactent, &c.* Si tamen dæmones intelligunt, quid aves inter se communicent, potuit ex illa schola etiam Apollonius scire, quæ apud Philostratum de iisdem avibus cum vehementi admiratione auditorum ipse retulit. Atqui annales illius sunt Volusianis longe deteriores, de quibus Catullus, *annales Volusi cacata charta*. Homo item, quo absurdior vix cogitari potest, propter inscitiam, stuporem ac inertiam: utpote impostor, & fallaciis coopertus scriptor. Et hæc sunt forte certiora illa: quæ nollem proferri.

6. Eusebius contra Hieroclem c. 44 f. 464 non dixit, seculo illo quarto primum natos tenues de telesticis Apollonii sermones, quodque istas artes secula anteriora ignoraverint, quarto autem

autem demum machinæ illæ repertæ sint & erutz. Loquitur ille simpliciter seculo Apollonii ipsius, & seculo Eusebii, istum *μόνον γόητα πάλα τε καὶ νῦν* fuisse habitum, *solus ἔσ' ὁλὶμ ἔσ' ἡμῶν αἰατε*, & molitionibus suis processisse ultra quam fas sit, *πέρα τῶν προσηκόντων ἐγχειρῶν. Hoc manifestum* (non tenues rumores) *εἶσι, φανερόν τοῖς εὖ φρονέουσιν, iis quibus mens sana sit.* (Vides, Eusebium hic contradicere Philostrato, cujus verba ex L. 1 c. 2 affert, de Apollonio nondum satis hominibus innotuisse, *ὅτι δὴ ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς σοφίας ὠρμαῖτο*, quod veræ sapientie ope & auxilio sua omnia effecerit). Sequitur testimonium Eusebii de seculo quarto *ἀντίκα τῶ νῦν εἰσιν, οἱ λέγουσι κατεληφέναι περιέργους μηχαναῖς, hac nostra etiam aetate in Bitbynia in promptu sunt, qui dicunt, sese reperisse machinas magicas, τῆ τῷ ἀνδρὸς ἀνακεκμηέναι προσηγορία, Apollonii solenni dedicatione collocatas.* Pro fabula vulgi utique non habuit, nec dixit, eam non mereri, nec opus esse, cui discutiendæ temporis non nihil impendatur. Non placebat, istis animum tunc advertere, omnesque excutere circumstantias, ne interromperet præsentem comparationem Hieroclis. Suspendebatur ergo hætenus iudicium. Promptitudo autem, ad exhibendum id, quod tunc erat erutum, inest τῷ καταλαμβάνειν: quod enim occupavimus, quum antea esset incognitum & nullius, id publice ostendi potest ad fidem faciendam. Diversa hic est ratio a rumore seculi quinti apud Isidorum: ibi enim nihil poterat afferri ad ostendendum. Certum est, Eusebium L. 5 de prepar. Evang. c. 7 itidem agere de his telesticis, ceu invento dæmonum; sed & de modo componendi cum figuris & characteribus, ut detineantur Dii in hac consecrata imagine. Disputat ergo non contra Porphyrium tantum, sed contra omnes Gentiles. Si contra omnes, etiam contra Apollonium, amicum Porphyrii, *δυναίμεις* certe. Ita Origenem, cum contra Celsum scriberet, etiam Hieroclem nostrum & multos alios uno actu confutasse, ait Eusebius, *contra Hierocl. c. 1*, etsi non omnino nominati ab eo essent. Eusebium etiam censores fuisse peritum harum artium, si quid sua ætate erueretur, monstrant exempla recentissimorum magorum, qui non sane erant ex plebe. Maxentius, *γοητεῖαν* con-

eundem sceleribus suis imponens, dzmonas evocavit *εις ἀπε-*  
*τραπισσόμεν τῆ πολέμῃ συνισαμένῃ*, ad bellum quod immine-  
 bat, avertendum aut victoriam adipiscendam. Haud melior  
 Maximinus, apud quem principes impostorum & magorum  
 summos etiam honoris apices obtinebant. Hinc Theotecnus,  
 quæstor primum illius Antiochenus, deinde Præses provincie,  
 simulachrum Jovi Philio consecratum, *ἔοικον* erigit, *καταγγε-*  
*λοῖαις τῶν καὶ γοητείαις ὑδρῶν, τελεταῖς τε ἀνάγκης αὐτῶ*  
*ἐπινοήσας*. Licinius autem victo Maximino ac miserrime mor-  
 tuo, totius mysterii scenam, & ipsam etiam artem construendi  
 has fraudes per tormenta impostorum edoctus, Theotecnum  
 & conscios, *τῆς γοητείας κοινῶν* merito affectit supplicio.  
*Hist. Eccles. L. 8 c. 14 ὃ L. 9 c. 2, 3, 11.* Autor jam porro *Quæstio-*  
*nis XXIV ad Orthodoxos* non sane est nullius fidei, & ascendit  
 omnino ultra sextum seculum. Nam & Jo. Clericus, *Hist. Ec-*  
*cles. Sec. II p. 558*, ait, illum esse scriptorem quarti, ut creditur,  
 seculi. Nic. le Nourry *Tom. 2 Diss. 2 p. 400* ex eo, quod autor  
*Quæstionum* affirmat, se eas post prohibitam & extinctam ido-  
 lolatriam Gentilium scripsisse, apertissime & invicte liquere  
 ait, hunc librum non ante Constantini M. ultima tempora, i. e.  
 circa medium seculi quarti, scriptum: imo post Synodum Ni-  
 cœnam, aut certe ante Nestorii hæresin. Judicio ejusdem le  
 Nourry tractantur ibi quæstiones quædam, scitu haud indignæ.  
 Et hæc ipsa quæstio XXIV meminit extincti Gentilismi, ex quo  
 tamen rudera quædam adhuc supersint: *ὁ Κύριος καθῆλε τὴν*  
*δυναστείαν τῆ δαίμονος, ἐν τῶ ἐκείνῃ ἀγάλματι ἰδρωμένῃ, καὶ*  
*τῶν λοιπῶν*. Statim, *καθὼς ὁρᾶται τὰ πράγματα*, sicut res  
 ipsa loquitur. Idem est argumentum quæstionis 1, 2, 42 & 74.  
 Antea dicebatur, Gentiles mentitos esse invidiosa ista de statu  
 Apollonii, ut miraculis CHRISTI quodammodo detraxerent.  
 Nunc Autor libri fixisse sibi hanc quæstionem totam perhibetur.  
 Si scivit igitur, vel Christianos vel Gentiles ea omnia mentiri,  
 jam erant confutati. Neque Isidorus Pelusiota respondit, *nuf-*  
*quam terrarum* ejusmodi statuas ostendi, sed sibi tantum tunc  
 non potuisse ostendi. Diu autem ante Isidorum scriptæ sunt hæ  
 nostræ quæstiones. Eadem verba Jussino tribuit Salmasius, citra  
 omnem

omnem censuram, *de Ann. climat. p. 578*, deinde recitat verba Chronici Alexandrini, de eodem Apollonio, *p. 579*. Si itaque Martyrem non licet, Justinum interim appellabimus. Concedit ille, Apollonii machinas quasdam adhuc forte extare, i. e. nondum plane a Deo in nihilum redactas: negat autem in iis adhuc habitare & operari dæmona. *Credebant*, inquit Guilielmus, Episcopus Parisiensis, *Tom. I Lib. de Legibus c. 24 f. 67, decepti homines, dæmones habere potestatem non solum in homines & res humanas, sed etiam in elementa: quia videbantur sedare morbos, a tempestates marium & fluminum, non irrogando & concitando. Interdum enim jussu & occulto Dei judicio mala illa irrogare & concitare permittuntur. Interdum autem & prohibentur. Nihil potestatis habentes, nisi quantum DIVINÆ VOLUNTATIS BENEPLACITUM AUT DEDE- RIT AUT PERMISERIT.* Habes, clavem prodigiorum. Athenagoras non dixit, Neryllium aut Proteum Seculo secundo in Græcia sibi ipsis, consecrassse similes statuas. Imo vero *ἄλλες μὲν εἶναι τῆς ἐνεργείας, ἐφ' ἧρέων δὲ ἀνίστασθαι τὰ ἐκόντας.* Neque etiam allegari ibi videmus τὸ θεῖον, sicut ab Apollonio. Seculum denique illud secundum jam senium hujus artis a seculo exeunte primo acceperat. Laudandusque iterum hic est le Nourry *Diff. 3 p. 434 sequ.*

7. Apud Lucianum, *Pseudomant p. 529*, mentio utique fit medici & præstigiatoris alicujus, τῶν ἐν τῷ πᾶσι αὐτοῖς ἐνεργούντων, civis & discipuli Apollonii nostri, qui totam ipsius tragediam pernovisset. Nomen autem istius quia non adjecit Lucianus, proximum Θῶος nomen festinans calamus arripit, & quum dubius adhuc de illo esset, forte, scripsit, *is inter discipulos Apollonii ibi refertur.* Nunc satis est Apollonium habuisse discipulos non paucos: de quo supra. Vocabant se illi Apollonios Apollonii. Ac pertinet forte hæc inscriptio Ancyræna, apud Montfaucon *Paleogr. Græc. Lib. 2 c. 6 f. 183*, posita certe Seculo secundo est, Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου. Si his hæc omnia componi potest, ita ut ex mente tua sententiæ jungantur, bene sperandum est de hominibus. Neque enim est mex ætatis, perpetuè rixari de his magicis. Henr. autem Corn. Agrippa, quum

quum ederet libros de occulta philosophia ante hæc duo secula, ad Lectorem ait, *si quid liberius dictum, ignoscite adolescentiæ nostræ.* Joannes Tritemius tamen rescriperat ei, *opus tuum, quod nobis examinandum obtulisti, quanta cum voluptate susceperimus, nec lingua mortalis unquam potest exprimere, nec scribentis calamus referare.* Sed & ante hoc Seculum Gabriel Nau-dæus, Medicus Parisiensis, Apologiæ suæ *pour tous les grands personnages, qui ont été faussement soupçonné de Magie,* inscripsit:

Intactæ virtutis opus, juvenisque laborem  
Excipite illustres animæ, doctique parentes,  
Nominis & genii: ne postera Secula credant,  
Et vos in Magicis pariter peccasse iufurris.

*DE HARMONIA ANIMI ET CORPORIS  
humani maxime præstabilita, ex mente illustris Leib-  
nitii Commentatio bypothetica. Accedunt solutiones dif-  
ficultatum ab eruditissimis Viris, Dnn. Foucherio, Bay-  
lio, Lamio, Tourneminio, Newtono, Clarkio atque  
Stablio motarum. Opera GEORGII BERNHAR-  
DI BULFFINGERI, Philos. Prof. Extr.  
Tubingensis.*

Francofurti & Lipsiæ, apud Theodorum Mezlerum, 1723, 8.  
Plag. 18.

**C**ommercium inter mentem & corpus ab omni ævo exercuit acutissimorum Philosophorum ingenia, ita ut multi nodum Gordium non solventes, sed dissecantes, alterutrius substantiæ existentiam prorsus negaverint. *Cartesius* pervidens systema influxus phyci nec ratione, nec experientia niti (id quod *Cl. Wolffius* in Meditationibus Metaphysicis explicatius ostendit), ac præterea naturæ rerum materialium adversari, in celebre *Sy-  
stema causarum occasionalium* incidit, a *Malebranchio*, Ordinis Oratorii Presbytero, magis excultum, a *Sturmio* in Germania defensum, a plurimis Philosophis & Theologis probatum & in

& in Belgio imprimis a Theologo & Philosopho celeberrimo *Ruardo Andala* acerrime propugnatum. *Leibnitius* varias ob rationes cum systema istud probare non posset, re curatius expensa, *Systema harmonia præstabilitæ* invenit, & A. 1695 in Diario Eruditorum Gallico primum publici juris fecit, *Foucherio*, *Francisco Lamyo* Benedictino, *Tournemino* e Societate Jesu, in Gallia, celeberrimo Dictionarii Critici Autore *Belio* in Batavia, *Newtono* & *Samuele Clarkio* in Anglia objicientibus, quorum objectiones discussit ipse *Leibnitius*. Altum vero erat de hoc Systemate silentium in Germania, nisi quod A. 1705 in his Actis p. 553 & seqq. nonnulla ex *Jaqueloti* libro de fidei & rationis consensu de eodem exciperentur, quibus perlectis *Wolffius*, quemadmodum ex Ratione Prælectionum in Actis A. 1719 fusius commemoravimus, doctrinam de essentiis rerum arbitrariis & justitiæ arbitraria missam fecit & receptum dogma de essentiis necessariis & actionibus per se honestis, a Theologis constanter propugnatum, veritati & rationi conforme agnovit, cum alterum fanaticis familiare eidem adversetur. Statim in dissertationis de methodo serierum infinitarum, quam in cathedra Philosophorum sub finem A. 1705 apud nos ventilavit, corollario quodam mentis mechanismum moralem asserente Systematis harmoniæ præstabilitæ mentionem fecit, ut eruditorum sententias eliceret. Atque ab eo tempore Systema hoc explicare cœpit in lectionibus suis philosophicis primum apud nos, sed mox circa finem anni 1706 Halam vocatus in Academia Fridericiana, hujusque instituti rationem A. 1718 in Ratione Prælectionum publice exposuit. Cum circa finem A. 1719 Meditationes Metaphysicas, quas in Actis A. 1720 p. 371 recensimus, typis mandasset, circa finem A. 1721 altera vice recusas, Systema Leibnitianum a priori ex principiis suis deduxit, ejus possibilitatem evicit & idem ab objectionibus præcipuis liberavit, quæ cum quadam veri specie fieri posse judicaverat. Ab eo tempore majorem attentionem eruditorum suscitavit, aliis calculum suum adjicientibus, aliis improbantibus. Quoniam itaque *Cl. Bülfingerus* non semel intellexerat, esse inter eruditos, qui mallent vulgariter & prolixè dici hanc causam, quam

exponi strictim, ut a *Leibnitio* factum fuerat, aut intertexti integro systemati, quemadmodum fecerat *Wolffius*; de harmonia præstabilita A. 1721 dissertationem inauguralem conscripsit & publice ventilavit ad Philosophiæ Professionem in Academia Tubingensi admotus. Illa vero dissertatio erat compendium majoris Tractatus, quem illo tempore de hoc argumento considerat & nunc in publicum conspectum profert, haud exiguam gratiam apud eruditos meriturus, cum & doctrina & ingenii acumine polleat ad abstrusa rimanda & explananda. Utitur sæpius principiis *Wolffianis*, quorum cum *Leibnitianis* consensum agnoscit. Monet p. 136, vulgo credi ab illis, qui arcani quandam disciplinam in hac Philolophia fingant, suasque a veris *Leibnitii* atque *Wolffii* sententiis déviationes ea fortassis excusatione emolliant, quod Cl. *Wolffius* orali traditione sententias *Leibnitii* edoctus fuerit; sed contrarium ipso *Leibnitii* testimonio probat, quod in Actis A. 1721 p. 92, 93 adduximus. At agedum! perlustremus Viri doctissimi commentationem pereruditam.

Postquam *Sect. 1* harmoniæ præstabilitæ terminum explicavit, *Sect. 2* numerum Systematum determinat, quæ de commercio inter mentem & corpus excogitari possunt: ubi ostendit, systemata simplicia præter tria, influxus nempe physici, causarum occasionalium seu adstantiæ, & harmoniæ præstabilitæ excogitari non posse, etsi concedat, composita plura hinc nasci. *Sect. 3* Systema vulgare influxus examinat. Ostendit, neminem fuisse, qui eum a priori demonstrare voluerit, quomodo scilicet ex definitione seu primo conceptu animæ consequatur, cum *Wolffius* primus atque hætenus unus ex isto animæ conceptu, quo ex factis experientia cognitæ eruit, animam esse substantiam universi pro situ alicujus corporis organici representativam, omnes animæ facultates legitimo nexu intulerit & distincte explicaverit. Porro eidem adstipulatur, quod ne quidem experientia clara nitatur, quæ nonnisi de com præsentia appetituum animæ & motuum corporis, itemque perceptionum & mutationum in organo sensorio testetur, atque ea, quæ hic dici poterant, clarissima in luce constituit, summa tamen ut in ceteris

ceteris, ita hic quoque erga dissentientes modestia usus. Urget deinde contra hoc systema identitatem non motus cum *Cartesio*, sed virium motricium cum *Leibnitio* ante & post conflictum, quam secundum notionem virium *Leibnitianam* admittunt omnes Mathematici, etsi nonnulli in viribus determinandis ab eodem abeant. Eam admissio influxu locum habere non posse clarissime docet. Quoniam de hoc argumento non est cujusvis judicare, hinc canoni aliam substituit, quo non minus nituntur regulæ motus, quemadmodum monuit *Leibnitius*, scilicet effectum integrum æquipollere causæ plenæ. Contendit nimirum, æquationem inter effectum & causam per influxum physicum tolli, tam in pleno, quam in vacuo, sive corpus statuatur per se ad motum indifferens, sive vi inertie præditum; atque adeo novis armis eundem oppugnat. Quoniam *R. P. Tourneminius* actionem corporis in animam quidem negat, actionem vero animæ in corpus concedit; ideo ejus quoque Systema refellit. Dum de animæ actio in corpus negatur, quidam id ad ipsum Deum extendunt, ut dogma offendiculo sit. Equidem communiter tantum respondetur, non extendendum esse ad spiritum infinitum sive Deum, quæ de finitis spiritibus prædicantur, nisi tale quid licere ex natura spiritus infiniti ostendiqueat: sed *Cl. Bullingerus* ulterius progreditur atque ostendit, eum finitus spiritus in corpus agere nesciat, infinitus tamen in ipsum agat. Ratio huc redit, quod actioni divinæ in creaturis nihil resistat, quo effectus limitetur, cum & inertia materiz & impetus corporum, unde resistentia derivatur & actio creaturarum limitatur, non habeant proportionem ad potentiam Dei infinitam. *Secl. § Cl.* Autor suum de systemate causarum occasionalium seu assistentiz judicium interponit. Primo urget cum *Leibnitio* contra *Cartesum*, quod directio spirituum animalium imperio mentis subijci nequeat, adversante lege *Hugoniana* de conservata eadem directione in omnibus simul corporibus in se invicem agentibus. Deinde displicet, quod in hoc systemate multa admittantur arbitraria, quorum scilicet nulla datur ratio, & tandem minus probat, quod perpetua supponat miracula. Atque hic explicat, quæ passim de his argumentis pro-



propofuit *Leibnitius*. Notat alia adhuc contra iftud fyftema urgeri a *Wolfo* in Inftitutionibus Metaphyficis; fed a fe prætermitti, cum fupponant præmiſſam de mundo tractationem. Temperat ſibi etiam ab iis, quæ quantumvis lenita durius ſonant, cujuſmodi eſt illud *Leibnitii*, poſſe ſententiam *Cartefianam*, ſed nimium extenſam, etiam non cogitantes ad *Spinoſiſmum* deducere: quod exemplum utinam ſibi imitandum proponerent, qui ſingulari pietatis laude inter alios eminere fatagentes in aliorum ſententiis cenſendis minus æquos ſe iudices præbent. *ſect. 5* rationes adducit, quibus ſyſtema harmoniæ præſtabilitæ confirmatur. Potiſſimum argumentum inde petitur, quod influxus phyſici & cauſarum occasionalium ſyſtema non habeat locum, adeoque vel neganda ſit alterutrius ſubſtantię exiſtentia (id quod abſonum) vel concedenda harmonia præſtabilita. Ut vero eadem penitus intelligatur, nonnulla ex *Leibnitiane* &, quam huic conſentire iudicat, *Wolfiane* philoſophiæ placitis repetit, brevitatis gratia non commemoranda, cum & Metaphyſicam *Wolfianam* cum Ratione Prælectio- num, tum Theodiciæam *Leibnitianam* in his Actis prolixè recenſuerimus, ipſa etiam *Leibnitii* principia integra exhibuerimus. Addit deinde §. 110 & ſeqq. ut ſubſtantię genere diverſæ inter ſe conſpirent, leges, quibus utraque regitur, eſſe debere harmonicas, quas explicandas eſſe diſtinctius notat in *diſciplina*, quam vocat, *Cofmologica*, hætenus deſideratâ, ſed cujuſ aliquod ſpecimen dederit *Wolffius* in Metaphyſicis, *Leibnitio* paſſim regulas huc ſpectantes nonnullas tradente. Nec diſſidendum eſt, ex collatione legum Ethico-Logicarum atque Phyſico-Mechanicarum non parum luminis affuſum iri harmoniæ præſtabilitæ poſſibilitati. Hinc digreditur ad examinandas difficultates, quas *Foucherius*, *Balius*, *Lamius*, *Arnaldus*, *Parentius*, *Tourneminius*, *Newtonus*, *Clarkius* atque *Stablius* moverunt, & has quidem *ſect. 6* ad examen revocat. Maxima difficultas, qua ſyſtema *Leibnitianum* premi vulgo creditur, in eo poſita eſt, quod libertati humanæ adverſum iudicetur: id quod condonandum eſt iis, qui idem penitus non introſpexerunt, neque enim ſolum *Leibnitius* hanc eſſe ejus prærogativam exiſtimavit, quod

quod nullo in Systemate major sit libertas hominis, quam in suo, verum etiam Jesuitæ Parisini in Diario Trivoltienfi ultro agnoscunt, id libertati humanæ valde favere, etsi ex alio capite eidem per omnia non assentiantur. Hanc itaque veritatem ante demonstrat, quam ad objectiones contra libertatem prolatas respondeat. Monstrat nimirum animam esse liberam a necessitate intrinseca, quatenus actio in se ipsa contingens & motiva actionis inclinantis quidem sunt sed non necessitantis, nec agens ipsum ad alterutrum oppositorum determinatum: eandem quoque esse liberam a coactione extrinseca, quatenus principium determinationis est extrinsecum. Motiva nimirum voluntatem inclinantis nunquam tanta esse, ut positis illis impossibile sit actionem non consequi, etsi ea sit animæ natura, ut, nisi alia in diversam partem argumenta prioribus opponantur, fortius mentem percellentia, certissime hanc actionem susceptura sit suo arbitrio. Hæc non abluere a Theologorum inlignium, *Jo. Francisci Buddei & Frid. Guil. Bierlingii*, mente, ex utriusque dissertatione de origine mali ipsis eorum verbis adductis probat. Docet deinde necessariam non esse actionem, quæ ex statu antecedente contingente legibus etiam necessariis consequitur; rationem sufficientem non esse necessitantem, nec leges successivorum certas esse simul necessarias; in electione animæ ne hypotheticam quidem necessitatem locum habere; ipsas leges mechanicas falso necessarias supponi sive a Philosophis nonnihil incautis, sive Spinofisticis, cum *Leibnitius* earum contingentiam demonstratam dederit, & quæ his gemina sunt. Alterum dubium speciosum est, quod quarto loco urget *Lamius*, Deum non posse facere automatam, quod sine ratione præstet id, quod homo facit cum ratione. Sed cum hic generali responsione *Leibnitius* fuerit contentus, provocando ad artificium, quo fretus formatur, ea omnia multo exsuperans, quæ ratio hominum perficit; *Wolffius* vero in Metaphysicis distinctas magis explicationes dederit, ex eo potissimum docet, quomodo in machina corporis humani vi solius mechanismi representari queant propositiones generales, quas anima format, tum etiam syllogismi ex iisdem conflat. *Clarkii* objectiones contra harmoniam præstabilitam tanto lubentius

bentius sigillatim expendit, quod Cl. *Thümmigius*, in responsio-  
 ne ad ultimum scriptum *Clarkii* ad *Wolfgangi* Metaphysicæ in-  
 stitutiones in hoc argumento nude provocet, cum Germanice  
 scribens repetere noluerit, quæ alibi legi possunt. Tandem *sect. 7*  
 consecutivas systematis *Leibnitiani* utilitates enumerat, veluti  
 quod existentiam Numinis indubiam reddat: ubi tamen simul  
 non uno nomine commendat argumentum *Wolfsii* ex considera-  
 tione mundi philosophica pro existentia Numinis deductum,  
 tum quod sacri codicis autoritate approbetur, tum quod rigorem  
 demonstrationis præ ceteris optime sustineat, tum quod attribu-  
 tis Dei cognoscendis accommodum sit, tum quod fecundam  
 corollariis etiam practicis Dei notitiam animo ingeneret. In  
 eundem censum ulterius refert, quod systema *Leibnitianum*  
 animæ humanæ a rebus externis independentiam, ejus immor-  
 talitatem & in actionibus suis perfectam spontaneitatem infer-  
 rat: ubi Cl. *Thümmigii* dissertationem in Academia Halensi A.  
 1721 d. 12 Decembr. habitam sub titulo: *Demonstratio immor-  
 talitatis animæ ex intima ejus natura deducta* in primis com-  
 mendat, tanto cum applausu exceptam a viris doctis, ut jam alte-  
 ra editione opus fuerit. Cum itaque confidat fore, ut lectoribus  
 eadem satisfaciatur, ipse brevior est in argumento tam arduo,  
 quam instituti ratio ferebat. Ut salivam lectoribus moveat, mo-  
 net, Autorem statim *sect. 1* distinctam immortalitatis notionem  
 exhibuisse, complexam 1 perennitatem ejus, 2 perseverantiam  
 in statu idearum distinctarum, 3 memoriam seu reminiscenciam  
 præteritorum. Hinc enim intelligitur, quod, cum in immorta-  
 litate animæ demonstranda ad hanc notionem attenderit, singula-  
 ri quadam ratione in hoc argumento versatus fuerit. Observat  
 quoque Cl. *Bulfingerus*, per systema *Leibnitianum* tandem in-  
 telligi, quid sibi velit barbarum istud: Esse animam in toto cor-  
 pore totam & totam impartibiliter in qualibet parte; quid sit  
 illud esse principaliter in aliqua parte aut sede, & quare capiti eam  
 prærogativam concedamus communiter, ut cetera taceamus.  
 Colophonis loco ex præfatione annotamus, cur Autor perspi-  
 cacissimus commentationem hanc hypotheticam appellet, scili-  
 cet ut integrum esset etiam illa mutuo accipere, quæ fortas-  
 sis

MENSIS JULII A. MDCCXXIII.

315

sis systemati necessaria esse possunt & in illa tamen, qua usus est, brevitare neglecta sunt; tum ut scopum descriptionis certius consequeretur.

AN INQUIRY INTO THE STATE OF THE  
ancient Measures &c.

i. e.

INQUISITIO IN STATUM VETERUM  
*mensurarum, Atticarum, Romanarum & in specie  
Judaicarum, cum appendice de antiquis Anglo-  
rum monetis, & mensuris capacitatum.*

Londini, ap. R. Knaplock, 1721, 8.

Alph. I pl. 8.

**P**ropositum fuit Autori anonymo, ut ipse in præfatione exponit, Judaicas mensuras ad modulum Anglicanum reduceret. Ad id autem requiritur, ut ratio detur, quæ est inter Anglicanas & alias modernas, tum & veteres quasdam, uti Atticas & Romanas: cum cognitio Judaicarum repetenda sit ab autoribus diversarum & ætatum & nationum, illis cumprimis, qui de Atticis & Romanis prodiderunt. Hinc natæ sunt partes quatuor: Prima agit tam de mensuris in genere, quam in specie de Anglicanis aliisque modernis: Secunda de Atticis, propter Græcos scriptores in subsidium vocandos: Tertia de Romanis, propter autores Romanos, quorum in hac disquisitione usus est: Quarta Judaicas mensuras late persequitur. Videamus de singulis breviter. Mensuræ longitudinum desumptæ videntur Autori a partibus corporis humani: inde illas superficierum expeditas esse ait ope quadratorum, corporum, ope cuborum datæ longitudinis. Hæc est mensuræ capacitatis ratio in corporibus. Sed mensuram per gravitatem seu pondus extitisse gravitatem corporis alicujus in statu eodem fere ubique obvii, & sub datis lateribus contenti. Ejusmodi esse cubum aqueum super latere palmari, propter mensuræ mediocritatem. Hujus cubi palmariis pondus, absolutam e gravitate mensuram suppeditasse primi-

Rr 2

tus

tus in Græcia, Syria, Palæstina & Ægypto, exinde verisimile putat, quod in hisce regionibus propter aquæ ductus mensuræ aquarum frequentior usus fuit. Vocat autem libram palmarem, & alibi fundamentum hydrostaticum mensuræ per pondus seu gravitatem; & passim ingeniosa conjectura multa ex illius consideratione infert. Ad libræ palmaris dimensiones proxime accedunt dimensiones pintæ vinaris, (est enim 28,875 pollic. cubic. cujus latus 3,068,) i. e. sextarii Anglici, quali pro vino utuntur. Quam vini quantitatem aquæ fere sub eodem volumine æquiponderantem, cum leges definiant unius libræ minoris duodecim unciarum: (*of a Troy Pound,*) hoc tempore autem constet, ipsum etiam excedere aliquantulum libram majorem, (*the averdupois pound*) quæ est sedecim unciarum, & est ad illam ut 175 : 144 : hinc concludendum ipsi videtur, pintæ mensuram a tempore latæ legis paulatim crevisse. Librarum extra Angliam, Romanam sedecim unciarum, pro eadem haberi posse cum Anglica majore; Hispanicam exacte ipsi æquari. Gallicam 7560 granis libræ Anglicanæ minoris æquari. Hic Autor laudat Eisen Schmidium nostratem, & ex ipsius libro de ponderibus ostendit, dimidium Pintæ Gallicæ, (*Chopine*) æquari fere sextario Anglico; continere enim 28,875 pollices cubicos Anglicanos. Grana Belgica Snellii eadem fere esse cum Romanis, ubi ostendit, de Ægyptiorum mensuris & ponderibus sequentis tradit, De Cubito hodierno magnæ Cairi, an idem sit cum Memphitico veteri, & adeo si Judæos mensuris ex Ægypto petitis alios supponas, legali & justo; ambigunt autores. Interim Rattel, seu libra, ut Golius vult, Ægyptiaca per Ægyptum omnem e duodecim componitur Unciis, quarum quælibet ex partibus Dirhem dictis, numero variis, quantitate iisdem ubique coalescit. Dirhem dividitur in 12 carata, caratum in quatuor grana. Jam vero excessus denarii Anglici super Dirhem tantum non est nisi 0,09 unius grani; unde 48 grana duorum denariorum & unius Dirhem pro iisdem haberi debent, differentia extra sensum posita, & proinde uncia Anglica, *a Troy Pound Ounce*, id est, viginti denariorum pondus decem Dirhem seu 480 grana Ægyptiaca non excedit duobus granis. Unde uncia illa

illa Anglica censenda est una e variis illis Ægyptiacis, composita e Dirhem decem. Quod magis verisimile est consideranti, Alexandriam, ante hos 300 annos adhuc, fuisse totius occidentis præcipuum emporium, ubi merces orientales per mare rubrum in Ægyptum delatz peterentur. Hoc præterea observatione dignum est, quod magaz Cairi uncia componatur e Dirhem duodecim, id est  $12 \times 12$  caratis, unde libra Cairi erit  $12 \times 12 \times 12$  caratorum 6886 Gr., numero cubo haud dubie innuente corporis dimensiones, ad cuius pondus primum libra exemplar exactum fuit. Unde, cum libra palmaris Anglica sit 6840 granorum, & adeo differentia laterum utriusque perexigua; haud improbabile est, libram Cairi primitus ex palmo, qualis hodie in Anglia obtinet, determinatam fuisse, proindeque hodierno antiquiorem palmum Memphiticum fuisse Anglico æqualem, & eundem cum justo & legali, ab Eduardo I ex oriente allatum, & ad emendandas Anglicas mensuras adhibitum. Quæ speciminis loco habeat Lector, dum singula persequi haud licet. Nam de Atticis mensuris fusius secunda pars agit. Cubitum primo Atticum eundem fere cum Anglico asserit, Minam autem probabiliter non multum differre a libra palmari Anglicana. Hicque tabulas subjungit pro reductione monetæ Atticæ ad Anglicanam. Deinde de mensuris capacitatis, & præcipue de sextario dispicit, ejusque rationem ad Pintam Vinariam Anglicanam exhibet. In disquisitione de Romanis mensuris, quam tertiaz parti, ut dictum, inseruit, de asse primum agit, & unciiis ejus, pede & pollice, libra & unciiis, tum de variis monetæ Romanæ speciebus, denariis imprimis & sestertiis. Addit de Congio curiosa varia, & ad determinanda ex ipso Romana pondera, & mensuras longitudinis spectantia. Accedunt in fine rationes mutuz Romanorum & Atticorum ponderum. His ita suppositis de Judaicis mensuris fusius dispicit, quæ ante & post captivitatem in usu fuerunt: in specie Siclum e Josepho, LXX Interpretibus, Epiphanio, Hieronymo eruit, & Maimonidis placida de mensuris sub templo secundo examinat, ostenditque, fundamento destitui sententiam, monetam Judaicam ante capt. ab illa post captivitatem una sexta parte defecisse. Porro Phœni-

ciorum mensuras pro determinandis illarum ope Judaicis, investigandas sibi sumit, & Maimonide denuo in negotio mensurarum Mosaicarum confutato, pro æqualitate Hebræarum & Atticarum mensurarum concludit.

AN ENQUIRY INTO THE CAUSE AND  
Origin of moral Evil &c.

h. e.

DISQUISITIO DE CAUSA ET ORIGINE  
*mali morales, Autore JOANNE CLARKIO, S.  
Theol. D. & Majestatis Regiæ Diacono  
Ordinario.*

Londini, apud Jacobum Knapton, 1721, 8.

Alph. J.

**P**ervenit tandem ad manus nostras Tractatus Cl. Clarkii de origine mali Moralis, cujus mentionem injecimus in Actis anni superioris p. 450, cum Tractatum de origine mali Physici recensuissemus. Inter omnia argumenta, quæ homines profani contra religionem & existentiam Dei opposuere, nulla majorem, judice Nostro, speciem habent, quam quæ a malo desumuntur: cujus rei hanc rationem reddit, quod homines in unum omnes multa in hoc argumento ignorantia laborent, ipsamque argumentum plurimis difficultatibus prematur. Quæ methodo in malo physico enodando usus fuit, eadem quoque utitur in declaranda origine mali morales, nimirum 1. considerat potentias, facultates seu perfectiones hominum, earumque gradum & extensionem, 2. objecta propria harum facultatum & naturam virtutis & vitiorum, boni & mali morales, 3. motiva ad praxiam virtutum & fugam vitiorum. Hinc enim patere arbitrar, quomodo fieri possit, ut homo peccet, & quænam causa subsit, cur peccet, non obstante infinita Numinis bonitate: hinc etiam responderi posse ad objectiones, quæ communiter contra præsentem statum & regimen mundi morales fieri solent. Adducit objectiones Platoniorum, Epicureorum, Stoicorum, Academicorum, ex *Maximo Tyrio, Lactantio & Cicerone*, & ad

ad eas breviter respondet. Hinc progreditur ad objectiones modernorum, ubi multus est in recensendis difficultatibus, quas *Balius* proposuit. Eas igitur sublaturus primo loco evincere conatur, defectus & irregularitates in mundo morali neutiquam repugnare notioni, quam natura de Deo habemus. Etenim mala moralia ex essentiis rerum finitis & limitatis necessario resultare & vi generalium & regularium legum ad directionem actionum præscriptarum locum habere, adeoque Deum majores perfectiones largiri non posse, nisi quas status & capacitas subjecti patitur. Videtur tamen in his omnibus aliquid arbitrarii admittere, quod in nudum beneplacitum Numinis resolvatur. Respondet deinde ad argumenta, quæ ex sacris literis desumfit *Balius*: ubi in genere monet, quod vel fundentur in expressio- nibus allegoricis, vel referantur ad consuetudines & opiniones olim receptas, quæ tunc temporis, cum Autores sacri scriberent, optime intelligebantur, nunc autem difficillime, immo forsitan perfecte neutiquam intelligi possunt, vel nitantur meris hypo- thesibus, haudquaquam vero ex Scriptura sacra clare deducantur. Ne igitur in eadem interpretanda abusus committatur, se- quentia probe notari jubet. 1 Scripturam Sacram constare ex libris miscellaneis, de multa rerum varietate tractantibus: omni- um tamen 2 finem esse commendare præxin veræ religionis ac virtutis, cum sit liber moralis, minime vero philosophicus. 3 Eandem repræsentare Deum tanquam Rectorem universi & homines tanquam Subditos. 4 Vires & operationes mentis in ea exprimi terminis figuratis & metaphoricis. 5 Frequenter de- nique allusiones fieri ad ritus & consuetudines Judæorum. Re- gulis hisce neglectis, factas fuisse interpretationes Scripturæ perversas, quæ circa originem mali difficultates pepererunt, his convenienter explicat notionem fidei & mysterii, atque ad explicandas facultates hominis, præsertim mentis digreditur. Considerat porro dispositiones mentis naturales & passiones a corpore resultantes. Inclinationes, dispositiones ac passiones ho- minis in abstracto non esse malas, utpote a Deo sapientissimo ad finem bonum eidem concessas; sed malum aut esse tantum imperfectionem quandam naturalem, vel ab illarum abusu ar- bitra-



bitrario sub circumstantiis particularibus oriri, qui impediri non possit, nisi facultatibus naturalibus destructis: id quod exemplo intellectus specialius declarat. Postquam igitur de praxi morali tam secundum mentem Philosophorum gentilium, quam secundum Scripturam sacram disseruit, quomodo fieri possit, ut homo peccatum committat & quænam causa subsit, ut idem actu committat, hunc in modum explicat, ut possibilitatem peccandi tribuat imperfectioni intellectus & voluntatis, quatenus objecta sensuum eidem imponunt, actualitatem vero abusu libertatis, quam Deus in bonum finem largitur, harmoniz seu pulchritudini mundi moralis satisfactorius. Hominem esse ens compositum ex mente & corpore, atque adeo fieri non posse, quin, si secundum dictata rationis se ipsum determinans sensuum & passionum suggestionibus aurem præbeat benignam, naturæ ac rationi rerum contrarias edat actiones & ordinem atque harmoniam in creatione stabilitam subvertat. Hæc Scripturæ sacræ & propriæ uniuscujusque experientiz conformia esse probat. Agit deinde in specie de peccato protoplastorum, quod ex iisdem principiis explicat, nempe quod dictata sensuum & appetitus contraria fuerint directioni rationis & convictioni mentis. Nec ab iis abludere historiam lapsus Mosaicam monstrat, quæ & notioni Dei, & præscientiæ ejusdem conformis sit. Describit tandem statum hominis, qualis in evangelio exhibetur: ubi docet, lumen naturæ sufficere ad docendum hominem officia, hanc tamen de officiis doctrinam per revelationem promoveri. Gentes abusos esse notitia naturali, Judæos supernaturali, atque hoc pacto mundum universum obnoxium fuisse peccato, nec non omnibus, quæ inde consequuntur, medio liberationis per Christum a benignissimo Numine statuto, hominibusque proposito. Postquam indolem ac finem evangelii breviter exposuit, ad objectiones examinandas ingenii sui nervos intendit, quas movent hostes. Præcipua petitur a potentia & dominio diaboli, quod dogmata Scripturæ notioni Manichæorum de infinito principio malo favere videantur. Sed respondet Noster, Diabolum, etsi magna ejus sit potestas, non tamen esse ens infinitum ac independens, nec quicquam facere posse nisi Deo permit-

permittente ob finem bonum & sapientem. Inculcat præterea, non aliud intendi in Scriptura Sacra, quam ut status peccati & reatus repræsentetur, in quo homines hærent, utque ostendatur, quomodo liberentur. Nequaquam vero in ea assignari causas illius naturales & rationes philosophicas. Atque ideo eundem effectum diversis adscribi causis pro varietate opinionum tunc temporis receptorum, diversis etiam illustrari similitudinibus pro diversa personarum capacitate. Ita e. gr. Joh. VIII, 44 Judæos dici filios diaboli, quod eundem in operibus suis imitentur, quemadmodum ut plurimum liberi parentes imitari solent. Similiter Apostolum I Joh. III, 7, 8 principium actionum malarum in ipso homine querere; peccantem vero ad Diabolum referre, quatenus is a principio peccavit, quæcunque tandem fuerit peccati causa, occasio vel motivum. Similiter Jacobum c. I, 13, 14, 15 disertis verbis asserere, tentationes ad peccatum non esse a Deo, sed ab ipso met homine ortum trahere. Et Paulum I Cor. X, 13 affirmare, quod a præsentibus circumstantiis & conditione humanæ naturæ resultent, nimirum a dispositionibus mentis, textura corporis & constitutione rerum externarum. Infert inde, quod Salvator Luc. XVII, 2 affirmat, moraliter fieri non posse, ut homo non peccet, etsi Deus ex parte sui agat, quicquid ad peccatum impediendum a sapientia & bonitate ejus proficisci potest. Id enim unice ab arbitrii liberi usu pendere, qui cohiberi nequit, nisi illud destruat. Adde nonnulla de iis, quæ peccatum consequuntur, & ex iisdem dubia solvit, quæ ob inæqualem boni & mali distributionem in hac vita & pœnas peccatorum, æternas præsertim, a nonnullis moventur.

*Versuch einer gründlichen Erläuterung der merkwürdigsten Begebenheiten der Natur etc.*

hoc est,

**LUDOVICI PHILIPPI THUMMIGII, A. O. P. & Societatis Scientiarum Regiæ Borussicæ Socii, Tentamen phenomena Naturæ singularia explicandi, quibus ad interiorem Naturæ cognitionem via panditur.**

Hala Magdeburg, apud Jo. Adamum Spærlium, 1723, 8.  
Plag. 6.

**T**ertia hæc parte continentur observationes tredecim, quæ ad rationes physicas revocantur. *Sec̃t. 1.* experimentum *Harristii de Desagulieri* in adamante ope speculi caustici sumtum expenditur, unde causa duritiei, qua ceteris corporibus præstat, detegitur & impossibilitas plures minores ope liquefactionis in unum majorem convertendi deducitur. *Sec̃t. 2.* explanatur modus singularis flores ac fructus in arena arida per longum temporis spatium, v. gr. a primo vere usque ad hiemem, conservandi. Rationem hanc reddit, quod arena transpirationem impediat, in loco autem, ubi calor temperatus, putrefactioni non fit locus. *Sec̃t. 3.* rationem reddit phænomeni balistici hæctenus desideratam, nimirum cur primus ex tormento jactus, invariata elevatione, minor sit aliquot subsequentibus, ubi vero ipsum incaluerit, idem brevior evadat. Ostendit nimirum, primum fieri jactum, ubi integra pulveris pyrii massa nondum in flammam abiit, id quod tamen locum habeat in ulterioribus. Postquam tormentum repetitis jactibus incaluit, partem pulveris pyrii inutilem reddi, mixtione per subitam liquefactionem sublata. *Sec̃t. 4.* plantatione arborum inversa, multis experimentis comprobata, theoriam *Wolfianam* confirmat, quod radices cum trunco & ramis coincidunt, atque in nodis lateant gemmæ sub terra radices, in libero aere furculos protrudentes. *Sec̃t. 5.* docetur, quomodo fieri poterit, ut in terræ motu, quæ anno præfenti in Lusitania accidit, fluvius exsiccaretur: fundo scilicet ultra libellam elevato a terræ concussione aquas per declivia in mare defluxisse, novas vero non statim congestas fuisse. *Sec̃t. 6.* ars docendi a nativitate surdos & mutos loquelam rationibus a priori petitis illustratur. *Sec̃t. 7.* disquiritur, quænam causa subfit vomitui, quo caninus foetis e ventriculo ejectus refertur in *Collectionibus Medicorum Vratislaviensium*. Negat, foetum fuisse caninum: massam fuisse ostendit, quæ externam canis figuram mentita. *Sec̃t. 8.* casus singularis urinx per vomitum exeretæ expenditur: cujus causam hanc reddit, quod, renibus ob-

obstructis, urina per glandulas ventriculi excreta fuerit. *Secl. 9* fallaciam detegit *Liebknechtii*, Professoris Giesensis, stellam telescopicam intermediam temonis & Alcor pro stella nova venditantis, ipsique motum per errorem tribuentis. Nunciavit stellam hanc, si superis placet, novam Astronomis sub nomine sideris *Ludoviciani*, nomine a Serenissimo Hassiæ Landgravio, Academiæ Giesensis Nutritore, mutuato. Idem cum Cl. *Thümmigio* sentiunt *Zumbachius*, Astronomus Cassellanus, & *Weidlerus*, Astronomus Wittenbergensis. *Secl. 10* monstrat, cur plantæ ad ætatem adultam provectæ plus olei in destillatione chymica fundant, quam juniores & senes. Rationem ex principiis Physicæ *Wolfianæ* derivat, de qua proxime dicetur in his Actis. Nimirum oleum in plantis de novo generari & in semen imprimis, ex ceteris plantæ partibus transfundi. *Secl. 11* sub examen revocat, quæ *Hartsekerus* & *Homborgius* de motu arena granulis & laminae elasticæ in foco vitri caustici impresso annotarunt. *Secl. 12* singularia circa grandinem ad rationes physicas revocat. *Secl. 13* denique causam fluxus menstrui per pedem adsignat.

**CAROLI RICHA, PHIL. ET MED. D. MORBORUM Vulgarium Historia, seu Constitutio Epidemica Taurinensis Anni MDCCXX.**

Augustæ Taurinorum, apud Petr. Josephum Zappatam, 1721. 4.  
Plag. 19.

**C**UM Res Medica ab observationibus & experimentis inter mortes & funera ortum habuerit, adque Artis dogmata, nuda successuum memoria traducta fuerit, nullum est dubium, quin suam illa jam adeptam sit perfectionem, si eidem tramiti Hippocratis posteris insitissent, nec, qui ingenio magis præstiterunt, in rebus, quæ decus quidem aliquod Arti, nullum vero ægrotantibus præsidium afferre queunt, fuissent occupatissimi. Alia sibi via incedendum esse intelligens Clarissimus Richa, ex quo Medicinæ sacris fuit initiatus, magnam laboris partem in colligendis observationibus morborum impendit, non inutili prorsus nec infortunato conatu. Cum enim se valde hisce rebus proficere animadvertit, obviumque morborum quo-

nondam ingenium observaverit, statis temporibus ingruentium, ausus est majora moliri, annorumque fimal., annique temporum conditionem, cursum, ac conversionem annotare, summaque fide describere, magni momenti esse ratus; præter morborum historiam graphicam & naturalem, tum ad prænoscentes futuros morbos, tum ad eosdem profigandos, anni quoque tempestatum constitutionem, quæ scilicet cuius morborum generi potissimum faveant; diligenter expendere. In isto igitur studio Sydenhamium atque Ramazzinum sedulo secutus est, in hoc maxime lætabundus admodum, quod primus glaciem fregerit in patria, facemque prætulit aliis, quam oblatam traditamque avide ut arripiant, fidemque faciant exteris, nihil in subalpinis desiderari, quod ad scientiarum bonarumque artium, ac Medicinæ præsertim incrementum facere queat, suos serio hortatur cives. In eo itaque versatur Clarissimi Richa opera & industria, ut primo ad varias aeris vicissitudines dignoscendas, ac, si lubet, etiam dimetiendas, barometro ac thermometro utatur, quotidie annotans, quicquid ad aeris pondus & gravitatem, tum frigoris aut caloris excessum attinet; secundo ventorum maxime habeat rationem, ac tertio fidelem ingruentium morborum narrationem, tum qui intra urbis moenia, tum qui longe lateque per totum Taurinensem agrum grassantur, quo tempore oriri cœperint, quoque desierint, eximiam operam præstantibus amicissimis viris, adjiciat; eosque potissimum morbos observet, in quibus memorandum illud Divinum Hippocratis elucescit, quorum nempe ortum & incunabula a secreta & inexplicabili aeris alteratione, hominum corpora inficientis, deducere fas est. Impræsentiarum Historiam exhibet Morborum vulgarium, qui Anno 1720 Augusto Taurinorum grassati sunt, telam hanc singulis post hæc annis profecuturus. Consentaneum vero duxit, quæ propria fere sit cœli Taurinensis natura, quidve in hoc agro laudandum, quid culpandum, paucis exponere. Urbis atque agri conspectum vere Elysium vocare non dubitat, siquidem collibus Alpiumque cervicibus haud longe ab urbe impendentibus, amplissimaque interjecta planitie mixta veluti quædam ex omnibus ac librata confurgit atmosphaera. Ventorum occi-  
 denta-

dentalium flatibus compefcendis comparatae sunt Alpium cer-  
 vices, minus tamen infensi hi exiftunt Pedemontanis: fiqui-  
 dem uberrimam illam vaporum copiam, quam hi fecum ex  
 oceano Atlantico vehunt, magna ex parte per vaffiffimum to-  
 tius Galliae occidentalis tractum dimiferunt, tum, fi quid adhuc  
 retinent, antequam Alpes pervadant, deponunt, quo fcilicet  
 dein lenes ii, ac temperati fub-alpinas hasce Regiones benigno  
 afflatu recreant: Orientales ventos libere per univerfum agrum  
 Pedemontanum perfare fiunt colles ad orientalem urbis pla-  
 gam compofiti, nec humiles nimis nec elati, ita tamen difpo-  
 fiti, ut non nifi puriffimum aetherem leniterque retufum ac  
 mitigatum prima luce appellere perque patentes campos fele  
 diffundere permittant. Boreas & Auster dum a Septentrionali  
 nivibus obfita & a Meridionali vaporibus aquofis divite plaga  
 nullo interjecto obice difcurrunt, furentes inde ac debacchan-  
 tea faviiffimo plerumque flamine incolas verberant, vel eo  
 maxime, quod affurgentes utrinque montes apertum iis cam-  
 pum, ac veluti quendam alveum, quo magis faviant, praebent.  
 Longe vero Meridionali infenfior eft Boreas, quod ille inqui-  
 namenta, quae fecum vehit, medio quali in itinere, antequam  
 iam obviam fibi planitiem illabatur, interfacentibus maritimis  
 Alpibus, quae a meridie imminet, ac Nicienfem ditionem a  
 Pedemontio difterminant, dimittere cogatur aliquando; Bo-  
 reas vero e montibus, glacie nivibusque tectis, fponfe ruens  
 fubjectos campos pervadat, libereque furens non modo aerem  
 valde condensatum & compreffum adducat, fed & minuta  
 corpora nitrofa non parum infensa fecum advehat, erodendi  
 irritandique facultate praedita. Quemadmodum autem nitro-  
 fa acidique exotici fales a Boreali plaga, lixiviales vero ac uri-  
 nofi ab Australibus oris adducuntur, ita flante Borea incolae  
 morbis, qui a coagulatione, flante Austro iis, qui a colliqua-  
 tione humorum ortum ducunt, funt obnoxii. De aquae boni-  
 tate cur quis dubitet, nulla fubeft caufa; tranfcurrunt enim  
 non folum celebres Padi & Duriis amnes, fed ex intimis Al-  
 pium anfractibus lymphae fcaturiant; ac per univerfum agrum  
 extimia colorum industria longe latefque diffeminat viluftus  
 rivuli, qui rursus dein una omnes in unum alterumque amnem

maioresque alveum excurrunt. Quibus præmissis Epidemiam constitutionem Anni 1720 declarat; Autumno scilicet antecedente pluvioso existente, variolæ funestæ, pleuritides spuris, ophthalmis, anginæ, dysenteris, & sitanguris grassabantur, insequens vero post solstitium hybernæ hyemæ sicca variolæ in fugam quidem vertit, petechialibus interim maleque moratis febribus fore prævalens, quibus sub æquinoctio verno spasmodici pectoris affectus, item ignes sacri, anginæ, arthritides, erysipelata, & alia id genus mala se sociabant. Affectiones vero has excitatas putat Auctor Clarissimus ab Austriinis favientibus flatibus, atque hinc præter morem serena ac veris speciem referente hyeme, quam pluviosus autumnus post ingentem illam temporum siccitatem prægressus fuerat. Hinc enim prælucente præmaturo afflatu vere, ut vegetantia quæque in agris, ita & humani corporis liquida intestino motu fermentescere magis, agitari & in colliquationis statum deduci ceperunt. Veris initio cælum votis communibus respondit, moderatis imbribus delapsis, quos novam lætamque faciem periclitantibus rebus allaturos augurari fas erat. Verum Aquilo denuo favere cepit, inasuetumque frigus media inter primordia veris induxit, cui quandoque occidentales venti mitiore flatu adspirantes succedebant, recurrentibus mox Austris iterum, tanta adeo varietate rerum, ut sæpe unius diei spatio æstatis, hyemæ, veris & autumnæ vices contingerent, modo sereno pacatæque cælo, modo turbido, nubilo, pluvioso. Notæ hinc diræ indolis acutorum morborum proles sporaticæ deservientium caput extulit, ac præcipue spasmodicarum agritudinum, quibus gliscentibus diuturniores ejusmodi aliz sese prodere aulæ sicut. Inter ceteros vero quam immanissime cruciabatur Podagricorum cohors, tum qui nephriticis, scorbuticis, aliisque id genus affectionibus obnoxii passim erant. Annotabantur etiam hysterisæ passionis, apoplexiæ, hemieranis & vertigines. Hisce vigentibus intercurrentibus morbis febrium malignarum fævities remitti quidem, atqui hæc iterum velut auctæ viribus statim fore recrudescere ac magis magisque debacchari visæ sunt. Frequentiores etiam ephemeras fuerunt, præ intermittentibus. Breve verum hæc successit mox ab ingressu

gressu turbata ventis, lætior dein ameniorque, blande adspirantibus etesii. Post caniculares varia aeris temperies, Zephyri & Austri alternatio. Illo autem circa Septembris initia prævalente, plurima pluvia & horridiuscula aura per aliquot dies infesta. Æstatis reliquum moderato ventorum flatu tranquille peractum, felicioribus auspiciis atridente æquinoctio. Fatiscere enim sensim adulta æstate exitiales febres, tum spasmodicæ ægritudines observatæ sunt, facemque tradere intermittentibus febribus, quæ Augusto & Septembri mense illucescentes, subque ipsum dein Æquinoctium vulgares factæ, magis stativa castra ponere coeperant, palmamque illis eripere, aeris procul dubio ab æstivo fervore in autumnale frigus degenerantis præludia. Secum quoque ingredi vitæ continuæ quædam, alizque ardentes, paroxysmis interpolatæ, catarrhales, tussi & asthmate molestæ, quandoque & angina, oculorum ac tonsillarum inflammationibus, quæ deinde in intermittentes migrabant. Media æstate obstructum forte intemperantem ingluviem & immoderatum aliarum illecebrarum gulæ usum diarrhœæ ac dysentericæ comparuerunt, quæ difficillime medicamentis compescebantur. Verminosa quoque spectata proles ludere, sævæque symptomata producere in adultis æque ac in teneriori ætate constitatis. Haud paucos etiam colica dira corripuit, quam a violenta potius abdominalium musculorum contractione, quam a convulsionibus intestinorum, eamque insequente antiperistaltico motu oriri, multis probat Autor. Etiologias de cetero singulorum morborum, quas suppeditat, allegare jam brevitatis studiosi supercedemus, vitam interim atque sanitatem eidem, ut egregium hoc opus continuare feliciter queat, animatus apprecantes.

THE CHRISTIAN PHILOSOPHER &c.

h. e.

PHILOSOPHUS CHRISTIANUS, SEU  
*Collectio optimorum in Physica inventorum una cum meditationibus religiosis; Autore COTTONE MATHER,*  
*Doct. Theol. Societatis Regiæ Sodali.*

Londini, apud Eman. Matthews, 1721, 8. pl. 26.

A Utoris doctrina & pietate valentis scopus est ostendere, quod  
 Philo.



Philosophia minime sit religioni inimica, sed quod potius motiva ad eandem suppeditet maxime efficaciam & admiratione digna. Philosophiam naturalem, qualem inventa recentiorum sunt, inflammare devotionem mentis & charitatem, ut Deus in altissimis glorificetur, & homines in terra mutuo amore sese complectantur. Atque ea in re laudanda est Cl. *Matheri* conatus, quod Deum ex operibus cognoscere, & maiestatem eius collaudare student, spreto scilicet saeculorum praedicio, qui a Naturae scrutatio sibi metuant, ne forte in Atheismum incidant, & Naturae mystas Atheismi suspectos reddere non erubescunt, ne invisibilis Numinis maiestas ex operibus creationis clare agnoscat. Eam itaque in finem XXXII. tentaminibus recenset praecipua in singulis Physicis capitibus inventa, veluti de lumine, stellis in genere, facis in specie, tum & Sole, Saturno, Jove, Marte, Venere, Mercurio, Cometa, Luna, pluvia, igne, nive, grandine, fulmine & fulgure, aere, vento, calore, globo terrae, gravitate, aqua, terra, magnetismo, mineralibus, vegetabilibus, insectis, reptilibus, piscibus, avibus, quadrupedibus, homine. In singulis a creatura in Deum ascendit & in ejus laudes effunditur, eum quidem in modum, qui in hominibus sacris usui esse solet, ut magis mentis devotio, quam ratiocinationis exaltatio indicium praebet. E. gr. cum hypothese *Democriti* & *Epicuri* a *Gassendo* renovatam amplectatur, quod radii luminis sint corpuscula e Sole emissa, atque hinc concludat, Solem aliquando cepisse, cum alias per aeternam aeternam seriem dudum totus fuisset absumptus, in haec verba erumpit: Glorioso Deus, tu es pater luminis, opifex Solis! Addit: Tu solus in sempiternum adorandus, opifex creaturae tam gloriosae! Ubi commemorat, quamlibet fixam esse Solem, circa quem systema planetarium ordinetur, quem admodum circa Solem nostrum, mox exclamat: Magnus est Deus noster, magnopere celebrandus: magnitudo ejus imperferutabilis! Quomodo fieri potest, ut magnitudinem Dei nostri consideremus, nec nos coram ipso annihilemus! Tandem omnem de Sole tractationem his verbis concludit: quam gloriosi erant justi in altero saeculo, ubi instar Solis splendent!

# ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Augusti Anno M. DCC. XXIII.

## CLEMENTIS UNDECIMI PONTIFICIS Maximi Homilia in Evangelia.

Romæ, apud Jo. Matiam Silviani; 1722, fol.

Alph. 2 pl. 7 cum multis Fig. zn. in partibus

**P**ostquam fufius nuper de Orationibus Confiflorialibus S. P. Clementis XI diximus in Supplem. Actor. Erud. Tomo VIII Sect. III p. 97; nunc brevius agemus de eisdem Homiliis, quas idem, qui Orationes illas, *Anibal* tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis *Albanus*, S. R. Ecclesie Camerarius, splendidissimo ornatu decoratas, publici juris fecit. Inscriptis is opus plane regium Joanni V Lusitanorum Regi, Pio, Magnanimo, Felici, quod is inter alios Filios præcipue Clementi dilectus, Italiam in libertatem vindicaverit, & missis quampluribus navibus periclitanti Corcyre operam præstantissimam attulerit, tum quod fidem mire propagaverit, tum suadente Clemente, Alexandrinus Patriarcha sub auspiciis tanti Regis ad Sinas usque profectus esset, tum denique, quod ipse Clemens in dictis Orationibus Regis in se & sanctam sedem munificentiam prædicaverit. Exhibentur vero hic Homilia XXVIII in solennioribus Ecclesie Festis recitata, quæ cum meros captiones e S. Scripturis & Patribus, imprimis S. Leone & S. Bernardo, conlarcinatos contineant, non est, ut de his plura dicamus. Quod ad ornatum operis attinet, tantum abest, ut ei cedat, quem in Orationum recensione commendavimus, ut potius illum superet. Subjecta imprimis sunt tum dedicationi, tum singulis homiliis maximi moduli numismata, sive vera, sive, quod lubentius credamus, ficta.

ficta, quae praecipua a Pontifice pro gesta quavis hominibus non ubique respondent, repraesentant. Ex his primum tantum hoc loco proponimus, quod ex eodem arte locum Pontificis, ut intelligatur, quibusdam modis, quibus, cum haec abbas, CLEMENS XI CREATUS XXIII NOVEMBRIS MDCC; in circo vero exstant verba ALBANUM COLVERE PATRES NUNG MAXIMA RERUM ROMA COLIT. In altera parte insunt insignia Pontificis cum clavibus, quae quatuor haec floribus exornata, vocabula cingunt: IUSTITIA PIETAS PRUDENTIA ERUDIPIO, quibus ad praesigum, quod de hoc Pontifice circumfertur, illud, docent inscriptura FLORES CIRCUMDAE. Accedit praeterea inscriptio ad oculum statim in circulo posita: FLORES MEI FRUCTUS HONORIS ET HONESTATIS ECCLE. C. XXIV. Caeterum ne quid ad gloriam defuit Clementi XI, nunc in eo esse accepimus Emin. Card. Annibalem Albanum, ut post Orationes & Homilias editas, Decreta quoque ejusdem, praemissa brevi vitae recensione, typis non minus elegantet, sed forma paullo minori, descripta prodant.

**RAIMUNDI DUELLII, REG. S. AUG. CANON.** & *Bibliothecarii Sand. Hippolytensis, Miscellaneorum, quae ex Codicibus MSS. collegit,*

## Liber I.

Augustae Viad. & Gracil; Imp. Ric. Marc. & Jo. Vaid, 1723, 4.  
Alph. 2 pl. 13.

**Q**UOD futurum opinati sumus, ut Cl. Peziorum fratrum exemplo excitati viri docti alii monasteriorum Germaniae claustra excutiant & MSS. Codices protrahant in lucem, paulatim eventus comprobati. Et prodidit nunc primum Miscellaneorum Tomum de Constantio Duellio, magnam studiorum suorum partem Bernardo Pezio se debere professus, cuius contenta breviter resumemus. Comparat primo loco *Fr. Arnonis* Scutum Caspitarum, scilicet Regularium, quatuor scriptorem Saeculo XII videlicet Raster, ordinis sui, cui aliorum ordinum isto & antecedenti saeculo editis agnati, defensorum acerrimum. 2 Chronicon

niconbrone Waldenaparche Codices in d. n. S. m. b. XHI scripto  
 descriptum, cum sigillis collegii illius potantiquo: observat vero  
 Noster, solenne fuisse hominibus prioribus Seculi, ut sigillis  
 veteribus, nomine prædecessorum (idem festinandum de anni  
 numero) usus, factus esset, ut dicitur. 3. Suntita Magi-  
 stri Pauli, Presbyteri S. Nicolai, quem libens ab auspicio & in la-  
 bore Socio, Eulstio Amert, Bibliothecario Pöllingano, e MS.  
 Seculi XIII descriptum, classedrum in numero fuisse quondam,  
 e tot exemplis ejus passim exstantibus probat. 4. Antiqua Statuta  
 Canonicorum Regularium metrico, cum glossulis, quæ Seculo  
 XIII hæc antiquiora esse, ut ex ceteris hæret, quod Consili  
 Salisburgensi A. 1281 celebrati sancta in illi laudatur, nec  
 diffitetur, multum hunc ordinem, ut alios plures, a rigore ve-  
 terum statutorum ob quotidianam humanarum virium e mul-  
 torum annorum penitentia & rigidissimis jeuniis dejectionem  
 recessisse. 5. Charta fundationis Collegii Ardachon, ut & 6. Sta-  
 tuta Ardachon. 7. *Part. d. A. d. n. d. Padani legum Doct.*  
 Oratio coram Revere. de Beatis Rege R. m. nomine Univer-  
 sitatis Pad. 1401 d. 20 Nov. Padua impoita, e Codice synchro-  
 no, & 8. duz Collationes, factæ coram Domino Papa per exi-  
 mium Sacre Paginz Professore Magistrum *Matthæum de*  
*Cracovia*, Ambaziatorem Ser. Princ. Bonifat. Ruperti Regis  
 Rom. & semper Augusti, A. 1403. 9. Charta fundationis Mona-  
 sterii B. V. Maris in Tinsbach, ut autographo. 10. *Henrici Ar-*  
*bofer*, Præpositi in Tinsbach venerabilium Canonis Tinsbach-  
 ensis Eucharidion, A. 1676 scriptum. 11. Necrologium veteris  
 ejusdem Monasterii. 12. Constitutio Sacre P. m. n. i. m. i. m.  
 S. Maris Magdalens, quas Noster Gregorius III. P. m. i. m. i. m.  
 tam. 13. alia eorundem Constitutione paulo recentiores, &  
 14. charta reformationis Mon. S. Maris Magdalens, quod Vi-  
 tanz existisse evincit. 15. *Supplicat. Responsio ad Epistolam*  
*scrupulosa*. 16. *Copia instrumenti S. m. n. i. m. i. m. i. m.*  
*Truster*, Epistolæ ad Sereniss. Cas. Wolfy, Archiepiscopi A. 1756  
 scripta, cum dialogo de remedio moris, quam Noster hæc  
 maxime prelo dignam judicavit, quod dicitur in mentalis præci-  
 puorum ejus temporis eruditorum mentionem fecisset. 18. *Ja-*  
*rol-*

*Reffu*, qui e familia Maximiliani Imp. Belgis cum ipso carcere detentus fuit. Adnotationes chronicae vernaculae: 19 *Christoph. Mulleri de Prankenbain*, Praefatis Sandi Hippolytensis, anno demum 1715 VIII Idus Febr. defuncti, Introductio in Historiam Sandi Hippolytensem sermone satis eleganti concinnata, quam accipit denique 20 Appendix quadraginta diplomatum vetustissimorum. Ex his non desessent, quae speciminis causa afferri possent, si de vetustia neque essemus ac de novis solliciti.

MEMOIRES POUR SERVIR A L'HISTOIRE  
d' Anne d' Autriche, Eponse de Louis XIII Roi  
de France,

i. e.

COMMENTARII HISTORIAM ANNAE  
*Austriacae, Ludovici XIII Regis Galliarum conjugis,*  
*illustrantes, conscripti a Domina de*  
MOTTAVILLE.

*Tomus V.*

Amstelodami, apud Franc. Changuion, 1723, 12 maj.  
Alph. 5 pl. 6.

**E**xaravit haec Commentaria, si Editori credimus, Mottavilla, summo Reginae favore gavisa, Neptis celeberrimi Bertaldi, Episcopi Sagienfis, Poetae felicissimi, & Mottavillae in suprema Curia Rotomagensi Praefidis vidua. Mater, quae Hispanicis a tenera juventute moribus affueta, in aula Reginae mature admissa, sine commendatione, ut filia ibidem educaretur, effecit. Haec dein connubio juncta, mox tamen orbata marito T. I. p. 10. in aula rediit, Reginae semper addictissima, & arcanorum ipsius particeps. Hic otium subinde nacta, tempus quod foeminae alia ludis variisque oblectamentis impendebant, compilandis haece Commentariis infudit, eodemque mortuo demum Regina, in monastico sacello, arcte perpolivit. Non desunt sane temporum istorum Scriptores, quibus tamen, plerisque Aulae adver-

adversis, haud immerito opus hoc opponitur, quod interiora quippe Aulae consilia detegit. Fuerat illud, uti traditur, absconditum diu, & Anonymo cuidam creditum, qui, quamvis fidei violatae reus, opere utilissimo carere historiarum cupidos noluit. Digestum est opus in Tomos V. haud adeo magnae molis, quorum I. complectitur res ab adventu Reginae in Galliam, fata adversa, quae Richelio potissimum auctore, passa usque ad mortem Regis 1643. & primordia administrati a Regina felicissimi Regiminis usque ad 1647. II, III & IV motus civiles & mala inde exorta usque ad annum 1659. V denique matrimonium Regis cum Hispano Principe, morbum quoque & mortem Reginae Matris describit. Nobis pauca non ubi nota speciminis loco sufficient.

Annam Reginam Galliae morum juxta & formae elegantia commendabat, sed rumores mox de amoribus ipsius sparsi, qui facile diluuntur ex eo, quod illustribus Hispanorum foemina in more positum, ut nugae amatorum audiant quidam, sed intra cancellos tamen modestis strictissime sese continant. Accusatur Regina, quasi vitae Mariti insidias, Chalasio artifice, struxisset, nimirum ut ipsa Rege sublato fratri ejus nuberet, quod Chalasius ad supplicium ductus falsum, & spe vitae a Richelio proposita sibi elicitum, pronanciavit. Imo Richelium ob spreto a Regina amores offensum, haud obscure colligitur. Fayetha, quam Ludovicus XIII adamare coeperat, mox invidiam ejusdem Richelii verita in comobium se receperat, quo confabulandi causa saepius Rex digrediebatur: at tempestate aliquando coorta, cum Rex praeter omnium opinionem in Luparam subito pedem retulisset, nec lectum alium praeterquam Reginae stratum reperisset, cum eadem decumbere necessam habuit, quod raro fieri sueverat, eademque nocte concepit Reginae Ludovicum XIV creditur. Lenta Reginae consilia, quae mortuo Ludovico XIII regimini admota, graviora fere negotia Mazarino penitus credit, pluribus in locis accusantur. Hinc conspicitur compendium motuum civilium in Anglia sub Carolo I, vel eo nomine aestimandum, quod ipsa conjux ejus, Henrica Maria, ad illud literis consignandum Mottavillae verbis praeverit; quamvis haud

T. I p. 139.

p. 27.

35.

82.

140. 159.

243.

- p. 285. pauca hic deprehendimus, quae sollicitiorem rerum gestarum notitiam desiderare videntur: ceterum sane, cur Richelius Angliis Regi successerit, ex Legati Gallorum literis obarius panduntur.
384. Carolo I. Walliae tum Principi, honoratiorem locum a Rege Hispaniae concessum fuisse notum est; ac 14 idem factum Nostra tradit, quod ille in iudicio Hispanico Scotiae Regis titulum assumisset; curto Galli eodem honore Carolo, Secundo postea dicto, denegarunt. Pactum Hispaniae inter Belgosque 1647 conclusam maxime promissa Aurelianensis, Hispanico vero corrupta, & ira in Mazarinum fervens, qui, cum inaurides pretiosis adamantibus distinctis promississet, fidem dantis haud implerarat. Reditus Regni Gallici anno 1647 142 1572000 librarum aestimantur.
- p. 232. Pugna prope Lenzium pugnata, securi de victoria quasi iam partem Hispaniam, in Novellis Antverpensis gloriose nunciari curaverant, *si Gallorum exercitum, ubique frustra questum, montibus emissis, brevi ad comparendam provocaturos.* Paulo post plebem Parisiensem, iam antea male animatam, ad seditionem concitavit unica verba, Broussellum captivum duci, clamitans; quo audito plebs accersit, dirum inuitam, adeo ut Commingius, qui negotium hoc fuerat mandatum, curru, quo captivus tenebatur, bis rupto vitae periculum fabierit. In his turbis timidiulcule rem gessit Mazarinus, & perorandum ipsi fuisset, nisi
520. Reginae constantia nebulae fuissent dispalae. Quod obsidionem Cambracae solvere coacti sunt Galli anno 1649, culpa Germanis sub Erhaco, aut proditoris suspectis, aut minimum dicto non obediens, tribuitur. Omnium inde turbarum origo adscribitur Longavillae, vesanae ambitionis feminae, quae continuo Principem Regi sanguinis in Mazarinum concitavit, praesertim postquam Regina Gerbaum, stolidae Regiae amores ambientem, aula exire iussisset. Frustra Tremoulli iura in Regnum Neapolitanum a Carolo Friderici Regis exulis filia derivari ex eo evincitur, quod Fridericus ipse *donationis inter vivos* iura sua in Ludovicum
343. XII Galliae Regem transfalisset. Quae deinde, captis Condzo, T. 4. p. 90. Contio & Longavillae, rursusque postea caccere liberatis, evenerunt, utpote aliunde nota, hic recensere ducimus supervacuum, id saltem monuisse contenti, Mazarinum tunc Gratianopolin

polin tentasse, refugium sibi Reginaeque futurum, spe tamen sua fuisse frustratum. Fama est, proelio intra suburbia Lutetiae commisso, Montpensieris iussu tormentis contra Regiam fuisse explosa, quam calumniam ipsa pertinacissime negando a se amoliri est conata. Quae deinde de Christina Suecorum Regina referuntur, haud injucundum fuerit ex ipso opere cognoscere. Sordidus in Mazarino avaritiae argumentum est, quod Regi in obsidione Dunquerqueana praesenti suggereret consilium, ne militibus fortissimae dona distribueret. Aula Regis periter & Sabaudica Lugduni morante, notatum fuit, ducem Sabaudiae fratri Regis loco cedere nonuisse. Optasse Mazarinum, ut Rex Manciniam nepotem suam duceret, cui quidem matrimonio Regina Mater summo conatu obstitit. Auctori inde proavum videtur, quod is dehinc, occasione data, plurimum Reginae molestias creare non dubitaverit. Rex Hispaniae Philippus IV. recitatis matrimonii pactis, quibus juribus suis in terras Hispanicas renunciabat filia, Gallorum Regina, dixisse fertur: *Nanis! filius certe defunctus, haereditas summo jure ad filiam nostram devolvetur; cuius rei fides sit penes Antorem.* Mazarinus quo aetate provector eo plura avaritiae signa dedit, adeo ut duplones quotidie libraret & quas levioris ponderis reperisset, ad ludum seponeret, imo & de pecunia, quae Reginae quovis mense pendere consueverat, subinde aliquid detraheret. Fuquetum proditoris accusatum, quod Calonesium muniri curasset, Auctor ita defendit, ut doceat, id eo consilio tantum factum fuisse, ut portu illie extracto Septentrionales cum insigni Amstelodamensium damno eo alliceret. Ceterum characteres illustrium Personarum in hoc opere exacte depinguntur, & quamvis illa, quae de publicis referuntur negotiis, saepius sublestae videantur fidei, utpote ex vanis rumoribus, ut credibile, plerumque collecta; attamen quae interiora Aulae attingunt, haud absque jucunditate hic leguntur.

P. 86.

P. 377.

429.

514.

554 sq.

T. V. p. 6 &

155.

101.

137.

229.

LUDERI MENCKENII TRACTATIO SY-  
*noptica Processus Juris communis & Saxonici*  
*Electoralis.*

Lipsiae.



Lipſiæ, ex officina Thomæ Fritſch, 1723. 4.

Alph. 9 pt. 14.

**E**X quo Illuſtris hujus operis Autor Supremæ Curiæ Provin-  
cialis Lipſienſis judicio jam ante XXX annos ſuo merito  
fuit adnotus Aſſeſſor, Proceſſus ad legis communis æque ac Sa-  
xonice Electoralis normam dirigendi ichnographiam delinea-  
vit, eamque prælectionum ſuarum fundamentum conſtituit. Ut  
vero ſtudioſorum in deſcribendo media rediret, ac ingenii pec-  
tori certamina emerſuris ſubſidium apertius hauriendi principia  
forenſia ſubminiſtraret, anno præſentis ſæculi quarto conſilium  
iniit per publicas Diſſertationes indolem Proceſſus utriuſque Ju-  
ris, methode ſynoptica, ad ſeriem ordinationis Proceſſus Saxo-  
nici, novis ſanctionibus paſſim adhibitis, ſiſtere. Ita tribus fer-  
me luſtris priores dictæ ordinationis Titulos XXVI quindecim  
Diſſertationibus excuſſa, quarum collectio primam hujus  
libri partem facit. Tempus autem, quod hætenus Ill. Autor labo-  
ri utiliſſimo impenderat, publicis deſtinandum erat curis, cum ad  
Conſiliarii muſus, Curiæ Supremæ extra terminos ſolennes di-  
rectorium, Decretalium Profeſſionem & Facultatis Juridicæ  
Præſidium a Principe, quem ſingularis Viri induſtria, fama &  
merita moverant, vocaretur, ut ipſe, paucas in hujusmodi in-  
ſtitutis duci porro poſſe lineas, perſentiret. Ne tamen ceptum  
opus affectum plane relinqueretur, & quodammodo conſeneſce-  
ret, alterius ſenſibus elaborationem Privigno ſuo, Viro Conf. D.  
Georgio Adolpho Schuberth, Inſtitut. in hac Academia Prof.  
Publ. commiſit, ut delineationi antea laudatæ & textui Ordina-  
tionis inſiſtendo, diſpoſita in ordinem redigeret, ſextibus, argu-  
menti & præjudicii muniret, perfectumque hoc modo Syſte-  
ma ulteriori ejus cenſuræ relinqueret. Atque hinc duæ Commen-  
tarii forenſis provenire partes, quarum ſummas ſaltem, ne in  
tanta dicendorum multitudine prolixiores ſimus, pro more no-  
ſtro excerptemus. Binæ Diſſertationes proœmii titulo inſignitæ  
tractationi præmittuntur, quarum prima differentiam Judici-  
i Eccleſiaſtici & Sæcularis, ordinarii ac ſummarii, delegati & pro-  
rogati, indagat. Poſt primæ iſtantiæ conſiderationem, appella-  
tionis merita ac fatalia, obſervata juris civilis, Canonici & came-  
ralis

D. I.

ralis discrepantia, examinantur. Tunc nova ratione litigantium divisio iudicii in universale & particulare proponitur, eaque occasione formæ, qua Judicium Aulicum & Camerale instructum, mentio iungitur. Utrique concurrens Jurisdictio tribuitur, ita tamen, ut Camerales persona in Camera conveniri, & causa iudicio Aulico reservata, ut controversiæ de feudis regalibus, adjudicandis vel abjudicandis, illi relicta esse debeant. Actoris tamen electio, quam alias in duplici rei foro habet, restricta est, cum Reges Suecici, tanquam Duces Bremonses, Vendenses aut Pomeraniæ, vel ut Principes Rugiæ, aut Domini Varmariæ conveniuntur, quippe quorum arbitrio commissum, utrum in Aula Cæsareæ, an vero in Camera Imp. actionem exercere malint. Circa summarium Processum, cujus executio sequitur, summarissimum possessorium simplex & inhibitorium describitur, atque inhibitionum Curis Provincialibus usitatum, cum explicatione Terminorum: *caßrat, bey Krißten erhan und in vim simpliciter ckensteinig resolviret*, forma modusque exhibetur. His affias mandatum Camere cum & sine Clausula constituit, proximeque mandatum commune, simplex & penale convenit. Succedit Processus Executivus in Saxonia ex Instrumento Guarentigato instituendus, ut & Cambialis, cujus singularis determinatio in Ordin. Camb. Lips. notatur. Altera provincialium Dissertationum diversitatem iudicii Civilis & Criminalis, huiusque methodum in accusatorio & bannitorio processu perpendit. Bannitorium Imperiale iudicium delinquentem iuribus acquisitis in toto Imperio indignum declarat; provinciale Statibus competit & in Saxonia in bannum, vel inferius, *die Unteracht*, vel hoc neglecto & spacio annali elapso, in superius, *die Oberacht*, condemnat. Inquisitionem Judex vel imploratus vel ex officio suscipit, & generalem quidem, cum probabilis notitia de corpore delicti adest, quam non infrequenter *eius summarische Vernehmung* antecedit. Specialis Inquisitio ductu processus summarij iure Sax. El. in primis instituitur; iudicia continentantur, inquisito presenti defensionis conceduntur, absentem literæ incarcerationis patentes persequuntur, salvisque conductus imploranti vel generalis, vel specialis indulgetur. Tandem

D. II.

discrimen iudicii principalis & preparatori recensetur, cuius species exhibitivum & provocatorium ex *L. 28. Si contendat ff. d. fidej.* ac ex *L. 5. Diffamari G. d. ingen. man.* sunt, totumque processum concludant cautelae processum, actionem aut exceptionem electuris praescriptis. Dissertatio tertia *Titulum primum de Officio Iudicis* explanat, cum de eius habilitate, diversitate, competentia conceptam doctrinam considerationi muneris iudicialis, tam generali, quam speciali praemittit. Inserta est immediatorum Iudiciorum in Saxonia consignatio, in quorum consensu Senatus Aulicus, Appellationum, Curiae provinciales, Wittebergenfis nempe ac Lipsiensis, Praefecturae Electorales & Consistoria veniunt: Aulicam & Appellationum tribunalia quoque conspirant, quod nomine Electoris causas expediant, idem sigillum adhibeant, appellationi autem locum denegent. Wittebergenfis Curia soli circulo Electorali; Lipsiensis suprema Thuringico, Misnico, Lipsiensis, Montano, Voigtländico, nec non Nassladiensi ius dicit, & cum Regimine Weissenfels, Martisburgensi & Cizeasi in Jurisdictione concurrat. Praeterea memoratae Curiae cum Jud. Aulico concurrentem quoque exercent Jurisdictionem in *Schrieffassis* eorumque filiis, ita ut simultanee investitur vigore *Juris Landassatur* in iisdem quoque conveniantur. Utriusque autem iudicii potestas in criminalibus, metallicis, venatoriis, aliisque Principi reservatis causis cessat. Praefecturae sub iudicio aulico & Curiae, ita ut *Amisassis* quatuor instantiae semper relinquuntur. Consistoria in Electoratu tria sunt, Lipsiensis, quod vocatur *das Gemeinshafftliche*, Wittebergense, Dresdensis, cum quo Senatus Ecclesiasticus & ius Decreta nomine Principis subscripta emittendi, ut & iura Episcopalia exercendi, cohaerent. Singula vero Appellationem ad Iudicium seu regimen Aulicum directam recipiunt. Quarta Dissertatio de Assessoribus, Secretariis, Proto-Notariis, Aestuariis, Apparitoribus, Nunciis, Advocatis, Procuratoribus commentatur, citationisque merito ac necessitate expendit. Quinto post illi bellum ordinem, iustitiam & requisite successu, differentie reconventionis juris communis Saxonici sistitur, mandatorum qualitas, substitutio,

D. III.  
tit. I.

D. IV.  
t. 2, 3, 4.

D. V.  
t. 5, 6.  
t. 7.

tio, legitimatio, ac ipsius procuratorii contenta, cum actibus speciale mandatum desiderantibus, enarrantur. Sexta necessitas curatoris in actibus impliarum, tam extrajudicialibus, quam forensibus adhibendi, subjuncta Græcorum & Romanorum consuetudine, proponitur. Hic, sicut etiam pupilli aut minoris Tutor aut Curator, cum neuter in propria persona comparere cupit, Actorem mittit. Additur modus contumaces accusatos coarcedendi, ubi Jur. Civ. emanans Actor ante litem contestatam in expensas condemnatur, post L. C. *Meritis* pronunciatur. Jure Cæsar. a ctore per VI. juridicas in contumacia perseverante, reus ab instantia absolvitur; Jure Saxon. actor cautione de lite prosequenda & expensarum restitutione, prævia rei ab instantia absolute, oneratur. Reo contumaci J. Civ. ante Lit. Contest. expensas adjudicatur, post L. C. *definitiva* plerumque fertur sententia. In Camera reo non comparente actor in causa principalis, probando libellum, progreditur; Jure Sax. legitimorum impedimentorum deductio illi injungitur, autis, quod frequentius contingit, sub poena confessi & convicti ad respondendum vocatur. Dissert. VII. exceptionum dilatoriarum ac peremptoriarum naturam, tempus & probationem perpendit, simulque Guaranzæ effectus demonstrat. Eam minus recte a Guerra seu bello in Glossario Ducangii, accuratius a guarantare, prisco Francorum vocabulo, unde actor ad evictionem *warandator* quoque dicatur, derivari, cum Hotomanno statuitur. Additur satisfationis, in foro perstandæ, ex utroque Jure facultata exegesis. Octava liti denunciationem, judicialiter ex regula, vel principaliter, vel incidenter suscipiendam, ab interventione separat; liti contestationis, & formalis in factis propositis, & virtualis in alienis, pura & eventualia merita lustrat; sequitatem reassumptionis liti, jure civili neglectæ, in usum fore receptæ, & ab hæredibus defuncti litigantis Jure Imperii intra tres Menses, Jure Sax. intra Terminum Sax. suscipiendæ, monstrat. Nona, alia juramentorum generali divisione in promissoria, assertoria, mixta, de speciebus singulis commentatur, indelemque Sacramenti in litem, minorationis, expensarum, dandorum, matræ, testium, perhorrescentiæ, diffensionis, appellationis, purgationis intretur.

D. VI.

t. 8.

t. 9.

t. 10.

D. VII.

t. 11.

t. 12.

t. 13.

D. VIII.

t. 14.

t. 15.

t. 16.

t. 17.

D. IX.

t. 18.

- Post hæc de iurjurandi delatione verba facit, deferentium personas, & ab his dicendum iurjurandum calumniæ; causas, in quibus delatio locum habeat, aut non; itaqueque revocandi delatum occasionem suppeditent; tempusque delationis describendo. Delato judiciali sacramenti eligitis, cui delatio facta, intra octiduum a tempore rei iudicatis, utrum illud referre, an præstare, an probationibus conscientiam defendere velit. Conscientiæ defensor cuius probationis generalia exhibentur, foris nostris plerisque, licet iure civili sit reprobata, recepta est. Obtinet in iuramento delato & legali, non tamen in diffessorio, suppletorio & acceptato, ita, ut recursus ad iurjurandum, cum nihil probatum sit, pateat. Probationis Terminus civili & camerali iure arbitrario, Saxonum lege 6 septimanarum, in Electorata cum trium dierum additione, tempus conceditur; intra quod producens articulos cum testium & documentorum specificatione offert, productus dein interrogatoris vel generalia vel specialia, nisi in processu Inhibitivo & Executivo versetur, format, exceptiones contra testes aut proponit, aut specialiter sibi reservat, qui postea iurant, examinantur, ac enunciata sua ad protocollum iudiciale referunt, ex quo rotulus conficitur, partibus, statim a Iudice Terminis, publicandus. Eius notitia per citationem accepta, reus, contra quem probatio suscepta est, protestatur, & intra terminum Saxon. reprobationem eodem modo articulis inclusam porrigit, actoremque vel ad videndum iurari testes dandaque interrogatoria, vel ad recognoscendum instrumenta inducta citari petit. Testes testimonium ferre detrahentes, nisi sine cognati & affines, proxeneta, pubertati proximi, in causa propria deposituri, tutores & curatores contra eos, quibus prospiciunt, nominati, uxores adversus maritos, subditi contra Dominos, cogi possunt iure Canonico: censura Ecclesiastica; civili: pignoris captione, corporis retentione, multæ dictatione aliisque arbitraria methodo; Camerali: multa interdum 100 aur. summam exequante; Saxonico: pena 10 aur. rhen. imperata, ita tamen, ut alii modi renitentes ad testandum carcere, citatione reali, tortura &c. obligandi hæc excludantur. Testes extranei literarum requisitorialis subsidio vocantur, quibus a Iudice illo-

Illorum neglectis, reversioni, parem operam denegando, locus est. Instrumentis probaturus, cum publicis utitur, qualia sunt *Protocolla, Zinsft. - Ratht. Erb - Steuer - Schöff - Amts - Vormundschafft - Zins - Lehn - Straff - Reces - Lager - Rügen - Fluß - Bücher*, instrumenta Notariorum, libri Ecclesiastici, plenam facit probationem, nec productus ad diffessionem admittitur. Privatorum documentorum nomen habent chirographa, fyngrapha, apochae, epistole, rationes, Mercatorii libri. His tamen solis semiplena probat. efficacia tribuitur, cum necessariis requisitis instructi producuntur. Reliquorum productio in originali fieri debet, copiis nudis fide detracta, nisi publica manu viduatae sint, et in Sax. El. *des Lehn - Secretarii* vidimus, licet ex hoc executive agi nequeat. Producta documenta recognoscuntur, nisi eorum defectus in Termino productionis dilucide indicetur, vel ex vitio extrinseco vel intrinseco. Unde recognitio iuste denegatur in instrumento lacerato, defigurato, interlineaturis, rasuris, deletionibus maculato, cancellato, in sigillorum parte, cum iis vis documentum innititur, corrupto. Recognitione autem non indigent leges, constitutiones publicae, privilegia impressa, & legitime publicata. Nullum tamen eidem injicitur impedimentum, cum producitur scriptura aliena, aut difficilis lectionis, subscripta, sed non signata, antiqui, aut peregrini idiomatis, per interpretem juratum in vernaculam versi. Declinatur recognitio per diffessionem J. Sax. in propria persona de veritate in proprio, de credulitate in alieno documento suscipiendam, quam impedit producens, si recognitionem per testes obtulerit, aut comparationem literarum instituerit. Quod si per documenta probaturus eadem ab adversario possideri sciat, editionem illorum, praestito prius de calumnia iurejurando, postulat, hoc tamen discrimine observato, ut actor instrumenta & rationes, quibus firmetur exceptio, reo communicare debeat, nisi haec criminosa sit; per modum actionis proponi queat; conductor adversus locatorem de dominio excipiat, aut causa actoris specialem mereatur favorem: Rem hanc editionem in vitus subire non tenetur, nisi ad replicam fundandam id desideret actor; instrumenta propria, si communia sint, favor causae aut personae

D. XIII. t. 24.

D. XIV. t. 25.

D. XV. t. 26.

- id exigat; si cum agitur, reus sit usufructarius, aut titulum sine possessione inde probare velit, aut actione negatoria conventus fuerit. Sequitur processus hujus. Pars altera continet sententias, et tradidit innotescunt. Differentiarum inter actionem, reliquos. XXVII Ord. Proc. Sax. Titulos illustrans. Probatio irregulari via ante litem contestatam inflimitur in deducendo matrimonio, probanda electione, bonorum possessione ex Carboniano edicto, filiatione, diffinitione, et precipue ad perpetuam rei memoriam. Hæcque veteri incognita. Canonico jure ortum. Saxonicæ de terminationem accepit. Fit per testes, non per documenta; Actori permittitur, si causæ legitimæ e. g. testium mortuum, senectutem, et auctor. Jure. Carcer. emigrationem in locum remotiorem, iter distans, etc. allegaverit. Reo ante motam litem in illiusmodi eadem succurritur, ne cunctatione agens exceptionis demonstrationem perdat; post motam litem anticipanda probationis rationes iudex primum dijudicat. Interim illius publicatio, usque dum legitimo tempore eam probaturus petet & reproducat, differtur. Aliud irregularis probationis genus constituitur, quæ per ocularem inspectionem fit, precipue in terminis, et finibus inquirendis, ubi cum de limitum publicorum seu provincialium indagatione controversatur. Principis arbitria, exploratores cum virgula divinatoria, vulgo *Rathen-Gänger*, adhiberi possunt. Actui inspectionis præsentia pro re nata interunt Commissarii, Notarii, Agrimensores, Medici, Chirurghi, Obstetricæ, Nautæ, testes. Rationibus in probatione adductis, non raro calculus difficultate laborat, ubi calculatores jurati, et a partibus unanimiter electi, in præsentia partium, negotium calculi suscipiunt, iudex defectus partium justificationi relinquit, et sententiam fert, cujus exemplum, cum de rationibus ex prædio administrato ductis controversatur, juxta præjudicium Facultatis Juridicæ Lipsiæ communicatur. Actionis & exceptionis probatione absoluta, copia attestatorum partibus datur, quod publicationem attestatorum vocant, eoque ipsa facultas ulterius probandi admittitur, cui doctrinæ XXII limitationes subjiciuntur. Hinc earundem Disputatio instituitur, jure Civili inventa, Saxonicæ ad ore tenus procedendum restricta: qua occasio-

MENSIS AUGUSTI A. M DCCXXIII. 349

occasione mandatum Regium d. a. 1716, *von Einbringung der  
Nosbaurff in Rügen Sächsisch* integrum insertum. Cum vendi  
attestata in scriptis videntur, exceptione, repleta, duplica &  
triplica singulis, intra sex septimanas offerendi, negotium perfici-  
citur, inque merito utriusque probationis extantiam. Probati-  
one minus plenam iudici fidem faciens, iurandum supplet  
torum dicitur probanti, non tamen in casibus articulis & consorti-  
bus, ut, cum de dolo, statu, possessione, prescriptione, consuetu-  
dine, exheredatione, ingratitude &c. agitur. Similiter huc  
certo respectu criminalis, famosa & ecclesiastica referuntur. Ju-  
ramiento minorationis seu minoracionis reus dicitur, quod actor il-  
lus in Sax. El. tantum per vim ablativam & expulivam dedit, exhibi-  
ta illius estimatione, minuit, cuius & iuris iurandi in literis ac  
Zenoniani differentia docetur. Sacramentum purgatorium, in  
iudiciis gravato hodie ad salvandam innocentiam delictum, veterum  
moribus incognitum erat, qui loco illius purgationem per  
cenam Domini, aquam ferventem aut frigidam, ferrum can-  
dens, crucem, panem, campum & orientationem receperunt.  
Inter illius effectus J. Sax. El. ex specialis Resol. d. a. 1717 no-  
meratur, quod in causa criminali prestitutam condemnationem in  
expensas comitem agnoscat. Ne tamen illo perjuris via pandatur,  
simili mandato d. a. 1711 Dicasterio Electoralibus impa-  
ratum fuit, ut alternatim verbis poenam, neglecto iuramento, sus-  
tinendam, inferant. Juramentum calumnie, civili & Imperiali  
foro receptum, in Saxonia inusitatum est, vixit ipsius subeunte  
jurejurando malitiae, quod, cum suspicis deli aut temeritatis  
sobnascur, in progressu litis, in iungitur. Auditis partium desin-  
deriis, iudex sententiam dicit, vel ipse regulat, vel hanc Dia-  
sterio arcessit, cum causa est criminalis, partes transmissionem  
urgent; prioris sententiae reformatio petitur, aut iudex Legum  
imperitia decumbit; porro referentium & concipientium officia  
expendantur atque, singulari opera, artificiosae elaborandi in  
processu civili & criminali sententiam, adductis circa singulo-  
rum titularum O. P. S. contentis exemplis, detineant. Illi ra-  
tiones decidendi subnectere, humanitati potius, quam officio  
iudicis mercenario adferibitur, nisi eas partes desiderent, aut  
causa

p. 88.

t. 30.

t. 31.

t. 32.

p. 195.

t. 33.

t. 34.

p. 249.



- causa inter criminales refertur, aut tandem in Electoratu vi  
 Rescripti d. a. 1715. sententia definitiva pronuncietur, vel talis  
 p. 312. in qua libellus, *die Klage unansehen se anbracht*, rejicitur.  
 c. 35. Gravis per sententiam *Leuterationis* apud Saxones succurrit,  
 in *Leuterationem* & *Cherleuterationem* distincta. Hac tamen in  
 supremo App. Judicio Dresd. hanc sententia definitiva & inter-  
 locutoria mixta declaratio petitur, inferiore judicio, post  
 leuterationem primam, appellationem saltem recipiente. Te-  
 m. 36. merarius litigator in expensis condemnatur, tam judiciales,  
 quam extrajudiciales, a quibus damna litis caute separanda sunt.  
 p. 399. Liquidatio earum interdum jurejurando, post taxationem & mo-  
 detationem judicis in Sax. suscipitur, quod Jure civili illam an-  
 tecedat. Supplicationis remedium in variis territoriis Imperii  
 c. 37. obtinet contra definitivam saltem, quae intra summam appellabi-  
 lem 300 sur. imp. constitutum litigium concernit. Revisio in  
 Camera Imp. interponitur apud Moguntinum, & si ipsum  
 causa tangat, apud Trevirensis, cum sententiae objectum 2000  
 thalerorum fors facit. Cum ea tamen remedium revisionis ordi-  
 narium, quod in Palatinatu, Wurtembergia, Hamburgi aliis-  
 que in locis est, non concurrat. Nullitatem insanabilem senten-  
 tia contrahit ob vitium, quod in secunda instantia corrigi nequit.  
 Urgetur vel per actionis subsidium Jure Civ. intra 30 annos, J.  
 Sax. Et intra Terminusum Saxon. quod tempus & exceptioni cur-  
 rit, quippe perpetuas exceptionum naturalis restringitur, cum a-  
 gere licet. Tempus & principaliter quidem mota nullitate, 4 Cffor.  
 & in S. C. P. L. 5 flor. nullam judici solvendi necessitas querenti  
 p. 448. imponitur. Adjuvantur demum alia remedia extraordinaria, nul-  
 litatis quaevis effectiva, ut falsi & restitutio in integrum, partim  
 c. 39. ordinariorum, partim extraordinariorum titulo variis in curiis  
 recepta. Tandem sententiam Judex competens exequitur, ita, ut  
 p. 479. terminus executivum constituat, in quo debitori exceptionum  
 in continenti liquidarum, quarum index communicatur, opposi-  
 tione haud interdictum. Facta executio creditori pignus judiciale  
 largitur, & executori facultatem exigendi *die Hilffs-Gebühren*  
 concedit, quae differunt a multa, *dem Hilffs-Geld*, quam in 5  
 pro cent. ex summa executionis debitor, adversus quem omnes  
 execu-

executionis actus realiter absoluti sunt, prestat, ita, ut pars ejus executori, reliquum Camera cedat. Et in Supr. Cur. Prov. executor decimam partem, residuum Proto-Notarius *zur Berechnung der Kammer* accipit. Post immisionem subhastatio sequitur, que in loco publico, & si de feudalibus bonis fiat, in tribus civitatibus *das engere und weitere Ausschuffes* instituitur. Commodum hinc singularum civitatum *derer beyden Ausschuffe* Catalogus adducitur, a quibus discernuntur *die allgemeinen Städte*, urbes, que votum suum in Dietis provincialibus juxta circulos septem, Electoralem, Thuringicum, Misnensem, Montanum, Lipsiensem, Variscum & Neostadientem communicant. Perfecta licitatione subhastatum predium illi, qui plus obtulit, adjudicatur. Ubi si alius offerat pecuniam paratam, alius in distinctos terminos solvendam, posterior preferatur, habita tamen interfuturii ratione; cujus computationem relicto Scabinatu Lipsiensi calculo Pinckeriano, juxta methodum ab Illustri Leibnitio Actis nostris M. Octobr. A. 1683 insertam, Facultatem Juridicam hujus loci, ac Collegia Wittebergenfia inire, adjecta tabula illius computi, docetur. Rei immobilis adjudicata retractus sive relitio debitori intra annum civilem competit, ut tamen meliorationes prestat & usquedum creditori satisfecerit, huic retentionis jura relinquat. Ordo executionis, mobilibus & immobilibus non sufficientibus, nomina tangit, ubi debitoris debitori notificatio facienda est, ne creditori suo quicquam solvat, juxta Mandatum Nov. Decis. 27 declaratorium d. a. 1721 d. 19 Febr. Ab executione, que bona allodialia efficit, differt ea, que in bona feudalia suscipitur. Hæc in fructus feudi fit, cum imploratus Juxta non est dominus feudi directus, nisi debitum in utilitatem feudi feudalis contractum, aut domini consensu corroboratum. Promovetur hæc executio primo per taxationem, quam expediunt persone feudorum conditionis gnare, non *die Land-Schappen*, quorum a *Dorff- und Feld-Schappen* differentia antea communicata fuit; deia per resignationem domini utilis, que, contumace debitor, pro facta solet agnosci. Prejudicium vero hac subhastatione agnatis non potest concitari, quibus retractus jura salva manent. *Capit. a. Dd. cum revocandi & revocant*

p. 582.

603.  
t. 40.

p. 600.

629.

lit. 41.

facultate inique confusa. Hæc tamen de solutione uni ex credito-  
ribus particulariter argenti faciendæ actum, transit ad concu-  
sum, quo plures ac diversi a debitore communi eam postulant.  
Concurfus, absente debitore, curatoris tam litis quam bonorum  
adhibitionem desiderat, qui arbitrio creditorum eligitur. Quo fa-  
cto incogniti edictali citatione, triplicatum terminum Saxonicum  
complectente, sub pena præclusi citantur. Comparentes in Ter-  
mino nomina profitentur, liquidant, probant & prioritatem de-  
ducunt. Sequitur sententia Judicis designatoria, cuique credito-  
rum juxta classes receptas locum assignans. Has non incommo-  
de speciales & generales nominaveris. Tot enim dantur specia-  
les, quot creditores ex diversis juris capitibus concurrunt, & hinc

t. 42.

distincto numero in sententia scribuntur. Generales O. P. S. quin-  
que constituit, quarum primam ingrediuntur prælationis privi-  
legio condecorati creditores, & solutionem observata crediti pri-  
oritate accipiant, ut: jure Domini adhuc competentis rem  
vindicanes; qui hypothecam in re vendita expresse sibi reserva-  
runt; funtus in concursus utilitatem facti; famuli intuita mer-  
cedis, ubi tamen privilegium *des Liedlobus* Advocatis, liberis,  
iisque, qui victu debitoris non fruuntur, ante tempus aufuge-  
runt, aut de salario usuras acceperunt, denegatur. Sequentem  
hujus classis numerum occupant impense in funus & ultimum  
morbum ipsius debitoris bona fide erogatz; succedit fiscus ratio-  
ne principali, collectarum & tributorum; tum salaria parcho-  
rum Scholæque ministrorum. Circa hæc injectus est tenor inte-

p. 689.

gri privilegii, vulgo *Hilff-Brief*, Academiz Lipsienfis a Joh. Ge-  
orgio I concessi & a Rege nostro a. 1716 renovati, quo paratis-  
sima executio in bona præfecturæ aut illius loci imperatur, ex  
quo census, salaria & reditus Universitati adscripti, tempore  
solito aut debita summa non solvuntur. Proximum a salariis le-  
cum destinavit titulus piz causæ in realibus præstationibus, deci-  
mis & redditibus, tandemque pecunia hereditaria collocatur. Se-  
cundæ classis creditores ex privilegio hypothecæ juxta priorita-  
tem temporis locantur, uxores scilicet ratione dotis, licet J. Sax.  
solis tacitis hypothecis præferantur; cum vero nonnunquam ta-  
cita hypotheca anterior esse possit expresse, hanc quoque inter-  
mediam

t. 43.

mediam uxor, ultimo tempore veniens, superat ex regula: si  
 vincat vincentem te, vinca etiam te. Alterum locum hujus clas-  
 sis fiscus, debitum ex contractu cum debitore celebrato exigens,  
 habet. Tertium ii, qui ad executionem, refectionem; quar-  
 tum, qui ad emtionem constituta hypotheca crediderunt. Tertia  
 classe continentur jure reali instructi creditores, sive illud tacito  
 pignore, seu expresse & confirmato, sive executione, sive arresto  
 acquisiverint. Inter eos tempore prior jure potior est, ita tamen  
 ut expressa hypotheca tacitam regulariter vincat. Quarta Classis  
 personale privilegium habentes complectitur, ut deponentes, re  
 deposita consumta; causas pias inter superiores non numeratas;  
 credita sine usuris; venditores & ad comparationem qui credide-  
 runt, sine reservatione hypothecæ; Advocatorum salaria;  
 Medicorum sumtus non in ultimam morbum impensos; spon-  
 sam propter dotem ante nuptias solutam; Rempubl. creditricem  
 & hypothecam conventionalem. J. Sax. El. concurrunt hac in  
 classe nominati Creditores, J. Civ. ex potentia privilegii, J. Sax.  
 pro rata. Ultimus tandem in concursu locus relinquitur chiro-  
 graphariis, viritum concurrentibus, & post eos usuræ solvuntur,  
 nisi speciale jure prælationis acceperint privilegium. Cum inter  
 hypothecarios creditores arrestantes J. Sax. collocentur, distin-  
 ctius arrestorum natura tit. 51 describitur, suppeditata illorum  
 in commune & Saxonicum distinctione. Illud ex justa causa  
 conceditur, & affine agnoscit arrestum imperii, cujus nomine in  
 Cam. Imp. judicium pignoratitium conceditur; hoc demonstra-  
 tionem, renovationem & prosecutionem requirit, & cum a Can-  
 cellaria Dresd. impetratur, omnia debitoris bona, feudalia & al-  
 lodialia, præsentia & futura, afficit, licet partes metallicæ, &  
 prædia in tribus Episcopatibus Saxonis sita non tangat. Arresti  
 hujus indoli quodammodo accedit sequestrum & mandatum de  
 non solvendo. His remediis prospiciunt creditoribus provincia-  
 rum nostrarum sanctiones, cum ex superstite debitorum patri-  
 monio solutionem sperare integrum est; contra malitiosos deco-  
 ctors, quorum bona ad satisfaciendum haud sufficiunt, aliter  
 proceditur. Creditores enim ad carcerem publicam directam  
 actionem cum hoc effectu ad executionem deducunt, ut carceri

p. 713.

t. 44-45.  
46. 47-48.

t. 49.

t. 50.

p. 853.

t. 51.

p. 874.

p. 907.

t. 52.

publico includatur debitor, sedque sibi famibus alatur, licet in subsidium, ne victu denegato pereat, creditoribus onus alimentandi, extreme necessitatis humane ratione habito, injungatur. Colophonis loco debitoris sectio, adjudicatio ad manus, & obstagium definitur; illa ex LL. XII Tabular. descendit, non autem verbali sensu de carnisficiis, nec de bonorum distributione, nec de servitiis debitoris, ut interpretari illas reliquias Ofselio, Salmasio, Balduino, Roberto & Scultigero placuit, sed de publica debitoris distractione, dividendoque inter creditores pretio, accipienda est. Adjudicatio debitoris ad creditorum manus extra Electoratam in usu servatur, quo debitor in compedibus creditoris detineri potest, donec hinc operis suis de integro debito satisfecerit. Obstagium, quod Francs, si conjecturis uti licet, originem debet, per Recessus Imp. abrogatum est, in Holsatia tamen per pacem Westphalicam approbatum, adhuc observari, ex testimoniis formulisque adjectis colligitur.

p. 929.

PRAUDAWOLI MONARSCHEI &c.

i. e.

JUSTITIA VOLUNTATIS MONARCHICÆ de successore constituendo.

Moscuz, 1722, fol. pl. 17.

**Q**uamvis Russorum Imperator in eligendo provinciis suis amplissimis digno herede & successore operam hucusque diligentiamque naverit, novis e Russorum regione ad nos adlatis edocti aliquoties sumus. Idem & hic libellus demonstrat, cuius in fronte statim Russorum Imperatoris edictum legentibus sese offert illud, quod contra filiam Principem d. V Febr. anno 1722 Preobraschii conceptum, Moscuzque typis mandatum & d. XI Febr. promulgatum est. Præfatio, quæ edictum illud excipit, de causa & scribendi occasione exponit. Dari videlicet in gente Ruthenica, qui malevolorum turbulentorumque hominum more quibusvis Imperatoris sui constitutionibus refragari, fordidaque obloquendi consuetudine iussa & mandata Principis omnia conviciis proscindere adlaborarent; quo quidem ipso  
reli-

reliquis gentibus ceteris suscipiendi ansam præbeant, quasi Russi barbaris vivant moribus, legibusque subditi inoptis adstringantur. Quæ singula quo rite confutentur, frenatque mordentes resipiscere discant, plebeique ab omni offendiculo liberentur, iusta utique monarchæ Russici consilia esse, hac opella demonstratur, utat pauci quidam o Russia, id quod aliis etiam in regnis accidere solet, pessilentissimo in contraria vitandi morbo infiriantur. Ipsa rei tractatio, quam ipsius sanctioris senatus & synodi consiliis & autoritate suscepit Autor, in limine statim ostendit, isti edicto iustissimo, quod sacramento sponte confirmavit gens Russorum omnis, quodque publicam patriæ utili utem spectat, morem esse gerendum, ducto statim sub lintæ a iunioribus legistatorem, DEO, argumento. Falli enim eos & fallere, qui in successione bene ordinanda jus primogenituræ semper spectandum esse sibi persuadeant, cum potius virtus sit spectanda. Inique sentire, qui existimant, contra jus & fas agi, si filius postgenitus, vel ex alia etiam stirpe oriendus, quisquis is sit, virtute tamen & regnandi prudentiæ præditus ornatusque, filium natu majorem, cuique virtutis aut prudentiæ expertem, ab ipsa regni sceptrique hereditate excludat. Ad quam sententiam corroborandam varia subinde argumenta & rationes ex legibus sacris æque atque civilibus Romanorum affert Noster, easque exemplis paullo uberius ex historia sacra civilique illustrat. Filiis quidem, quæ ad victum & amictum pertinent, tum naturali deberi legem tum ex 2 Corinth. XII, 14 adstruitur; immorigeros tamen & bona sua stulte dilapidantes hereditate a parentibus merito privari posse, quorum etiam autoritas Malach. I, 6 fundata sit. Ab ipso Deo populum Israelitarum, filium primogenituræ, esse rejectum, Jesaiæ III, Exod. IV. Immo vero parentes, salva pietate & fide, non posse non filiis huiusmodi scelestis profundendi fortunas simulque a recto tramite aberrandi occasionem præcindere, quo egestate & inopia pressi ad mentem redigantur sanioerem. Ut autem plus lucis huic sententiæ affundat Autor, ex legibus civilibus, in primis ex Novell. Just. 1 15 cap. 3 causas XIV exheredandi liberos enumerat, subiectis aliis iisque a JCtis adprobatis rationibus, ut & sacri codicis consensu: ut Prov. XVII, 2: *Servus prudens do-*

p. 1, 2.

3. 4.

5.

6.

- P. 7. *minabitur turpi filio & inter fratres dividet bona.* Afferit porro parentum in liberos potestatem & de successione disponendi libertatem, tum ex adoptione liberorum, v. g. Julii Caesaris, Justiniani, Cabadii regis Persarum, aliorumque, it. ex Nov. Leon. XLIV, tum etiam ex gentium jure, ubi, Hug. Grotii traditis lib. II cap. V n. 5 & 7 laudatis, Romanorum jus vitæ necisque in liberos, hac tamen lege, si parens ipse summum gerat magistratum, approbatur. Cujus rei exemplis, Bruti, Romani Consulis, & Manlii Dictatoris, primum filios suos morte mulctantium, ex Liv. II. cap. V, it. L. VIII. C. VII recensitis, Autor a parentum potestate liberos occidendi ad illos exheredandi jus, ceu a majori ad minus, ducit argumentum. Eodem post argumentandi genere jus exheredandi ex diversis sacræ Scripturæ, Ecclesiæ Patrum & Jctorum locis confirmat, quandoquidem tum ob omissum honorem, parentibus a liberis debitum, lapidibus filius occidi jubetur, Deut. XXI, Levit. XX, tum ob nefandi parricidii crimen, apud Romanos, filius sacro confusus in aquam projectus fit, de quo poenæ genere fufius Cic. de divin. imo majoribus etiam cruciatibus, juxta Justin. Cod. lib. IX. tit. 17, puniatur. Itaque probo etiam moremque gerenti filio dari gratis quidem hereditatem paternam, nulla tamen ratione ex jure debito, quippe quo obligari parentes nequeant, satis jamdum munifici atque liberales in liberos a primis eorum cunabulis ad provectiorem usque ætatem.
13. 14. Porro nihil reddentes filii non tantum debitoribus juris civilis comparantur, sed & hæc omnia ex Chrysofostomo aliisque & sacræ Scripturæ loco Galat. III, *Si hereditas est ex lege, non erit ex promissione*, illustrantur. Singula denique momenta, quibus hætenus jus exheredandi & libera hereditatem eligendi voluntas in patre cive stabilita videri possit, attribuenda etiam censet summo Principi & Monarchæ parenti; quare argumentis sigillatim repetitis, ad hoc duplex parentis æque ac principis munus gerentem ea ex affe quadrare ante ostendit, quam seorsim in potestate monarchicam inquirat. In sequentibus tanquam altera & singulari hujus tractationis parte principe loco ponitur regula: quod quidem in regno, ubi electus, non ubi heres succedit, de corona bene quis mereri, nihilo tamen minus illa tanquam virtute.

virtutum præmium nulla posciratione possit, cum Reges omnes coronam atque dignitatem Deo utique soli ferant acceptam Prov. VIII, Sap. VI, Dan. IV. Ideoque Regem filio coronam ex jure debito ne posse quidem tradere, quamvis populus dare obligetur, & licet dignus sit filius, a patre tamen nihil deberi, cum solius cælorum Regis sit, distribuere coronam. Incumbere quidem Regi, filium formare ad regias virtutes omnes, quo dignus evadat regni hereditate, præterea tamen neque divinis neque humanis obstringi Regem legibus ad dandam filio coronam. Pluribus deinde Salomonis verba de ignoto regni successore querentis Eccles. II, ejusque Successoris inepti & regni tristia fata ex I Reg. XII expenduntur, e quibus omnibus colligitur, consultum minime esse filio stolido regni committere habenas. Secundo loco Majestatis evolvitur significatus ex Grotii lib. I cap. III n. 7 & 9. Illam non solum supremam esse post Deum dignitatem, sed etiam legislativam, judicariam & eminentem, qua non alia superior. Inde Monarcham, licet legibus humanis subjectus non sit, nec a quoquam judicari possit, legum tamen divinarum custodem esse debere. Id quod pariter ex juris naturalis, sacræ Scripturæ, Ecclesiæ Latinæ æque atque Græcæ Doctorum rationibus fusius, quam hoc loco narrari potest, asseritur. Quamobrem uti ex quarto decalogi præcepto Principum & Monarcharum officia liquidis derivare argumentis studet Autor, scilicet ut non tantum viros morum doctrinæque integritate maxime conspicuos sacrorum pariter atque justitiæ gubernaculis præesse, sed etiam Reges dignum prudentemque successorem regno dare jubeat, imprimis si hoc sit hereditarium, & imperantes ex populi consensu summi imperii fasces teneant: ita ex eodem quoque fonte civium subjectorum officia abunde demonstrat, quorum illud præcipuum, ut sine ulla animi morosa repugnatione obsequium exactissimum fidelissimumque præsentent Principis sui jussis, licet aliquando videantur duriuscula. Inde & illud civium subjectorum officium deducitur, ut accipiant imperii successorem, quem summum reipublicæ caput constituerit, quicumque is demum fuerit, major, minor, alienusve. Inter hæc ad injectos subinde quosdam scrupulos removendos sese accingit Autor, v. g. Judic.

p. 18.

19.

20.

21.

22.

23-25.

26.

27-28.

29-30.

31-32.

VII:



- P. 33. VIII: *Dominate nobis tu & filii & nepotes tui &c.* Porro quid con-
34. 35. filii capiendum sit populo, si Princeps decesserit, vel relicta prole, vel prorsus improlis & sine successore regni designato; ubi solis scrutandam conjecturis, quantum fieri potest, defuncti voluntatem existimat, videndumque, amaveritne morum compositaque mentis causa filium vel filios, si fuerint superstites, an alios. Priori existente conditione, a patre maxime olim dilectum esse eligendum sine ulteriori morum dotiumque exploratione; de genere tamen ignavoque a populo in sui poenam, ita Deo forsitan volente, electo, culpam in patrem nequaquam redundare. Posteriore denique casu, neque filiis filiabusve, neque adgnatis relictis, rerum summam ad populum redire. Accuratius deinde summi cujusque Principis officia intuenti Autori distinguere placet inter permissa & a Deo iussa. Possit imperantem, ut lubet, mutare constitutiones, ritus & ceremonias rerum sacrarum æque ac civilium; posse abdicare se regno, cujus exemplum ex Joseph. Ant. L. 13 cap. 8 affert Ptolemæi Philopatris, nec Diocletianum, Maximianum aut Carolum V, imperium deponentes, silentio præterit. Ex his patere demum Autor autumat, patrem, uti fermet ipsum, ita & filium regni fascibus privare posse. Iussis a Deo præter ea quæ supra jam ex codice sacro tradidit Autor, accenset omnia, quibus populi salus, quæ suprema Principis lex est, obtineri, ejusque commoda firmari & augeri possunt. Hinc & soli Deo, nullo tamen pacto populo, a Principe rationem esse reddendam; hinc etiam Principis esse, regni successorem libere eligere eum, qui populi saluti non obsit, adeo ut non juris filii natu majoris, non minimi, sed virtutum in successore digniore, etiamsi ex alieno sanguine orto, solam habere rationem debeat. Coronidem demum huic opellæ impositurus inquirat de notissima illa controversia, præstetne in regno monarchico successor electus an hereditarius? examinatisque satis verbose in utramque partem rationibus, & discussis incommodis molestiisque, quæ ex populi electione proficisci solent, ad eorum transit castra, qui hereditarium amplectuntur successorem, a Principe imperante, tanquam patriæ patre, denominatum. Quæ singula longam exemplorum cohortem ex civilis historiarum scriptoribus,

ribus, Plutarcho, Laertiò, Livio, Suetonio, Socrate, Calvisio, aliisque petitorum sequi jubet imperantium eorum, qui neglecto filii natu majoris jure, alium sibi regni heredem constituerunt. Agmen XXXIX ejusmodi Principum imperantium claudit Joannes Basilowitz, qui successorem in magnam Rufforum Ducatum filiis initio auferens, nepoti tradidit prius, quam filio illam denique concederet. Subjiciuntur etiam nonnulla de diviso aliquoties Rufforum imperio, pestilentissimo quidem illud lacerandi & dissidia, conjurationes bellaque excitandi modo, luculentissimo tamen libere de ejus hereditate disponendi potestatis exemplo. Sacer quoque fœderis antiqui codex Auctori suppeditat exempla VI, quæ huc faciunt, eaque inter eminet Davidis Regis, Adoniam filium natu majorem repudiantis, ejusque loco Regem designantis Salomonem. Ex his omnibus, breviter heic repetitis argumentis colligit Auctor, vel unum illorum sibi sufficere probaturo, *liberam Rufforum Imperatori esse potestatem in eligendo successore herede, sive ex filiis nepotibusve, sive ex cognatis, vel alia stirpe.* Hinc serio admonet subditos de relicta ipsis sola obsequii gloria, simulque in stupidissimum hominum genus, quod nova aspernatur omnia, invehitur, & susceptis tandem pro incolamitate Patris patriæ Petri I, M. Rufforum Imperatoris, votis operi finem imponit.

p. 52;

55.

56.

TRESOR D' ANTIQUITEZ SACREES ET

Profanes, tirées des Commentaires du R. P.

AUGUSTIN CALMET.

h. e.

THESAURUS ANTIQVITATUM SACRA-

rum & profanarum, ex Commentariis P. R. D. AU-

GUSTINI CALMETI, Monachi Benedictini con-

gregationis S. Vanni & S. Hydulphi, in S.

Codicem depromptarum, &c.

Tom. I.

Amstelodami, apud Paulum Marret, 1723, 12.

Plag. 16 Fig. zn. 1.

Yy

La

**I**N Præfatione maximo opere laudatur P. R. D. *Calmeti* in S. Codicem Commentarius, primum 1707 iterumque 1715 editus, & jam tertio Parisiis prelo subjectus, qui vel ideo hic ceteris omnibus præfertur, quod ad ejus institutum nullus Protestantium, qui Grammaticis Rabbiniticisque studeant & veterum Ecclesiæ Doctorum expositiones negligant, accedat. Cumque in eo varæ dissertationes, & Theologica, & Historica, & Geographica, & Chronologica, & ad literaturam Hebræam, Græcam & Romanam pertinentia tractantes, habeantur, quæ Parisiis tribus Voluminibus separatim sint editæ, easdem Amstelodami in minori forma aliquot tomis, initio ab iis, quæ de Psalmis Davidis agunt, facta, recudi, easque Thesaurum Antiquitatum cum sacrarum tum profanarum inscribi, placuit. Præfationi subjiciuntur tres *Indices*, quorum primus generatim Dissertationes, quæ in aliquot tomis comparituræ sunt, secundus peculiaria argumenta, quæ in qualibet dissertatione exponentur, & tertius sigillatim eas, quæ huic primo Tomo sunt illatæ, unaque cum illis argumenta, quæ pertractant, indicato etiam Commentariorum R. P. *Calmeti* volumine, in quo quælibet legantur, monstrat. Primi Tomi Pars prior Dissertationes de *Poesi & Musica* complectitur, inter quas princeps locus ei datus est, quam Cel. Abbas *Fleury*, suo de Poesi antiqua operi inferendam, conscripsit, & R. P. D. *Calmeto* postea, ut in ejus Commentariis extaret, indulgit. In ea ortum & Musicæ & Poeseos ostensurus, cum currere & saltare, tum clamare & canere naturale esse docet, animi affectus exaggeratione, comparatione & figuris in oratione adhibitis incitari, syllabarum & quantitatem & numerum antiquitus esse observatum, unde nati sint versus & e verbis magnificis stilus poeticus productus, neque ullam esse gentem tam barbaram, apud quam versuum & canticorum non extent vestigia; ea omnia orientales populos & imprimis Hebræos excoluisse, cujus rei indicio sunt liber Jobi, Proverbia Salomonis, Psalmi & varia S. Codici inserta cantica, quæ studium erga Deum & homines contineant, in affectibus exprimendis versentur, atque figuris variis & dictione, quæ a prosa oratione profus differat, repetitioneque vocum, ideo adhibita, ut vel propofita animo eo firmiter inhæreant, vel alter  
chorus

chorus eadem repetat, se commendat. Hujus rei defectus si quis in Jobi libro, Proverbiis Salomonis, & quibusdam Psalmis se offerat, eum viva rerum representatione, metaphoris, similitudinibusque suppleri. Sed cum hac ratione Poeseos Hebraicæ institutum, meditationes, figuræ, & elocutio pateant, veram tamen hujus linguæ pronunciationem, vocabulorum harmoniam, syllabarum quantitatem, quam olim observatam fuisse, multa indicent, ut & canendi & saltandi rationem ignorari; sublimitatem & suavitate eorum, quæ animo obversantur, ex Pl. cxxxix, & xci, in quo personarum fiat mutatio, quæ etiam in Horatio observetur, constare; rationem canendi Psalmos, ut & totam Musicam, quæ verisimiliter simplicissima, & in sensu verborum ad affectus movendos bene exprimendo fuerit posita, nos, qui versionibus utamur, fugere, nec hodiernam Poesin, quæ leves amores spectet, ad antiquam, quæ in argumento pietatis & morum versata sit, accedere contendit. Hanc excipiunt Dissertationes Cl. *Calmeti*, quarum prima de *Poesi veterum Hebræorum* agit, in qua, cum Josephum, Hieronymum & Philonem Hebræis re vera versus tribuere, Scaligerum vero, Augustinum Engubinum, aliosque eis metrum denegare observaverit, his assentitur, & quicquid de rhythmis versibusque eorum vel Vatablum scripserit fingatur, vel Theodorus Herbertus, vel doctores quidam Judaici, vel Meibomius, vel Gomarus, a Capello refutatus, vel Autor Bibliothecæ universalis (Clericus) cujus sententiam etiam peculiariter sub examen vocat, tradiderint, rejicit, naturamque Poeseos Hebraicæ in oratione vehementi, incitata, gravi, luminibus verborum sententiarumque conspersa, & admirabili, unde & naturalis appelleretur, positam esse, stilum potius quam syllabarum numerum observasse, atque ita ante Mosen apud Judæorum majores, tum apud Græcos, testibus Demosthene, Diogene Laertio & Clemente Alexandrino, & apud Judæos sequentibus temporibus in usu fuisse, ut nihil artis ei inesse cognosci possit, perhibet. Secunda est de *Musica veterum & imprimis Hebræorum*, in qua eos, qui hodiernam Musicam antiqua perfectiorem esse contendunt, falli putat, cum hæc fuerit quo simplicior eo perfectior, nec variatione caruerit, ut ex variis instrumentis sympho-

niaque cognosci possit, quo etiam factum, ut ad aures animosque movendos maxima ei vis inesset. Eam jam ante diluvium, si locos Gen. IV, 17 & XXXI, 27 consulas, notam fuisse, cum veterum Poesi cœpisse, ab Heroibus adamatam fuisse, imperante Rege Davide in cultu sacro apud Hebræos invaluisse, qui voce & tibiis canentium classes constituerit, quas ex Levitis, in captivitate Babylonica arte musica etiam celebribus, desumerit; feminas quoque in classes divisas & voce & fidibus cecinisse, ex 1 Par. XXVI, Efd. II, 66, Psal. LXVIII, 26, ut & Philone, Therapeutarum rationem canendi & saltandi describente, patere; ea Reges mirifice fuisse delectatos, & ideo musicos celebres in aulis aluisse; illam apud Hebræos in theatrum non fuisse adductam, in funebribus tamen adhibitam fuisse, & miros effectus produxisse, ita ut Saul etiam Davidis cantu naturaliter curatus sit. In *tertia instrumenta Hebræorum musica* exponit, quæ ut recte producat, Græcorum scriptores sibi consulendos esse censuit, qui etsi ea Diis tribuerint, tamen ab orientalibus populis acceperint, a quibus, Chaldæis nempe, Ægyptiis, Syris, & Phœnicibus ea ad Hebræos, qui iis fuerint finitimi, pervenerint. Cum Judaici scriptores eorum triginta quatuor numerent, ex his quatuordecim in spuris habet, eaque prorsus aliud quid, quam instrumentum musicum, si significare annotat. Esse enim נְבוֹנִים Pf. LX, 1 eos, qui instrumentis canant, seu ea, quæ canantur; הַנְּחִילֹת Pf. V, 1 saltationes, seu choros saltantium; חַשְׁמִינִית 1 Chron. XV, 2 1 octavam Musicorum societatem; שְׁגִיחַ Pf. VI, 1 elegiam seu cantum, quo afflicti erigantur; נְרִינָה Pf. VIII, 1 societatem Musicorum, qui Gethitzi appellati; עַל מִוֶּת Pf. IX, 1 juniores filias; מִכְתָּם Pf. XV, 1 Psalmum Davidi inscriptum; אֵילֵּי הַשִּׁדְדִּים Pf. XXI, 1 societatem Musicorum seu foeminarum canentium; שְׁשֻׁנִים Pf. XLIV, 1 lætitiã, qua juvenes in nuptiis exultent, מַחֲלָה Pf. LII, 1 saltationem; עַל יְהִי אֱלֹהִים רַחֲמִים Pf. LV, 1 itidem Musicorum societatem; הַגִּיחַ Pf. XCI, 4 meditationem; מִשְׁכֵּל Pf. XXXI, 1 & אֵל תְּשׁוּבָה & Pf. LVII, 1 ne perdas. Dehinc in tres classes instrumenta musica genuina dividit, quarum prima fit fidium seu nervorum, secundæ tiliarum, & tertiã tympanorum, quæ separatim in tabula delineata

ta hic quoque exhibemus. In figura I est נבל nablum, instru- TAB. III.  
 tum, & etiam a Græcis usurpatum fuit; in II Cithara antiqua a Fig. I.  
 Daniele III, & vocata קיתרס, cum decem & pluribus fidibus, 2.  
 quæ Ebræis עשור dicta fuit, in III כנר cithara Græcis κυθάρα, 3.  
 Romanis lyra, item testudo, cujus alia genera in figura IV, V, VI 4. 5. 6.  
 comparent; ubi Cl. Autor, dum in ea describenda versatur, Ti-  
 motheum, eo quod lyram pluribus fidibus instruxisset, a Magi-  
 stratu Lacedæmoniorum urbe ejectum esse commemorat; in  
 VII est Symphonia Dan. III, & סוּפּוֹנְיָא; in VIII Sambuca סבכא 7.  
 Dan. I, cujus etiam Athenæus mentionem faciat; in IX sunt 8.  
 buccinæ, quæ generaliter שופר speciatim חצוצרות Num. X, 2, 9.  
 & קרן audiant; & in X tibiz, quæ simplices & compositæ, di- 10.  
 ctæque חליל & מוחלת, si eos sequaris, qui id utrem, in figura  
 XIII comparentem, significare dicunt, quod potius per chorum  
 musicum explicandum & משרוקותא, quæ & cum uno & cum  
 pluribus foraminibus formatae sint, de quibus Salmasius & Voffi-  
 us disputant. In figura XI est עב organum, quod ab eo, cujus 11.  
 penes nos est usus, maximopere fuerit distinctum, dum ex tibia-  
 rum diversæ longitudinis tubis per ceram conjunctis confliterit,  
 nec cum veterum organo hydraulico convenerit; atque hic et-  
 iam מנעים & מנעים, quod Græcis est μανδύς, fit mentio, in  
 quorum formis delineandis Critici certent. In XIII & XIV sunt 13. 14.  
 תפים tympana, quæ diversæ naturæ, quarum posteriora no-  
 stris propius accedunt; in XVI & XVII צלילים cymbala an- 16. 17.  
 tiqua, quæ ex cupro ad mitræ formam facta manibus collisa sint;  
 quo spectet etiam in figura XV exhibitum fistrum, quo Ægyptii 15.  
 uti sint; & in XVIII & XIX שלשים i Reg. XVIII, 6, quod in 18.  
 strumentum triangulare, & in XX & XXI מצלותים i Par. XV,  
 19 cymbala vel tintinnabula, quæ ad rationem nostrarum cam-  
 panarum aliquatenus accedant. In posteriori parte seu secunda  
 ea, quæ ad Psalmorum librum pertinent, habentur, sub cujus ini-  
 tium se præfatio offert. In illa primum Cl. Autor Psalmos ab  
 argumento, quod late pateat, resque scitu dignas complectatur,  
 & a fructu, quem hominibus cujuscunque ætatis, con-  
 ditionis & fortunæ asserant, unde etiam a Judæis & Christianis

quotidie adhibeantur, commendat; tum & de eorum nomine & divisione in quinque libros apud Hebræos recepta, item in tres partes, quarum unaquæque quinquaginta complectatur, & sub-divisione, qua quidem CL numerentur, in quibus Hebræi tamen nonum in duos dividerint & CXLVI & CXLVII in unum contraxerint, agit, atque XI, XII & XIII, & XXVI, XXVII, XXVIII & XXXI, XXXII, & XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL, & XLV, XLVI, XLVII, & LXXVIII, LXXIX, & XCV - XCVIII, & CXLV, CXLVI, CXLVII, & CXLVIII. CXLIX, & CI - CVII, unum canticum constituere, & haud recte a se divulgos esse, sibi persuadet. Dehinc ad Autorem, qui eos collegerit & pluribus sit visus Esdras, descendit, sentitque, uno plures iis comportandis, nempe Regem Ezechiam, Esdras, Nehemiam & Judam Maccabæum, operam dedisse, qui nec historiz nec temporis, nec solennitatum publicarum, quibus canendi sint, rationem habuerint, & cum Spiritu Dei ducti fuerint, quædam & initio & fini adjecerint, Salomonis vero Græcos, a Ludovico de la Cerda primum in lucem editos, iis minime annumerandos esse. Postea Psalmorum librum esse divinum, neque a Paulo Samosateno rejectum, in rebus magni momenti versari, & ut bonum præcipere ita malum prohibere; nec his obflare imprecationes inimicis factas, cum proferentes illas impiis mala prænuntiaverint, & unice justitiam Dei, insuper habitis injuriis sibi illatis, spectaverint; in eo præterea egregia de Messia vaticinia extare, perhibet. Ad extremum obscuritatem eorum, quæ e mille interpretum variis expositionibus pateat, tangit, & eam ex lingua Hebræa, cujus vocum quarundam significationes ignorentur; ex corruptione textus Hebræi, ut Ps. XXII, 17 ubi  $\text{יְהוָה}$  pro  $\text{יְהוָה}$  legatur, & Ps. XLIV, in quo comma XIV, quod a J, quia sit Psalmus Alphabeticus, ordiri debeat, desideretur; ex Poesi, cujus ratio nos lateat; ex Scriptoribus sacris, qui Spiritu S. incensi igneum vigorem spirent, & Schematibus metaphoricis crebrius utantur, atque ex mysteriis vaticiniisque, quæ ibi habeantur, derivat, & quamvis dubia quædam & obscura vaticiniorum impletione superentur, operam tamen continuo Lectori dandam jubet, ut cuncta studio ac cura perlegat, occasionem & tempus, quo quilibet Psalmus sit conscriptus, observet, argumen-

Fig. 1. TAB. III ad A. 1725 M. Aug. pag. 357.



Fig. 2.




Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 7.




Fig. 8.



Fig. 9.



Fig. 10.




Fig. 11.



Fig. 12.




Fig. 13.




Fig. 15.



Fig. 14.



Fig. 16.



Fig. 21.



Fig. 17.



Fig. 20.



Fig. 18.






Fig. 19.







ta etiam, quæ cuilibet præfixa, consulat, & quod verosimile sibi sit visum, eligat, denique ubi hæsitet, ad commentarios confugiat. Huic Præfationi succedit *de Psalmorum autoribus* Dissertatio, in qua Cl. Autor, postquam usum hujus disquisitionis ostendit & sententias variorum collegit, inter alia observat, titulis Psalmorum non ubique inhzrendum esse, cum quidam Davidi sint inscripti, nec tamen ab eo compositi, & contra ab eo compositi, qui eidem haud inscripti: imo sibi persuadet, vel plures fuisse in populo Judaico cantores, qui Assaph fuerint appellati, vel illos, qui Assapho successerint, suis hymnis ejus nomen inscripsisse; atque Ps. XC non a Mose legislatore, sed ab uno ejus posterorum, qui Moses appellatus, & qui etiam quorundam sequentium Psalmorum autor sit, concinnatum esse; tum etiam Psalmum, qui inscriptione nomineque autoris careat, ei attribui posse putat, a quo antecedens fuerit profectus. In Dissertatione, quæ sequitur, *de textu Hebræo & antiquis libri Psalmorum versionibus* agit, & primum illum esse originalem asserit, ita, ut ex eo versiones corrigendæ sint, si nulla ab eo recedendi legitima causa suppetat, contra etiam illum ex versionibus emendandum esse, cum ejus non autographa sed apographa tantum extent, quæ varie, ut alia veterum scripta, mutata corruptaque sint; id quod in primis Psalmorum apographis acciderit, quia illi sæpius descripti & etiam obscuro sint, prout præter ea loca, quæ supra jam adducta, ex Ps. XXXVI, 28, XXXIV, 27, CXLVI, 8, XLI, 7, XLVIII, 13, 17, 19, XLI, 5, XIX, 1, 11, 12, IV, 3, LXXVIII, 14, & VII, 23 cognoscatur. Tum versiones Græcas, inter quas septuagintaviralis dicta emineat, recenset, & cum ejus duæ sint editiones, Romana & Complutensis, illam huic multum præfert. Hinc progreditur ad Latinas, quarum prima antiquissima Apostolorum ævo prodierit, & barbariei frustra postuletur, quam secutæ sint tres Hieronymi, in quarum prima is illam antiquam ad *τὴν* Septuaginta translationem autore Damaso Papa correxerit, quæ tamen nec approbata fuerit nec recepta, in altera vero rogatu sanctarum Fœminarum Bethlehemi Septuaginta majori studio & labore expresserit, & in tertia Hebræum textum transtulerit. His recensitis, docet, Vulgatam, in Concilio Tridentino ad tantam

tam dignitatem euectam, non esse aliam, quam illam ab Hieronymo Bethlehemi adornatam, & Græcæ septuagintavirali respondentem, quæ etiam apud Gallos post Gregorii Turonensis ætatem in usu esse cœperit, variisque Commentariis sit illustrata; quod illi antiquæ non acciderit, quæ in primis Romæ & alibi quoad particulas in officio Missæ tantum fuerit servata, & ex Patrum scriptis Psalterioque Romano, quod Paris. 1508, Mediolani 1555. & Romæ 1663 prodierit, restitui possit. In orientabilibus versionibus enarrandis dum versatur, a Syriaca orditur, quarum illa, quæ Hebræum codicem sequatur, antiquitate se commendat; & sicuti iis non assentitur, qui priorem librorum S. Codicis versionis partem Salomonis, posteriorem vero Abgari Regis Edeffeni ætate compositam esse ferunt: ita & eorum opinionem rejicit, qui cum Vossio hodiernam Syriacam non nisi sexcentorum annorum esse, & olim Syros alias habuisse, tradunt: miratur insuper, qui fiat, ut Masius aliam, quæ Græcæ antiquæ respondeat, cum obeliscis & asteriscis habuerit, quam tamen nemo adhuc viderit; & quia Hebræus codex & Syriaca versio a se invicem in multis locis, ut Ps. II, 11, IV, 3, VII, 5, 12, IX, 7, X, 10, XI, 9, XVI, 5 & aliis dissent, hanc, antequam in Hebræo puncta extare cœperint, confectam esse autumat. Tum Chaldaicas producit, quarum antiquitatem in dubium vocat, & eam, quæ Psalmorum est, & Josepho Lusco adscribitur, traditiones & opiniones Doctorum Judaicorum secum ferre, perhibet. De Arabicis agens, refert, Renaudotum negare, Syros Antiochiæ & Alexandria in officio divino Arabicis uti, quamvis iis non destituantur; eadem maximopere a se invicem differre, quod scribæ sæpius diversas translationes conjunxerint, & alia Græca, alia Syriaca & alia Hebraica Biblia sequantur; antiquiores Abulfeda, quas ipse ignoraverit, extare; Saadium in gratiam Judæorum novam quandam, referente Erpenio, composuisse; antiquissimam vero, docente Renaudoto, ab Hareth Ben Senan conditam esse. Postremo tangit Æthiopicam, quam Græcam sequi, ab aliis Salamæ, qui Frumentius Æthiopum Apostolus habeatur, ab aliis novem primis eorum Apostolis attribui, & judice Renaudoto & Simonio, Copticam exprimere, commemorat. In Dissertatione proxima, quæ

quæ *Psalmodum titulos* expendit, non est ut hæreamus, cura de his sententiam Autoris jam supra tetigerimus. Nec sequens Dissertatio, quæ Hebræas voces *Lamazeach & Sela* explicat, nos morebitur; nisi quod notamus, Autori verisimile videri, vocæ *ללד*, cujus significatio detegi non queat, lectoribus vel cantoribus, quo usque vel legendum vel canendum sit, indicari, quia etiam in Græcis librorum Ecclesiasticorum MStis sub initium Evangeliorum & Epistolarium *αρχη* & sub finem *τελος* compareat, nec Psalmi olim in commata fuerint distincti, & in libris Moisaicis *ו* & *ב* eodem modo inveniuntur; ut adeo illa non ad Psalmorum Autores, sed ad viros synagogæ referenda sit. In ultima Dissertatione de *quindecim Psalmis graduum*, recensitis variorum sententiis, Noster iis accedit, qui eos ob multiplicem Judæorum in Babylonia in patriam reditum conscriptos esse sentiunt; quia is per *ללד* Esdr. I. 3. 5. Nehem. VII. 6 & per *ללד* Esdr. VII. 11 indicetur, & ea quæ in his Psalmis tradantur, cum conditione & fortuna Judæorum, eo tempore viventium, conveniant. In fine conspicitur *tabula*, in qua ostenditur, quo tempore Psalmi ex opinione Nostri sint compositi. In hac comparent primo ii, qui nullum temporis, quo confecti sunt, dant indicium, ut secundum Vulgatam Ps. I, IV, VII, XVIII, LXXX, XC, CIX, CXXXVIII, CXLIV, tum illi quos David, & cum a Rege Saule vexaretur, ut X, XXX, XXXIII, LV, XV, LIII, LI, CVIII, XVI, XXI, XXIV, LVI, LVII, CXLII, CXXXIX, CXL & VII, & cum regnare cœpisset, atque Saul ex hac vita discessisset, ut II, IX, XXIII, LXVII, C, XXVIII, XIX, XX, XXVII, XXXVIII, XXXIX, XL, VI, L, XXXI, XXXII, & cum Absalon imperium ad se rapuisset, ut III, IV, LIV, LXI, LXIX, LXX, CXLIII, composuit; deinde illi, qui a defectione Absolonis usque ad captivitatem Babylonicam sunt conscripti, ut XVII, XXIX, LXXI, XLIV, LXXVII, LXXXI, LXXXII, LXXXIII, & LXXXVIII, postea qui durante captivitate Babylonica in lucem editi sunt, IX - XIII, LII, XIV, XXIV - XXVII, XXXV, XXXVI, XLI, XLII, XLIII, XLVIII, XLIX, LIX, LXIII, LXVIII, LXXII, LXXIV, LXXVI, LXXIX, LXXXIII, LXXXV, LXXXVII, LXXXVIII, LXXXIX, CXI, XCII - XCIV, CXVIII - CXX, CXXII, CXXIX - CXXXI; tandemque ii, qui post Cyri decretum, quo Judæis in patriam reditus permissus fuit, sine vulgati, ut CXXI, LX, LXII, CXXIII, XXII, LXXXVI, LXXXIV, XLV, XLVI, XLVII, XCV - XCIX, CI - CVII, CX, CXI, XCII, CXIII, CXIV, CXV,

CXV, CXVI, CXXV, CXXXII - CXXXVI, CXLVIII, CXLVI, CL, CXLV, CXLVI,  
CXLVII, LVIII, LXIV, LXV, LXVI, CXVII, CXXIV, CXXVI, CXXVII, CXXVIII,  
CXXXVII.

**GABINETTO ARMONICO PIENO D' ISTRO;**  
menti sonori indicati e spiegati.

h. e.

**CONCLAVE HARMONICUM PLENUM**  
*instrumentis sonoris, indicatis & explicatis a PHILIP-*  
*PO BONANNI e Soc. Jes. consecratum S.*  
*Regi DAVIDI.*

Romæ, e typographia Georgii Placchi, 1722, 4.  
Alph. I & Tabb. æn. 138.

**H**Aud inepte hunc librum jungimus præcedenti, quod & ipse de re Musica & instrumentis Musicis, sed generatim magis, conscriptus est, quamvis Autor non tam Criticum hic agat, quam lectoris animum oculosque, pæne dixerim & aures (tam apte enim instrumenta sua tractare hic in tabulis spectantur musici, ut audire quodammodo videaris) oblectare instituat. Per Conclave harmonicum nihil aliud se innuere Autor testatur in præfatione, quam Cameram Musæo Collegii Romani Soc. Jesu contiguam, in qua instrumenta omnis generis Musica asservantur; quam conveniebat utique ab eodem Autore illustrari, qui Musæum ipsum post Kircherum tanto eruditionis apparatu descripserat, quemadmodum vel ex his Actis Anni 1710 p. 324 patet. Præmisit operi Capita XIII, in quibus Kircheri subinde in Musurgia & Phonurgia, aliorumque doctorum vestigia secutus, de instrumentis in templis usitatis, eorumque varietate, de usu eorum in sacrificiis, festis, triumphis, ludis, navigatione, conviviis, exequiis & bellis veterum, tum & de cantu Ecclesiastico apud Christianos erudite agit, simulque quænam templis Musica, & an instrumenta Musicæ Ecclesiasticæ conveniant, disquirat. Hinc tres instrumentorum classes constituit, eorum quæ instantur, tum quæ manu suaviter reguntur, ut cimbala, cythara, fides &c. denique eorum, quæ percussione exercentur, ut tympana, crotala, campanæ, aliaque. Videas in his, quæ e Calineto in fig. 1, 2, 3,

TAB. III.

4, 5.

4, 5, 6, 9, 10, 11, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 20 repræsentavimus; sed multo plura e recentioribus, de quibus adeo sollicitus Autor est, ut ne pectines quidem, quibus pueri supposita papyro ludere sueverunt, scuticam aurigarum, cochlear ligneum, crotala mendici & similia, quibus sonitus editur, omittat. Ceterum ut specimina afferamus e libro curioso magis quam erudito, operæ pretium vix putamus.

**ICONES ERUDITORUM ACADEMIÆ  
Aldorfianæ, id est, omnium Procancellariorum &  
Professorum, qui a condita Academia Aldorfina in  
omnibus Facultatibus floruerunt, eandemque ad hunc us-  
que diem ornarunt, studio atque opera FRIDERICI  
ROTH-SCHOLTZ, Herrnstadtio-Silesii,  
collectæ & excusæ.**

Norib. & Aldorfii, apud Hær. Joh. Dan. Tauberii, 1723, fol.  
Tabb. xx. 127.

**Q**ui vitas Dn. Procancellariorum & Theologorum de Aca-  
demia Aldorfina optime meritorum suis impensis edi-  
dit hætenus Cl. Autor, id egit præsentis collectione, ut omnibus  
bonis, hoc imprimis tempore, quo ad *Jubilæum Universitatis  
Aldorfina* celebrandum homines undique magno numero con-  
fluxerunt, uno conspectu exhiberet imagines eorum, qui per  
centum annos meritis suis Academiam illustraverunt, quibus  
quidem non mera nomina, sed dignitates quoque, quibus subin-  
de ornati sunt, annique ac dies natales & emortuales, velut quæ-  
dam vitæ compendia, subjiciuntur. Dedicavit eam *Perillustri-  
bus Dn. Curatoribus Universitatis* in argumentum demissæ pie-  
tatis, & ut inde constaret, quanta cura & sapientia *Perillustris  
Senatus Noribergensis* prospiciat publicæ salutis patriæ, ac quanta  
munificentia foveat ornetque bonas artes earumque cultores.  
Adjecit indicem imaginum numero CXXVII, quem, ut ad alio-

rum etiam perveniat notitiam, totum communicamus. Sunt vero:  
*Procancell.* 1 D. Philippus Camerarius. 2 D. Georgius Remus. 3 D.  
 Johannes Christophorus Oelhafen. 4 D. Georgius Richter. 5 D.  
 Tobias Oelhafen. 6 D. Magnus Fetzer. 7 D. Christophorus  
 Pellerus. 8 D. Georgius Carolus Wœlcker. *Theologi.*  
 9 M. Johannes Picartus. 10 M. Georgius Sigelius. 11 D. Edo  
 Hildericus a Varell. 12 M. Georgius Volcart. 13 D. Jacobus  
 Schopper. 14 M. Jacobus Jordan. 15 M. Joh. Chil. Sprember-  
 ger. 16 M. Johannes Deubelius. 17 D. Georgius König. 18 M.  
 Georgius Ritter. 19 D. Christianus Matthiæ. 20 M. Johannes  
 Saubertus, Senior. 21 M. Cornelius Marci. 22 M. Joannes Un-  
 gertus. 23 M. Christoph. Crinesius. 24 D. Joannes Weinman-  
 nus. 25 D. Christoph. Althofer. 26 M. Joannes Fabricius, Senior.  
 27 Theodoricus Hackspan. 28 M. Luc. Frieder. Reinhart. 29  
 M. Jo. Conr. Dürrius. 30 M. Jo. Conr. Hedenus. 31 M. Jo.  
 Leonh. Schwager. 32 Idem cum barba prolixa. 33 D. Jo.  
 Saubertus, Junior. 34 D. Joan. Fabricius, Junior. 35 D. Chri-  
 stoph. Wegleiter. 36 D. Christoph. Sonntag. 37 D. Joh. Michael  
 Lang. 38 D. Gustav. Georg. Zeltner. 39 D. Jo. Guilielmus  
 Baier. 40 D. Jo. Jacobus Pfizerus. *Acti:* 41 D. Jo. Thomas  
 Freigius. 42 D. Joan. Buserent. 43 D. Obertus Giphanius. 44  
 D. Hugo Donellus. 45 D. Matthias Indenius. 46 D. Scipio Gea-  
 titis. 47 D. Petrus Wefenbecius. 48 D. Conradus Rittershusius.  
 49 D. Jacobus Tetensius. 50 D. Matthias Hübnerus. 51 D. An-  
 dreas Dinnerus. 52 D. Egidius Agricola. 53 D. Erasmus Unge-  
 pauer. 54 D. Jo. Gerhardus Frauenburgerus. 55 D. Wilhel-  
 mus Ludwelligus. 56 D. Nicolaus Rittershusius. 57 D. Joan. Kö-  
 bius. 58 D. Ernestus Cregelius. 59 D. Georg. Christoph. Schef-  
 ferus. 60 D. Jo. Wolfgangus Textor. 61 D. Jo. Christoph.  
 Wagenfeilius. 62 D. Georgius Richardus Hammerus. 63 D.  
 Henricus Linckius. 64 D. Jo. Antonius Geigerus. 65 D. Ada-  
 mus Balthasar de Werner. 66 D. Felix Spicius. 67 D. Henri-  
 cus Hildebrandus. 68 D. Jo. Georgius Fichtnerus. 69 D. Eu-  
 charius Gottlieb Rink. 70 D. Ephraim Gerhard. 71 D. Geor-  
 gius Henricus Linck. 72 D. Jo. Jodocus Beck. *Medici:*  
 73 D.

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIII. 365

73 D. Nicolaus Taurellus. 74 D. Philippus Scherbius. 75 D. Ernestus Sonerus. 76 D. Caspar Hoffmannus. 77 D. Georgius Nelslerus. 78 D. Ludovicus Iungermannus. 79 D. Mauritius Hoffmannus. 80 D. Christophorus Nicolai. 81 D. Jacobus Pancrat. Bruno. 82 D. Jo. Ludov. Apinus. 83 D. Joannes Mariarius Hoffmann. 84 D. Jo. Jacobus Baierus h. t. Rector. 85 D. Laurentius Heisterus. 86 D. Jo. Jacobus Jantke. 87 D. Jo. Henricus Schultze. *Philosophi*: 88 Valentinus Erythraeus. 89 Georgius Glacianus. 90 M. Georgius Pfalerus. 91 M. Casparus Odontius. 92 Joannes Prætorius. 93 Henricus Rifius. 93 Matthias Bergius. 94 Daniel Talius. 95 Theophilus Maderus. 96 Georgius Queccius. 97 Wolfgangus Waldungus. 98 Georgius Mauritiu. 99 Christophorus Colerus. 100 Michael Picartus. 101 Arnoldus Clapmarius. 102 Michael Virdungus. 103 Daniel Schwenterus. 104 M. Joann. Caspar Odontius. 105 Petrus Saxo. 106 Philippus Caroli. 107 Jacobus Bruno. 108 Michael Korn. 109 Jacobus Tydæus. 110 Abdias Trew. 111 Christophorus Adamus Rupertus. 112 Jo. Paulus Felwingerus. 113 Georgius Matthias Kœnig. 114 Christophorus Molitor. 115 Jo. Elias Rew. 116 Jo. Christophorus Sturmius. 117 Jo. Jodocus Felwingerus. 118 Daniel Wilhelmus Mollerus. 119 Magnus Daniel Omeisius. 120 Georgius Paulus Røtenbeccius. 121 Christian. Gottliebicus Schwartzius. 122 Jo. Henr. Müllerus. 123 Jo. David Kœlerus. 124 Jacobus Wilhelmus Feuerlinus. Quibus ultimo loco accedunt 125 Autor noster Fridericus Roth-Scholtz; tum vero etiam 126 1 Collegium Universitatis Altorfinæ Nor. 2 Bibliotheca publica Altorfina. 3 Hortus Botanicus Altorfinus. 127 1 Theatrum Anatomicum restauratum A. 1650. 2 Laboratorium Chymicum exstructum A. 1672. Ceterum nuntiamus, et indem Cl. Roth-Scholtzium jam in eo esse, ut Icones Consiliariorum de illustri Rep. Noribergensi optime meritorum, qui ab A. 1366 in hunc usque diem claruerunt, colligat, e quibus plusquam LXX vere cælatas vidimus, ut adeo non dubitemus, hoc quoque opus brevi integrum proditurum.



**FUNDATORIS, CURATORUM ET PROFESSORUM celeberrimorum aliorumque illustrium Virorum, quorum gratia, favore, cura, doctrinaque Academia Lugduno-Batava incepit, auctaque & ornata est, Effigies: nec non urbis, Academiae, ejusque Horti, templorum notabiliorumque aedificiorum prospectus.**

Lugduni Bat. apud Petrum van der Aa, fol.

Tabb. æn. 140 & major. 12.

**C**UM jam suo tempore *Jo. Meursius* dignas putaverit Professorum Leidentium icones, quas in Athenis Batavis, non uno titulo in forma quarta vulgatis, orbi erudito impertiret, magno omnium plausu exceptas, operæ pretium se facturum putavit nuper solertissimus Bibliopola, Petrus van der Aa, ut opere paulo majori, quamvis omni vitæ enarratione destituto, non horum modo, verum & aliorum, quorum vel curæ vel industriz Academia Lugduno-Batava inde ab initiis ad hanc nostram ætatem splendorem suum debet, Effigies repræsentaret; quibus etiam ichnographias urbis & aedificiorum, maxime ad Academiam pertinentium, tabulis quibusdam majoribus præmiserit. Nihil addimus, nisi quod affabre satis & accurate expressas icones Virorum illustrium classibus suis distingui notamus, quarum prima est Fundatoris & octo primorum Academiae Curatorum, secunda Professorum Theologiae, tertia Juris, quarta Medicinæ, quinta Philosophiæ & sexta denique Doctorum honorariorum aliorumque, in qua postrema Phil. Marnix Dn. de S. Aldegonde, Wernerus Helmichius, J. J. Scaliger, Petrus Scriverius, Hugo Grotius, Phil. Cluverius, Claudius Salmasius, Janus Doufa fil. Jo. Kuchlinus & Festus Hommius exhibentur. Optandum foret, ut ad exemplum libri præcedentis, si non alia, quæ ad vitam spectant, annus saltem ac dies, quo quisque natus fuit vel mortuus, figuris adscriptus fuisset.

CAROLI

MENSIS AUGUSTI A. MDCCXXIII. 367

**CAROLI NICOLAI LANGII, LUCERNENSIS. Helvet. Phil. & Med. Academ. Cæsar. Leopoldino-Carolinæ Societ. Reg. Pruff. & Phys. Crit. Senens. Socii nec non Reipubl. Lucernens. Senatoris, Methodus nova & facilis Testacea Marina in suas debitas classes, genera & species distribuendi.**

Lucernæ, sumptibus Autoris, 1722, 4.  
Plag. 16.

**E**X diuturna & periculosa feбри continua feliciter eluctatus Clarissimus Langius, cum ad alia tam mentis quam corporis exercitia subeunda non fuerit dispositus, quam quæ simul delectare, ac languidum statum valetudinarium mitigare viresque fractas restaurare possent, supellectilem suam marinam, quam majori ex parte ipsemet collegerat, dum circa marina degeret, quoad nobiliorem tamen ejusdem portionem Venetiis & Amstelodamo ab illustri Petro Valckenier, Præpotentum Belgii Ordinum ad Rempublicas Venetam Ablegato Extraordinario, & Johanne Hieronymo Zannichelli, præstantissimo apud Venetos Philosopho & Pharmacopœo, transmissam acceperat, & a pluribus jam annis in scriniis suis, sed negligenter tantum & sine ordine dispositam conservaverat, lustravit eo animo, ut eandem in methodicam quandam seriem collocaret & dirigeret, haud leve studio naturali, præsertim vero lapideo, lapides figuratos marina repræsentantes respicienti, adjumentum se alaturum ratus. Quemadmodum igitur lapidum figuratorum originem, eorumque, quæ in Helvetia prostant, Historiam erudite pertexuit, ut in Actis his Anno 1709 Mense Januario pag. 17, & 1710 Mense Febuario pag. 81 monuimus, ita nunc, ut Testacea Marina in suas classes sint distribuenda, methodum cum benevolo Lectore communicat, cui Præfationem Isagogicam præmittit. Universi scilicet & pene innumerabiles immensi maris incolæ communi & proprio nomine Pisces vocantur, qui vel sanguine præditi sunt, vel eodem destituuntur. Illi καὶ ἔροχην pisces nominantur, hi vero iterum subdividuntur in molles, crustaceos.

flaccos, testaceos, insecta & zoophyta. Neglectis reliquis Testaceos in debitum suum ordinem redigendos legit Autor Clarissimus, utpote qui omnes alios sanguine destitutos pisces numero, elegantia, & varietate colorum mirabilique sua structura longe superant & antecellunt. Pisces Testacei itaque ei sunt illi, qui constanter in mari degunt, & vel totaliter, vel saltem majori ex parte testa duriore obtecti & inclusi sunt. Plerique (paucissimis exceptis, qui a Plotio aliisque Zoographis vivipari deprehensi sint) observantur ovipari, hoc tamen sub discrimine, quod aliqui sint diversi sexus, quorum ova a semine masculino fecundari debent, alii vero naturam obtineant quasi androgynam, piscium instar, qui ova sua emittunt jam germine & testulis donata, & aspersione liquoris cujusdam lactei, quæ genitura seu lacinarium vocatur, denuo fecundanda. Ova autem testaceorum tam terrestrium, quam utriusque aquæ, id est, fluvialis & marinæ, in summa quantitate & valde minuta deponuntur, ita ut quoad exilitatem molis & ingentem foetuum copiam nec seminibus insectorum, nec plantarum cedant. Semper tamen racematim emittuntur, & vel aliquo insensibili glutine, vel aliqua genitura viscosa albicante, genituræ spermatis ranarum haud dissimili, inter se coherent, & saxi, arenis, aut limo firmiter affiguntur, ne ab aqua hinc inde transferri, vel etiam una cum vaporibus aqueis, tam subterraneis, quam iis, qui a mari in atmosphæram nostram attolluntur, elevari, & mediantibus illis vel ipsis ventis intima terræ penetralia pervadere possint, non secus ac a piscatoribus salva hinc inde transportantur. Crescunt autem & nutriuntur testacea plantarum more, mediante lymphâ aliqua salsa, ab ipso animali suppeditata, ita ut plantæ testacea terrestria, & testacea plantæ aquatiles vocari possint. His præmissis dividit Clarissimus Langius totam Testaceorum familiam in tres distinctas partes seu supremos ordines, nimirum in Testacea univalvia, non-turbinata, in Cochleas seu univalvia turbinata, & in Conchas seu in Testacea bivalvia. Per τὸ Turbinatum vero non intelligit omne testaceum, quod e basi latiore rotundata in acumen rotundatum pyriformi instar abit; hoc enim modo Porcellanarum species ad Turbinata pertinerent, ad univalvia non-turbinata potius referen-

referenda, sed illa solummodo, quæ e spiris manifestis & sensibilibus constant, quæ e basi latiore paulatim Cochlearum in modum sensibilibus intorquentur, & obliqua sua circumvolutione paulatim contrahuntur.

**D. MARTINI SCHURIGII, PHYSICI  
Dresdensis, Sialologia Historico-Medica, h. e. Salivæ humanæ Consideratio Physico-Medico-Forensis.**


Dresdæ, sumptibus Hæred. Miethii, 1723, 4.

Alphab. 2 plag. 10.


**S**permatologiæ Historico-Medicæ, quam in Actis his Anno 1720 Mense Novembri commendavimus, secundam suorum Collectaneorum Partem, Sialologiam Historico-Medicam, nunc subjungit Clarissimus Schurigius, in VII capita divisam, in quorum I Salivæ etymologiam, definitionem, differentiam inter salivam, sputum & mucum, ejus originem, elementa; saporem, colorem naturalem & præternaturalem, consistentiam diversam, quantitatem excedentem & deficientem, ejusdemque per destillationem instituta experimenta sistit. In Cap. II de Salivæ scaturigine & Glandulis salivalibus agit. In Cap. III excretionem Salivæ præternaturalem & Ptyalismum proponens, Salivationem in Symptomaticam, Criticam, & Medicam distinguit; illamque ut plurimum noxiam, istam in variis affectibus, v. g. in Malo hypochondriaco, Catarrhis, Glandularum tumoribus, in Febribus, Variolis, Arthritide, Phthisi, Cephalalgia, Vertigine, Aurium Tinnitu, Sanguinis Sputo, inque Fluore albo proficuum; quandoque tamen etiam in Variolis & aliis affectibus minus salutarem esse, variis observationibus probat; hanc a variis medicamentis, v. g. a cerussa antimonii, aquis Spadanis, acidulis Egranis, vitriolo albo, nicotiana, & pulvere odorifero moveri monstrat. Et salivationem per Mercurium excitatam non modo in lue venerea, sed aliis quoque affectibus, e. g. in corpulentia nimia, Quartana, Hydrope, Rheumatismo, Strumis, Mania, Epilepsia, Apoplexia, Paralyti, Cephalalgia, Vertigine,

A a a

Lepra,



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>

Lepra, Scabie, Arthritide, & Scorbuto, in Ulceribus, Vulneribus, Catarrhacta & Plica Polonica utilem esse docet. Varia tamen etiam Symptomata, uti sunt Tabes, suffocationis metus, oris clausura, Cæcitas, Auditus difficultas, Hæmorrhagia, Caries ossium, Epilepsia, Strumæ, Sphacelus, imo mortem ab eadem oriri posse, monet. In Cap. IV de triplici salivæ usu, scilicet naturali, medico & superstioso agit, illumque masticationi, deglutioni, saporibus dignoscendis, loquelæ formandæ, siti compescendæ, ac chylificationi perficiendæ, istum tum signis morborum dignoscendorum & prædicendorum, tum variis tam internis quam externis affectibus curandis, inservire, imo, pro menstruo universali ac materia lapidis philosophici adhiberi salivam, docet. Superstitiose quoque ad Curam sympatheticam in Epilepsia, Cephalalgia, Angina, Tussi, Phthisi, Oris siccitate, Mensium suppressione, item pro philtris & ad excitandum fœtum mortuum usurpari, tradit. Denique de expuitione salivæ pro avertendo contagio, vel in Congregationibus, & Judæorum in contumeliam Redemptoris nostri varia annectit. In Cap. V morbosos affectus a saliva oriundos describit, siquidem ea mediante Epilepsiam, Phthisin, scorbutum, Luem veneream, venenum communicatum, imo mortem inductam fuisse, Medici observarunt. Matris etiam sanæ, fœtui pulmentum præbentis, salivam salutarem, vetularum vero & impurarum nutricum noxiam pronunciat. Varia hinc commemorat Symptomata, inflicta a moribus & ictibus animalium, serpentum puta, viperarum, scorpionum, aranearum, tarantularum, apum, muscarum, vesparum, acari, lacerti, anseris, galli gallinacei, uritæonis, hircinorum, felis, simiæ, cereopitheci, murium, equi, apri, urfi & canis. Hominis etiam morsum triplicem, sani scilicet non vero irati neque rabidi, secundo irati non rabidi, & tandem rabidi & furiosi constituit. In Cap. VI in specie de Rabie & Hydrophobia agit, quæstionem insimul movens, num solus canis eadem laboret, & an illa semper a canis morfu dependeat? ad quam pro negativa rationes atque autoritates adducit. In Cap. VII aliquot quæstiones Medico-Forenses proponit, quarum I est: an ille, qui blasphemiam, homicidium, vel aliud grave delictum commisit,

misit, ex ea ratione, quod ante illud patratum facinus a cane vel alio animali rabido demorsus fuerit, defendendus atque a poena ordinaria liberandus sit? II An si homo hominem morfu adeo lædat, ut pessima inde symptomata & mors subsequantur, ordinaria ille poena sit afficiendus? III An ex præsentia spumæ in aut circa os infantis recens nati infallibile signum, quod foetus iste extra uterum vixerit atque suffocatus fuerit, desumi queat? Circa quam ultimam quæstionem Autor Clarissimus monet, spumam quidem de foetus vita testari, non tamen certo declarare, num hic extra uterum vixerit, nec ullam suffocationis signum præbere. Ceterum moneamus, Cl. Autorem nunc in eo esse, ut Chylologiam Medico-Historicam edat, in qua de fame canina, pica, nausea, alitia, œsophago, ventriculo, excrementis aliisque argumentis homogeneis docte & curiose agat.

**G. J. 'S GRAVESANDE PHILOSOPHIÆ**  
*Newtonianæ Institutiones in usus Academicos.*

Lugduni Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1723, 12.

Plag. 19 Tabb. æn. 17.

**E**Didit A. 1720 & 1721 Cl. Autor Physices Elementa Mathematica experimentis confirmata, quorum Tomum priorem in Actis A. 1720 p. 220 & seqq. posteriorem vero in Actis anni superioris p. 20 & seqq. commendavimus. In iis cum experimenta, quibus propositiones probantur aut illustrantur, tum machinas ad ea rite instituendum necessarias describit, ut auditores tanto rectius repeterent, quæ coram viderant. Enimvero cum intelligeret, gratius fore auditoribus, si minori forma excusa prostarent; eorum commodis velificaturus eadem recudi curavit, varia tamen mutatione facta. Experimentorum scilicet descriptionem, perinde ac machinarum, prorsus omisit, quæ serviunt propositionibus confirmandis aliunde jam demonstratis: illorum vero, quibus ad naturæ leges spectantia deteguntur, ea tantum memorat, quæ ad deductas inde conclusiones intelligendum necessaria. Varia etiam mutavit & plurimarum propositionum in majori libro tantum indicatarum aut experi-



mentis confirmatarum demonstrationes adjecit. Imprimis misfam fecit communem virium mensuram per factum ex massa in celeritatem, *Leibnitianam* amplexus, quæ eas facit ut factum ex massa in quadratum celeritatis. Quamvis vero ea in re a *Newtono* discedat, Philosophiam tamen, quam hoc libro complexus est, *Newtonianam* appellare non dubitavit, quia præcipua ejus pars inventis *Newtoni* debeatur, atque Vir hic summus primus fuerit, qui, rejectis omnibus hypothesebus, ex folis phænomenis conclusiones deduxerit: ceteros enim viros præclaros, qui ante eum tale quid fecisse dicantur, methodum istam non adeo caste observasse, quemadmodum fecerit *Newtonus*, sed passim hypothesebus locum concessisse.

Herrn Mariotte Grundlehren der Hydrostatick und  
Hydraulick &c.

h. e.

**MARIOTTI PRINCIPIA HYDROSTATICA  
& hydraulica, ex Gallico idiomate in Germanicum  
translata & annotationibus illustrata a D. JOANNE  
CHRISTOPHORO MEINIGIO.**

Lipfiz, apud Joannis Friderici Braunii hæredes, 1723, 8.

Alph. 1 plag. 5 $\frac{1}{2}$ .

**P**Principia hæc hydrostatica & hydraulica sunt versio Germanica Tractatus Cel. *Mariotti* de motu aquarum, qui prolixè recensetur Tom. I Supplement. Sect. 3 p. 151 & seqq. & inter opera in Batavia A. 1717 recusa, atque in Actis ejusdem anni p. 145 & seqq. commendata legitur. Versiõnem adornavit Cl. *Meinigius*, Juris Doctor & in studiis Mathematicis ac Physicis probe versatus, eamque nomini celeberrimi J. B. *Menckeni* nostri inscripsit, gratulaturus eidem de novo dignitatis gradu Consilarii Aulici, ad quem eum Potentissimus Poloniarum Rex nuperrime eveerat ob singularia in Academiam nostram & universam Remp. literariam merita. Adjecit Cl. Interpres scholia nonnulla, quale est, quod diversam a sententia Autoris de origine fontium hypothesein

pothesin continet. Assignat ipse causam fontium spiritum vitalem in aere residentem, qui elementa cetera pervadat & in iis generationes perficiat. Hunc spiritum producere fontes, ut cetera omnia, miscendo inter se modo convenienti elementa in loco commodo. Eum constare ex omnibus elementis & luce, & permeare terram, ubi in semen universale omnium rerum convertatur tanquam in sua matrice, abiens in humorem vaporosum, antequam generationes & productiones naturales incipiat.

*EXCERPTA EX LITERIS ANDREÆ GABRIELIS DUHRII Holmiæ d. 17 April A. 1723  
ad Collectores Actor. Er. datis de insigni  
invento mechanico.*

**A**Nte plures annos inveni artificium aqua stagnante omnis generis machinas singulari cum lucro agitandi. Inter varios modos idem obtinendi applicatione æquilibrii, virium centrifugarum & gravitatis aquæ utor, ope duarum rotarum horizontaliter positarum, quarum una aquam ejicit, altera impellit tanta copia & eo impetu, ut convenienti excepta modo ad desideratam altitudinem ascendens in descensu agitet multas rotas aquarias ac earum duas vehementissimo motui rotarum circa axes suos horizontaliter positarum conservando destinatas. Si Deus vitam concefferit, plenam horum omnium & delineationem, & descriptionem demonstrationibus firmatam transmittam, totius Europæ eruditissimis Societatibus ac omnibus Mathematicis illustribus inventum hoc dedicaturus. Eruditorum enim virorum gratia omni præmio major mihi est; & jam Holmiæ in patria mea omnem inventi rationem in publicum protuli, præmiis omnibus postpositis, cum videam, quam e re humanæ Societatis fit huic perficiendo strenuam navare operam.

*Probamus Viri Clarissimi publico inserviendi studium, a lucro alienum, eumque publico nomine hortamur, ut promissum quantum adimpleat.*

ACTA ERUDITORUM  
LES PRINCIPES DE LA FORTIFICATION  
moderne.

h. e.

PRINCIPIA ARCHITECTURÆ MILITARI  
modernæ exemplis illustrata, quibus eorundem cogni-  
tio facilitatur & tyrones ad praxin manuducuntur, Au-  
tore HARTMANNO, Directore Academiæ militaris  
Sacrae Cæsareæ & Catholicæ Majestatis.

Bruxellis, apud Simonem T' Serstevens, 1722, 8.

Plag. 19 Tabb. æn. 9.

**P**ER Architecturam militarem modernam Cl. Autor eam in-  
telligit, quæ nititur principiis a *Vaubanio & Cæbornio* sta-  
bilitis. Cum enim doctoris munere fungatur in Academia mili-  
tari Cæsarea, quæ Bruxellis floret; ea tyronibus artis principia  
tradi consultum fuerat, quæ hodie usu potissimum recepta sunt.  
C. 1 igitur declarat singulas partes, quæ in munimentis obvia  
sunt, præsertim juxta formas *Vaubanianam & Cæbornianam*,  
suppositis terminis Architecturæ militaris, quos non explicat, ubi  
multa annotantur ad praxin utilia. C. 2 exemplo ostendit, quo-  
modo muniendus sit locus ad fluvium situs juxta principia mo-  
derna. Supponit autem, fluvium mediam trajicere urbem, ut  
locus continua declivitate utatur, & figuram esse octogonum re-  
gulare. C. 3 praxin offensivam & defensivam describit ad octo-  
gonum istud facientem, ubi singula minutim persequitur, quæ  
cum ab hoste in obsidione, tum ab obsessis in defensione fieri de-  
bent. C. 4 eandem praxin alia adhuc ratione exerceri posse circa  
idem octogonum monstrat. C. 5 alterum exemplum exhibet lo-  
ci, cujus horizon viginti pedibus elevatur supra ordinariam a-  
quæ libellam, quam æstivo tempore obtinet. Huc enim respici-  
endum esse contendit *Cæbornius*, quod norunt architecturæ mi-  
litaris periti. Supponit figuram heptagonum regulare. C. 6 pra-  
xin offensivam & defensivam describit huic heptagono conve-  
nientem. C. 7 sequitur exemplum tertium loci, qui ultra libel-  
lam aquæ ordinariam tribus pedibus elevatur & montibus undi-  
quaque cingitur. C. 8 praxis offensiva & defensiva huic muni-  
mento

mento applicata delineatur, & tandem C. 9 singularia adduntur, quæ observanda veniunt, ubi heptagonum duplici fossa circumdatur, altera quidem sicca, altera vero aquis repleta. Vix habemus librum, in quo praxis offensiva & defensiva tam sollicitè describatur, prout ab Autore factum est. Colophonis loco adjicitur Exercitatio Mathematica de trigonometria & logarithmis, in qua quædam problemata per Algebram solvuntur.

**JO. CHRISTOPH. COLERI ANALECTA**  
ad BURCH. GOTTH. STRUVII *Introductionem in Notitiam rei literariæ; accedit de præsentis rei literariæ statu Dissertatio.*

Jenæ, apud Ern. Cläud. Baillar, 1723, 8.

Plag. 14.

**E**Xhibet Cl. Autor ex prælectionibus suis Vitembergæ olim habitis & additiones, & emendationes haud paucas ad Introductionem Struvianam, ejusque Supplementa. Seligamus specimenis loco nonnulla exempla. Sic p. 5 emendatur error Cl. Struvii, qui Polymathiam Wowerianam Basileæ A. 1603 ex Frobeniana editam putarat, recusam Lipsiæ A. 1655. Utrumque falsum esse docet Noster. Non enim Basileæ, sed Hamburgi prodiit liber ille Wowerii, & sine dubio decepti Struvium nomen Frobenii, unde Basileenses Frobenios confudit cum Georgio Ludovico Frobenio, bibliopola Hamburgensi. Lipsiensis autem editio per Jacob. Thomafium non A. 1655 sed 1665 prodiit. Sed neque in eo assentitur Struvio, quod Woverius Naturalismi cujusdam ex Polymathia sua accusari possit, quorum complures autores advocat, eosdemque Celeberr. Struvio opponit. P. 76 emendat complura *παρορμήματα* Struvii circa Lambecianos de Vindobonensi bibliotheca Commentarios. P. 155 ejusdem insignem notat errorem, quo dixerat, Buchnerum edicurasse Bibliographiam politicam Naudæanam Wittenbergæ A. 1636. Dicendum enim erat: A. 1641. Constat namque, Buchnerum jam A. 1661 mortuum esse. Interim idem error occurrit quoque in Struvii Bibl. Juris Selecta p. 569. De personati Marvillii vero nomine docet p. 157, non Abbatem esse de

Garence,

Garence, secundum Struvium, sed Dom. Bonaventuram d' Ar-  
gonne, Priorem Carthusianorum in Gallia, idque ex Petri Bælii  
Epistolis Selectis confirmat. Eundem in modum p. 173 monet,  
autorem vitæ Hobbesii non Bathurstium, ex sententia Cl. Stru-  
vii, & B. Kortholti, aliorumque, sed Richard. Blackburnium es-  
se, & vocari. Ex Cl. Heumanno autem p. 174, quicquid de So-  
cietate Abbreviatorum Rom. literaria scripserat Struvius, emen-  
dat. Omittimus alias hujus generis emendationes Autoris no-  
stri, in quibus tamen nunquam modestiam desideres, & candore-  
rem, sigillatim ubi singulis fere paginis de librorum a Cl. Struvio  
allegatorum editionibus rectiora docet. Aperit quoque ingenue  
fontes, unde vel hauserit sua Struvius, vel haurire possint plura  
alii. Judicia autem & censuras Struvianas subinde vel emollit,  
& temperat, vel modestissime emendat. Sic p. 12 de celeberr.  
D. V. E. Lœscheri Arcanis, & Conatibus literariis Cl. Struvium  
paulo iniquius censuisse, monet, idemque a doctissimo Lilien-  
thalio jam monitum esse, significat. De Sammarthani Elogiis,  
quæ novissime denuo edidit Heumannus, Reimmannum non  
minus, quam Struvium, sensisse paullo tenuius, p. 140 ostendit.  
Poireti librum de Eruditione solida &c. non mereri a Cl. Struvio  
Tractatum optimum vocari, ex ipso C. Thomasio, & Titii Arte  
Cogitandi, asserit. Juntas autem librorum editiones, a Græ-  
vio magno in pretio habitas, frustra a Struvio contemni, p. 179  
submonet. De variis ex historia literaria recentissima additioni-  
bus nihil attinet dicere. Postremo Autor in subjuncta de præsentis  
rei literariæ statu Dissertatione, postquam omnem fere Euro-  
pam literatam excusserat, in eam tandem concedit sententiam,  
utut multo emendatior cultiorque sit rei literariæ status hodi-  
ernus, nondum tamen aureum, quod nonnulli venditant, li-  
teratum sæculum decurrere cœpisse. Ceterum ab Autore præ-  
ter alia propediem expectamus ipsius Introductionem  
ad Historiam literariam recen-  
tissimam.

---

*Prodiit nuper Supplem. Tomi VIII Sectio VI.*

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Septembris Anno M DCC XXIII.*

**CORPUS HISTORICUM MEDII ÆVI,**  
*sive Scriptores, res in Orbe universo, præcipue in Ger-*  
*mania, a temporibus maxime Caroli M. Imp. usque ad*  
*finem Seculi post C. N. XV gestas enarrantes aut illu-*  
*strantes, e variis codicibus MSS. per multos annos*  
*collecti & nunc primum editi a JO.*

**GEORGIO ECCARDO.**

*Tomus I.*

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii B. Fil. 1723, f.  
Alph. 12 pl. 8.

**D**UOS simul nuper justos Tomos Scriptorum mediæ ævi, Germaniæ imprimis Historiam concernentium, qui hætenus maximam partem in MStis latuere, vel certe non ita integre lucem adspexerunt, prodidit Vir de re historica & antiquitatibus Germaniæ ac Franciæ immortaliter meritus, *Johannes Georgius Eccardus*; e quibus primum nunc paulisper perlustrabimus. Complectitur is scripta XXV, in quibus *primo* loco exhibentur *Fasti Consulares*, e Bibliotheca Cæsarea descripti, quibus olim Cuspinianus in suis *Fastis* conficiendis usus. Etsi enim jam Norisius eos operi *de Epocha Syro-Maced.* subjunxisset, attamen cum is multa ex ingenio emendaverit, nec continuationem ex eodem Codice addiderit, Noster & ita putavit edendos, ut scripti erant, & reliqua quoque usque ad A. 407 vulganda. Observat vero, cum in Codice legatur pro Flacco, Calvo & Pato *Fleco, Celvo & Pato*, inde patere,

Bbb

Ro-

Romanos *a* ad sonum *e* olim pronuntiasse, atque alibi notat, *n* cum *u* sæpius commisceri, ac nomina quoque abbreviari, & pro Albino & Emiliano legi *Bino* & *Miliano*. II *Catalogus Præfectorum Urbis* ab A. 254 per integrum Sæculum, ex eodem Codice, & Autore, ut Noster credit, eodem. III *Deposito Martyrum & Episcoporum* ab anno circiter 269 ad 352, quæ pariter, uti IV *Catalogus Pontificum Rom.* V *Catalogus Imp. Rom.* & VI *Consulum Rom. Catalogus* (cui VII alius *Consulum Catalogus* ad A. 534 excurrens subjungitur) ex eodem illo Codice deprompta. VIII *Erchemperti Historia Longobardorum Beneventi*, quem librum, etsi jam ab Ant. Caracciolo Neap. 1626, 4 & emendatius a Camillo Peregrino ib. 1643, 4 editum, ob insignem raritatem, collata utraque editione, hic recudit Noster, simulque conjectat, Erchempertum hunc paulo post A. 888 decessisse. IX *Alpertus de diversitate temporum*, e membrana Sæculi XI, quo libro Autor de rebus *diversis* in Lotharingia maxime & Belgio inde a morte Ottonis III Imp. ad A. 1018 gestis breviter, sed non sine fructu Lectorum, tradit. X *Annalista Saxo ab initio Regni Francorum usque ad A. 1139*, opus diu desideratum, quod primus detexit Ferdinandus Furstenbergius Ep. Monast. & Paderb. & *Magdeburgicum Chronicon* nuncupavit, quo nomine & aliis, quanquam immerito, venit. Noster ergo cum Leibnitio, (qui operis editionem ipsi commendavit,) Annalistam Saxonem vocat Autorem, immo annales hos exquisitis argumentis *Eggebar-do Vragiensi Abbati* vindicat. XI *Chronica regia Coloniensis*, quæ a Coloniensibus S. Pantaleonis monachis, diversa quidem pro varia ætate ratione, nunc brevius (orditur vero ab O. C.) nunc fusius, ut a Friderico Barbarossa ad A. 1162, quo finitur, ex ipso illo Annalista Saxone aliisque compilata & a Conrado Urspergenfi prope ad verbum descripta est, nisi quod is omissis Archiepisc. Colon. Würzburgicor. Episc. seriem exhibeat, nec ultimam operis partem vidisse videatur. Deprompta est e membrana, quæ olim M. Freheri fuit, nunc vero in Guelferbyтана exstat. XII *Ejusdem Chronici Versio*, dialecto Coloniensi instituta, ab Henrico Aucupe ad Friderici Imp. destructionem Mediolani, quam a Gerardo a Maastricht, Syndico Bremensi, liberaliter

communicatam, uti Germanicæ linguæ antiquitatum studiosis gratam futuram sperat, ita Interpretem noui diffitetur subinde hallucinatum esse, ut, ubi Noricum *Normandien*, & Alemanniam, seu Sueviam *Duytschland* transtulit. XIII *Annales Bosuonenses*, ab A. 1125 ad A. 1198, e Codice membranaceo Cizæ in bibliotheca Episcopali exstante descripti, prætermillis iis, quæ annum 1125 in Codice antecedunt, quæque sub nomine Abbatis Ursperg. dudum prostant. XIV *Gesta Friderici II Imp. ejusque filiorum Conradi & Manfredi Regum*, ex Ughelli Italia: S. Tomo IX, unde paucissimis innotuerant, descripta. XV *Ricobaldi Ferrariensis Historia Imp. Rom. Germ. a Carolo M. ad A. 1298*, & XVI *Ej. Historia Pontif. Rom. a Petro ad Bonifacium VIII*, ab alio Autore ad Johannem XXIII continuata; utraque e majori ejus opere historico, *Pomerium* seu *Pomarium* incripto, quod, initio ab O. C. factum, sex partibus divisum, in Guelferbytana inter Codices Scriverianos exstat, decerpta. Quibus addit Noster, XVII ejusdem *Ricobaldi Compilationem Chronologicam*, ad A. 1312 productam, quam, etsi in Codice Berolinensi Regio, unde transcripta, nomen ejus non præferat, ipsi tamen hic non fidei argumentis asserit, simulque observat, *Joh. Philippum de Lignamine, Messanensem, Equitem Siculum & Typographum Romanum, Sixti IV summi Pont. familiarem*, in *Chronico*, Romæ 1474 parum caste edito, *Compilationem* hanc secutum, additque XVIII ejusdem *Phil. de Lignamine Continuationem* hujus Chronici ab A. 1316 ad A. 1469, ubi notatum dignum putat, Philippum hunc, & ipsum Typographum, inventionem Typographiæ Jacobo Guttenbergio ejusque adjutori Fausto circa A. 1459 ascribere, illucque patria Argentinensem facere, sed Moguntia: degentem. XIX *Chronicon*, quod *Lunenburgicum* Noster inde vocat, quod tractum illum, ut & vicinos Venedos, imprimis concernat, lingua Saxonica tempore interregni scriptum, & e membrana Bibl. Gothanæ productum, quod etsi, ut pleraque alia, ab O. C. incipit, Noster tamen ea tantum, quæ a tempore Caroli M. ad Wilhelmi Hollandici electionem, in qua finitur, gesta sunt, descripsit. In eo citata *Chronica Wilhelmi de Regione Trans-Albina* inter deperdita habet. XX *Martini Poloni Continuatione*



usque ad A. 1343, e membrana Weissenburgenſi Bibl. Guelferbytanæ de prompta, & *Auſtriaca* a Noſtro dicta, quoniam in ditionibus Auſtriacis, Germaniæ & Italiæ conterminis, vixiſſe videatur. Qua occasione ſimul de patria Martini, Oppavia Sileſiæ, quæ aliquando Poloniæ computabatur, deque aliis, quæ ad vitam ejus & diverſas ipſius Chronici editiones ſpectant, accurate agit, & Jacobi Echardi Diſſertationem de ſcriptis Vincentii Bellovac. ubi p. 600 ſq. pluribus de his agatur, commendat. XXI *Alia continuatio Martini*, cui, vitam tantum Honorii IV complexæ, ſtatim ſubjiciuntur *Theodorici de Niem Vita Pontificum Rom. a Nicolao IV* uſque ad *Urbanum V*, cum *Anonymi continuatio ad A. 1418*, e Codd. Jenenſi, Guelferbytano aliisque, collatis ſimul variis Lectionibus. XXII *Martini Minorita Flores temporum*, ab O. C. ad A. 1290, ab *Hermannio Januenſi* continuati uſque ad *Carolus IV Imp.* ſeu ad A. 1345. Eſſi vero cuncta ſub Martini nomine in Codice exſtent, certo tamen evincit *Celeb. Eccardus*, eum non ultra A. 1290 progreſſum, cetera vero omnino conſentire cum iis, quæ in Hermannii Chronico poſt illum annum legantur; hunc vero plagii accuſat, quippe qui Martinum in antecedentibus pæne ad verbum exſcripſerit, quemadmodum ex apographo Hermannii, quod e Bibliotheca Mallencrotiana ad Noſtrum pervenit, patet. Male quoque Hermannum *Ædituum* vulgo citari probat a *Centur. Magdeb. Mart. Cruſio* aliisque, qui nomen *Januenſis*, quod patriam Genuam notat, pro *Janitore* ſeu *Ædituo* interpretati ſint. XXIII *Martini Fuldenſis Chronici*, quod quidem a C. N. incipit, quodque Noſter in Hanoverana Eccleſiæ S. *Ægidii* Bibliotheca eruit, pars, qua res ab A. 716, ubi Bonifacii Germanorum Apoſtoli & Cœnobii Fuldenſis Fundatoris fit mentio, ad A. 1379 imprimis in *Boconia, Haſſia & Franconia geſtæ* non negligenter deſcribuntur. XXIV *Johannis Vitodurani Chronicon*, cujus initium tantum e Bibl. Bremenſi reliquiisque Goldaſti naſtus *Lebnitius* *Accessionibus Hiſtoricis* inferuit, nunc integre a *Friderico II Imp.* ad A. 1348 editum, e codice ex Helvetia delato. Quem autorem & pleraque ex Chronicis hætenus ineditis, & a viris fide dignis relata accepiſſe, & ab A. 1330 ſibi ipſi nota ſcribere, obſervat.

XXV *Andrea Ratisbonensis*, cujus jam pridem de Principibus terræ Bavarorum Chronicon prostat, *Chronicon universale*, a C. N. a Jo. Chraft, Prædicatore Cambensi, interpolatum & ad A. 1490 continuatum, quod Noster, quoniam Chraftius utrumque *Martinum, Polonum & Minoritam*, immiscuerat, ita e Codice Bibl. Johanneæ Hamburgensis descripsit, ut rursus ea, quæ Andream autorem non habent, diligenter separaverit. In singulis exacte secutus est Cl. Editor Codices, ita ut nunquam ingenio indulserit, sed ea loca, in quibus veterum amanuensium negligentia sensus sibi non omnino constat, stellula notasse satis habuerit. Ceterum spem facit in Præfatione, aliquid fortasse de re Diplomatica Germanorum offerendi Eruditis, quod ab aliis frustra hactenus expectarint. Aliunde quoque accepimus, eum tertium Corporis hujus Historici Tomum prelo paratum habere, qui ut prodeat propediem, serio optamus. De Tomo altero, qui non minus curiosa scripta, imprimisque Codicem Udalricianum, hactenus desideratissimum, complectitur, proxime dicemus.

THE HISTORY OF THE LIFE AND REIGN  
of Queen Anne; by Mr. A. BOYER.

i. e.

A. BOYERI HISTORIA VITÆ ET REG-  
ginis REGINÆ ANNÆ, nummis &  
figuris illustrata.

Londini, apud W. Taylor, W. & J. Innys & al. 1722, f.  
Alph. 8 pl. 20 Tabb. æn. 7.

CL. Autor, *Historia Wilhelmi III, & Annalibus Anne*, per annorum intervalla editis, illustris, novam hic eamque justam Annæ Reginæ Historiam prodit, cujus in præfatione abunde docet, quam probe perspectas habeat scribendæ Historiæ leges. Imprimis vero memor moniti St. Evremondii, qui Historiam Angliæ scripturum ad res, quæ in publico Regni Senatu, *Parliamentum* vocant, gestæ, præcipue advertere jubet, non tantum ea quæ domi & in aula, ac foris in bello prudenter & fortiter acta, verum & maxime, quæ in Parliamentis a Regina, Ministris

- aliisque Proceribus, quorum simul characteres depingit, & partium studia evolvit, publice vel proposita, vel ultro citroque perorata aut decreta fuere, accurate describit. Prolixum foret ferriem rerum percerere: itaque quæ vel obiter librum lustrantibus memoratu digna obvenere, pauca memorabimus. Dum characterem Noster repræsentat *Johannis Churchill Comitis de Marlborough*, in quo moderationem insignem cum fortitudine junctam miratur, Wilhelmum III M. Brit. Regem pulcre de eo judicasse censet, quod *frigidissimo capite, corde sit ferventissimo*, simulque notat, eum tum veteris tum nostræ ætatis heroibus anteponendum, quod nec urbem ullam obsidione cinxerit, quam non occupaverit, nec pugnam inierit, e qua non discesserit victor.
- p. 17. *Caroli R. Hisp. nunc Imp. Augusti constantiam extollit, qui cum inter sævas tempestates, quæ ex Anglia in Lusitaniam solventi A. 1704 mense Januario objiciebantur, in aprica nave stans, admoneretur ab Archithalasso, ut sibi parceret seque intra tuguria reciperet, nequaquam id committam, inquit, quin ipse testis ero tot laborum atque molestiarum, quas pro salute mea sustinetis.* De Marlboroughio, a Regina ad Regem Sueciæ A. 1707 in Saxoniam missio, aperte tradit, eum Pipero, Ministro Regis Sueciæ primicerio, centum millia Guineensium obrulisse, si suas apud Regem partes sequeretur, quæ majoris fuerint apud illum ponderis, quam totidem Ludoviciani aurei. Quæ de *Henrici Sacheverelli* caractere, gestis & scriptis a p. 406 ad p. 446 afferuntur, legi merentur apud Autorem. A. 1711 tantus in Scotia Jacobitarum fuisse fertur proventus, ut nec Ducissa Gordonia, Romanis sacris addicta, Facultati Advocatorum Edinburgensi nummum argenteum, nec valore, nec raritate commendabilem, in cujus altera parte facies Jacobi, quem Tertium aliqui vocant, cum verbis: CUJUS EST? in altera Magna Britannia Geographice delineata, cum lemmate; REDDITE, conspiciebatur, dono palam offerre, nec illi accipere eundem ac publicas referre grates fuerint veriti. Decessit Regina A. 1714 d. 31 Aug. cum paucis ante diebus male habere cœpisset: cujus characterem dum eleganter exprimit, rarasque & eximias virtutes prædicat Noster, non dissimulat tamen, eam familiarius, quam Regi-
- 102.
- 298.
- 511.
- 715.
- 716.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 383

Reginam deceret, cum iis versatam, qui corporis ipsius curam habebant, quorum adeo artibus factum sit, ut abdicatis, quorum consilio & prudentia res antehac bene gestæ fuerant, publica causa non nihil postremis regiminis ejus annis passa sit. Succedunt apud Nostrum nummi in honorem Reginz cusi XXIV, ad veterum morem compositi, quibus ultimo loco subjiciuntur allegorici III, quorum postremum hic tantum producemus. Nimirum cum Regina in adlocutione ad Regni Senatam A. 1703 d. 9 Nov. ingens exposuisset desiderium, ut populus integra pace ac unione frueretur, nummus cusus est, hic caput Reginz, cum nomine ac titulo, illic catenam cordium repræsentans, ad modum aurei periscelidis effictam, cujus in superiori parte cor radiatum imposita corona conspicuum: in medio catenz legatur: **QVIS SEPARABIT, in circo vero: UNITED BY GOD IN LOVE AND INTEREST, seu: amore & mutuis commodis a Deo unita.** His subjicitur Appendix monumentorum notata digniorum; cui accessere denique Annales insigniorum Virorum ac Fœminarum, qui Anna Regina regnante diem supremum in Anglia obierunt, e quibus operæ pretium fuerit hoc loco eruditos quosdam fama & scriptis illustres vel breviter commemorare. A. 1702 d. 7 Mart. *Wilb. Charleton*, Museo curioso & rei nummariz scientia clarus, decessit; d. 8 Apr. *Thomas Gale*, Doctor Theol. vir in literis Græcis, Historia & antiquitate versatissimus, qui cum scholæ S. Pauli Londini per 25 annos præfuisset, Decanatum Ecclesiæ Metropolitan. Eboracensis A. 1697 nactus est; d. 4 Nov. *Eduardus Sberburn*, Equ. qui multis versionibus inclytus, ad Romana sacra descendit sub Carolo II. A. 1703 mense Febr. *Thomas Hyde*, D. Th. & Hebr. Linguz Prof. scriptis de relig. vet. Pers. aliisque celebris; d. 3 Mart. *Robertus Hooke*, Geometriæ Prof. & Societ. Regiæ Lond. Soc. qui penduli in horologiis inventor perhibetur, & varia scripta prodidit; d. 9 Aug. *Carolus de St. Denis, Dn. de St. Evremond*, e vetusta Normannorum familia oriundus, qui cum insignem in bello virtutem Condzo, Turenno, Crequio aliisque probasset, demum, postquam Mazarini ad Pyrenzos montes acta acerbiori epistola perstrinxisset, Galliam linquere coactus,

p. 722.

34.

35.

36.

- P. 37. coactus, paucis annis Hagæ Com. hæsit, tandemque a Carolo II in Angliam vocatus, & moribus & scriptis omnium favorem meruit; d. 27 Sept. *Johannes Wallisus*, Mathematicus celeberrimus. A. 1704 d. 21 Nov. *Johannes Lockius*, Vir non mediocri fortunæ, sed ingenii majoris, qui, etsi in intima Philosophiæ penetralia pervasisset, simul tamen & aulæ ita accommodatus erat, ut Secretarii bellici atque inde Commissarii commerciorum munus magna cum laude sustinuerit, quo demum A. 1698 ob infirmam valetudinem abdicato, ad otium secessit; d. 12 Dec.
38. *Rogerus l' Estrate*, qui sub Carolo I, Cromwellio & sequentibus Regibus variam sortem expertus, politicis nonnullis scriptis, & imprimis versionibus, ut *Æsopi fabulis*, *Josephi operibus*, *Senecæ moralibus* &c. inclaruit. A. 1706 d. 27 Febr.
41. *Johannes Evelyn*, qui inter primos Regiæ Societatis Socios, ac postea inter sigilli Secretioris Commissarios receptus fuit, ac scripta non contemnenda Anglice edidit, quamvis Latinis plerumque titulis impositis, ut *Sylva*, *Kalendarium hortense*, *Sculptura*, *Terra*, *Numismata*, *Acetaria* &c. anno ætatis 84 decessit; sub auspiciis Junii *Francisc. Fuller*, *Medic. Gymnastica* autor; d. 9 Nov.
42. *Petrus Mew*, Episc. Vincestriensis, anno æt. 89, qui & olim pro Carolo I arma gesserat, & non minori virtute jam Episcopus causam Jacobi II egit adversus Monmuthium. A. 1707 d. 2 Mart. *Jacobus Drake*, Reg. Societ. & Coll. Medic. Socius, *Mercurio politico*, quo mortem sibi quodammodo conscivit, aliisque ejus generis scriptis, sed & *Anatomia*, quam reliquit, illustris; d. 1 Jun.
43. *Simon Patrick*, Episcopus Eliensis, Commentarii in V. T. autor gravissimus; d. 18 ej. *Wilhelmus Sberlock*, Decanus ad D. Pauli, anno æt. 67, Meditationibus de morte, & aliis scriptis notus; d. 23 ej.
44. *Johannes Millius*, anno æt. 63, Novi Test. editione, quam paucis ante obitum diebus absolvit, immortale nomen adeptus. A. 1708 d. 5 Mart. *Wilhelmus Beveridge* seu *Beveregius*, Episc. Afaphensis, anno æt. 71, eloquentia sacra & scriptis commendabilis; mense Aprili *Humphredus Ridley*, D. Med. & R. S. Soc. autor libri, quem *Anatomiam cerebri* inscripsit; d.
45. 12 Oct. *David Gregorius*, Aberdoniæ in Scotia natus, Prof. Math. primum Edinburgi, post Oxonii, *Astronomiæ systemate* aliisque scriptis

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 385

scriptis celebriſſis A. 1709 M. Julio *Eduardus Llyyd*, Muſæi  
 Aſhmoleani, quod Oxonii eſt, cuſtos, qui variis itineribus ad eru-  
 endas Britanniarum antiquitates deſunctus, *Archæologiam Britanni-*  
*cam, Gloſſographiam, & alia*, quæ eruditis in pretio ſunt, edidit:  
 A. 1710 d. 8 Mart. *Wilhelmus Cuperus*, Chirurgus, cujus nota  
 ſatis *Anatomia*; vergente M. Aprili *Samuel Collins*, ſcriptis Ana-  
 tomicis, duobus in fol. Voluminibus editis, non minus nobilis;  
 d. 14 Nov. *Ezechieſ Spanbemiſ*, anno æt. 81, de quo nihil quam  
 pauca dicere præſtat. A. 1711 M. Junio *Henricus Dodwellus*, de  
 quo alibi; d. 3 Nov. *Jo. Erneſtus Grabius*, de quo dum agit  
 Noſter, obſervat, Whiſtonum alicubi aſſeruiſſe, quaſi e Grabio  
 didicerit, Conſtitutionum Apoſtolicarum, quas Arianismo fa-  
 vere putat, genuinos adhuc codices exſtare, verum Grabium  
 duobus ante obitum menſibus, ſingulari libello edito: *an Eſſay*  
*upon two Arabick MSpts &c.* contrarium probaſſe. A. 1712 d.  
 20 Jul. *Jonathan Edwards*, Collegii Jeſu, quod Oxonii eſt, præ-  
 ſectus, polemicis ſcriptis contra Socinianos alioſque vulgatis in-  
 clytus. A. 1713 d. 20 Maji *Thomas Sprat*, Epicoſopus Roſſen-  
 ſis, anno æt. circiter 77, quem eſſi Autor ſæpius vacillaſſe, &  
 nunc huic, nunc illi parti, prout commodum viſum, adhæſiſſe  
 non diffiteatur, neutiſquam tamen expolitæ plurimum & ad pu-  
 ritatem redactæ linguæ Anglicæ laude privandum putat, eoſque  
 ad ejuſ *Hiſtoriam Societatis Regiæ, vitam Coulei* ejuſ operibus  
 præmiſſam, aliaque, tum & poemata, quæ *de Cromwellio & de*  
*peſte Athenienſi* reliquit, provocat; ſimulque obſervat, *Atterbu-*  
*rium*, Decanum tunc Collegii Ædis Chriſti Oxon. ejuſ in Epi-  
 ſcopatu Succeſſorem conſtitutum; d. 7 Jul. *Henricus Compton*,  
 Epicoſ. Oxon. poſt Londin. anno æt. 81, cujuſ hiſtoriam prolixè  
 exponit Noſter virtutesque plurimum extollit; d. 4 Aug. *Wil-*  
*helmus Cave*, Canonicus Vindeſorienſis, cujuſ mentionem ſæ-  
 pius non ſine laude in hiſ Actis fecimus.

p: 48.

52.

53.

55.

58.

59.

61.

THE HISTORY AND ANTIQUITIES OF  
 Glaſtonbury.

i. e.

Ccc

HISTO.

ACTA ERUDITORUM  
**HISTORIA ET ANTIQUITATES GLA-**  
*stonienses, cum Præfatione THOMÆ*  
**HEARNII.**

Oxonii, e Theatro Sheldon. 1722, 8.

Alph. 1 pl. 5.

**Q**uanto fervore plerique, literarum etiam rudes, histori-  
 am Antiquitatis Ecclesiæ suæ, Matris præsertim, inve-  
 stigant, æmulatione quodammodo Gentium, quæ Antiquita-  
 tem vera majorem sæpe mentiuntur; tanto contra contemptu  
 & negligentia Ecclesias fatis adversis olim destructas profe-  
 quuntur. Magna quondam Glastoniensis Ecclesiæ fuit autori-  
 tas, ad quam velut ad locum sacratissimum conveniebant plures,  
 tributarios ejusdem semet professi, ut exuvias corporis aliquando  
 ibi ponerent, quibus accessere monumenta, & solertiæ artificium  
 & memoriæ majorum conservandæ ergo commendanda. Permo-  
 vit ea res Virum vanæ gloriolæ haud cupidum, ut Epitomen hanc  
 historiæ Glastoniensis Hearnio traderet interpolandam, typis que  
 vulgandam, nomine quidem Autoris celato, qui religioni tamen  
 duxit, quicquam immutare, quæque eo spectare videbantur, in  
 Appendice potius congestit, vel Præfationi subinde interruit. Pri-  
 mo igitur loco sese offert Anonymi *historia Glastoniensis*, ex Auto-  
 ribus fide dignis collecta. Josephum Arimathia oriundum ferunt  
 cum fociis ad oras Angliæ delatum, incolas primum Christianam  
 fidem docuisse, quibus Rex Arviragus cesserit Avollania insula,  
 a malorum abundantia sic vocata, ut vitæ necessaria sibi inde  
 compararent. Haud procul ab ista ædificarunt advenæ Domum  
 Abbatiz postmodum destinata, eidemque monitu, ut fertur,  
 Gabrielis Archangeli junxerunt Edem B. M. V. dicatum; his  
 duo addiderunt Oratoria S. Phaganus & Damianus sub Rege Lu-  
 cio Christiana dogmata propagantes, qui 12 Viros sanctitate vi-  
 tæ conspicuos ad peragenda officia divina in Insulam illam able-  
 garunt. Eorum successores ut simul sub uno tecto sive in cœno-  
 bio

P. 6.

8.

13.

P. 14.

bio habitarent, permovit S. Patricius; postea S. David Ædem dilatavit, pretiosis rebus ornata; Arthurus Rex autem gravi vulnere accepto huc delatus insignem terrarum tractum eidem addixit. Hinc crevit indies cœnobium, ut 100 ferme monachi istud inhabitarent, & locus sepulturæ destinatus ob Sanctorum ibi humatorum copiam *Cœmeterium Sanctum*, & Abbatia *Roma secunda* vocaretur. Dona deinde certatim huc contulere Reges Kenwalchus, Kentwynus, Kenwalla, & imprimis Ina, qui, ædificiis quarta vice restauratis, redivitibus etiam atque ornamentis insigniter auctis, in diplomate eandem *Ecclesiam Britannia primam, & fontem & originem totius Religionis* appellat; ut plures inferioris sortis & sexus benefactores nunc taceamus. Danis ingruentibus desertum hoc cœnobium, sed Edmundi Regis benignitate a S. Dunstano restitutum est, inductis primum Monachis Benedictinis, quos postea Edwinus Rex, Dunstano infensus, loco cedere coegit, brevi post R. Edgari favore pristinam sedem recuperantes, & eximiis juribus donatos. Verum Wilhelmus Conqueror non tantum pluribus terris Monasterium privavit, sed & imposito eidem Abbate Turstino, homine prodigo, vi militum prorptus fere ad incitas redegit. Pleraque in meliorem formam reducta sunt industria Herluini Abbatis, atque successoris Henrici, nepotis Henrici I, & fratris Stephani, Regum. Imperante Henrico II feralis flamma monasterium consumpsit, ipsius tamen pietate restauratum, juribus omnibus denuo firmatis. Richardus I, e Palæstina redux, cum aliquandiu captivus detineretur, libertati demum restitutus est, ea inter alia conditione, ut Savaricum, Henrici VI Imperatoris cognatum, Episcopatu Wellarum, juncta Glastonii Abbatia, præficeret. Sterit promissis Richardus, quantum in ipso fuit, sed restitere monachi tanta animorum contentione, ut post plures annos, acceptis aliis quibusdam prædiis, Præsules Wellani juri suo renunciarent. Ingenti terræ motu anno 1276 conquassabatur monasterium, pristino tamen nitore jam restitutum videbatur, cum sub Henrico VIII tristioribus fati succumberet, Abbate Whitingo vel ob recusatum Suprematus juramentum, vel ob divortium Regis improbatum

19.

21.

25.

27.

29.

32.

35.

40.

43.

45.

46.

48.



- tum, una cum duobus monachis, e furca suspenso; quorum corpora in 4 partes dissecta; reliquis Rex potestate in fecit vitæ monasticæ deferendæ. Maria quidem regnante Monachi, ut in integrum restituerentur, fuerunt solliciti, spe tamen sua frustrati. Reditus annui hujus Abbatæ quondam æstimabantur 3508 libris Sterlinorum. Hinc sistitur *Descriptio reliquiarum diruti hujus ædificii, ut & Archi-Episcoporum & Episcoporum ex hoc Cænobio ad tantam dignitatem evektorum; Catalogus Abbatum ex Willisti Conspectu Abbatiarum insularum*, alletis in margine notis Anonymi, unde summa illorum dignitas potest colligi, quandoquidem in Superiori Senatu ordinum Regni assederunt. Sequitur *brevis Descriptio urbis Glasloniæ, & Spina miranda*, quæ ex baculo S. Josephi, in terram hic defixo, progerminans, circa tempora Nativitatis Christi efflorescere solebat, turbidis Caroli I temporibus excisa; ut & *Nucis* ibidem quondam conspicuæ, cujus folia festo Barnabæ demum protuberabant. Appendicis loco *Documenta*, fidem dictorum firmantia, subjunguntur, ex quibus *Vitam Regis Arthuri*, a fabulis plurimis purgatam, paucis hic sistimus. Patre natus Utero Pendagno, matre Igea, Ducis Cornubiæ filia, hæreditario quasi jure cum Saxonibus bellavit, Lothone simul Pictorum & Gowrano Scotorum Regibus ex illorum parte stantibus, quos supplementis militum licet auctos, 12 præliis fortissime vicit. Inde Galliam petiit, Mordredo Lothonis filio cuncta committens; qui jure paterno nifus, regno inhiabat, calumniarum in Arthurum artifex. Arthurus autem prælio victor, confosso Mordredo, faucibus ipse vulneribus, Morganæ cognatæ cura in Abbatiam Glasloniensem deductus, vitam cum morte commutavit. Obitus illius diu occultatus, ne Britanni perterrefacti animum desponderent; corpus vero, in sepulchrum 16 pedibus altum, ut ab injuria Saxonum esset tutius, defossum, sub Henrico II tandem est detectum: & ab Eduardo I ossa summo cum honore in Templum translata, sub Henrico VIII autem plane sunt dissipata. Hisce de suo *Hearnus addidit fundationem & Statuta Cantariæ Sheringtonianæ in Ecclesia Cathedrali divi Pauli Londini, sive pro anima*
- P. 53.
- 55.
- 81.
- 85.
- 98.
- 100.
- 109.
- 112.
- 114.
- 145.
- 161.

anima Walteri Sherington, de A. 1457; <i>D. Plori Epistolam de Sitomago</i> , vel <i>Sinomago</i> , hodie <i>Thetford</i> , cujus nomen indicare videtur vadum, seu urbem a colonia Sitonum e Scandinavia, vel Sinonum sive Senonum ex Gallia huc delata munitam; <i>Oliverii Matthæi descriptionem Sallopæ</i> , a salicum copia sic vocatæ; <i>Ejusdem Epistolam de Antiquitate Bristolii</i> , quod a Brenno, Britannica gente oriundo, Romanorum flagello, fundatum putat; <i>Ejusdem Epitomen Chronicorum</i> , de antiquissima Urbe <i>Caerfouse</i> , aliisque, ubi Monumentum Lapideum, <i>Stonehangs</i> Anglis dictum, ob crudelem Saxonum in Britannos perfidiam, erectum fuisse traditur: <i>Notata ex Actis Ædis Thatchamianæ</i> , aliarumque; <i>Excerptum e Thomæ Gascoigne Dictionario Theol.</i> unde liquet, Joannem de Gawnt lue venerea extinctum; <i>Indicem librorum</i> , quos <i>Joannes de Bruges</i> , monachus, scripsit ad usum <i>Ecclesiæ Conventriensis</i> , cum recensione aliquot terrarum ac Ecclesiarum, ab Ecclesia Conventriensi alienatarum; <i>Excerpta ex Bakeri Epistolis de Capellano Universitatis Oxoniensis</i> , & de solenni ejusdem Universitatis Benefactorum commemoratione; <i>Episcopi Goodmanni &amp; Ashmolinii narrationem de Spina Glastoniensis</i> ; <i>Excerptum ex Bakeri Epistola de Abbatibus quibusdam Glastoniensibus</i> , & de constructionibus quorundam monasteriorum, ut & ex literis <i>Thorpii de Sberingtoniensi Bibliotheca</i> , <i>Capella</i> , & <i>Cæmeterio</i> ; <i>Formulam antiquam nuptiarum in partibus Angliæ occidentalibus</i> , quæ Ecclesiæ <i>Herefordiensi</i> in ritibus Ecclesiasticis ordine sunt usæ, celebrandi; <i>Chartam Prioris Pogbleyensis</i> , qua <i>Elia Bagenorio</i> Tenementum concessit; aliamque, qua <i>Joannes Hyde</i> ejusdem <i>Conventus Senescallus</i> constituitur.	p. 227. 237. 244. 249. 261. 272. 290. 291. 295. 301. 303. 307. 309. 326. 328.
---	---

EXPLICATION DE LA CARTE HISTORIQUE de la France & de l'Angleterre, it. Spiegazione della Carta Istoria dell' Italia, & di una parte della Germania.

i. e.

Ccc 3

EXPLI.

**EXPLICATIO MAPPARUM HISTORICARUM IV, quibus historia Franciæ, Magnæ Britanniæ, Italiæ ac partis Germaniæ illustratur, dedicata Papæ INNOCENTIO XIII ab HIERONYMO ANDREA MARTIGNONIO, Mediolanensi.**

Romæ, apud Ant. Rossum, 1721, 4 maj.

Alph. 3 pl. 1 cum mapp. maj. 4 & min. 2.

**S**ummum momentum in historia & ad cognitionem status ac conditionis cujusque regni omnium maxime faciens esse notitiam ortus, augmenti, decrementi, translationis regnorum, partiumque, ex quibus componuntur, & in quas resoluta fuerunt, itemque jurium, quibus hæ mutationes nituntur; & hanc scientiam, ni fallimur, majorem præstare usum Politico, quam historiam factorum particularium, morum, factorumque hominum, interque eos Principum virorum, quæ ad Ethicum potius usum accommodantur, nemo facile inficias ibit. Partem itaque hanc historiæ excoli, & faciliorem captuique etiam juventutis adeo accommodatiorem reddi, apprime conducere, facile patet. Idque est institutum Autoris nostri in hoc libro, sed modus, quo utitur, plane singularis. Imitandos quidem se sibi quodammodo proposuisse profitetur illos, qui stellis figuras animalium tribuerunt, cælorum motum per circulos explicant, per figuras arborum genealogiam, simulacris arborum & curruum Logicæ & Metaphysicæ quasdam partes, imo ipsam Theologiam symbolis circulorum, quadratorum, triangulorum adumbrare præsumferunt; adeoque juvandæ imaginationis causa omnia illa momenta historica per fluvios, fluviorumque augmenta, eorumque decursum in mare, repræsentare annis est. Prima ejus parte, quæ Gallico idiomate concepta, regnum Magnæ Britanniæ & Galliæ explicat, secunda parte, in qua Italico sermone utitur, fusius Italiam, brevius Germaniam illustrat; præmittitur ubique descriptio Geographica, dein historia subjungitur, & quidem, quantum ad Galliam & Germaniam, primo univerforum regnorum, deinde & provinciarum sive

pria-

principatum, ex quibus constantur. Sic in Gallia regno agitur non solum de statu ejus sub Romanis, sed & sub regnis Francorum, Britannorum, Burgundionum & Visigothorum, in Gallia quondam sedes habentium, dein de statu ejus a temporibus Caroli M. ad Caroli Calvi usque tempora, deumque usque ad nostra; præterea de statu familiarum regiarum sive terrarum ipsis attributarum, sensimque iterum ad unum principalem raram devolutarum, aliorumque principatum, qui pari forte fere omnes ad patrimonium regium redierunt, Lotharingia, nimirum Arvernica, Borbonii, Albretani, Britannica, Burgundica, Guiennica, Normannica Ducatum, Tolosa & Provincia Comitatum, regni Navarrae &c. exponitur. In Italia tractatione quarumlibet fere celebriorum urbium & rerum publicarum, tum & principatum, & Magnatum, qui nunc actu in eadem rerum potiuntur, historiae explicantur. Similisque est processus in Germanica descriptione. Quantum ad ipsa momenta, primordia cujusque statuum horum, finis vel interitus, aut insertio in alium majorem, jacturae, vel imminutiones, quas passi sunt, incrementa, quibus aucti, duratio & ætas, vel chronologica determinatio annorum & seculorum, modus vel jus acquirendi, dignitas, sive præeminentia &c. hæc, inquam, momenta perspicuo, quamvis brevi discursu quovis horum articulorum explicantur; fontes, qui citantur in margine, sunt *Morerius*, *Mezerajus*, *Vallemont*, *Hofmannus*, *Spenerus* aliique. Sufficere hæc potuissent pro notitia sic satis accurata hujus Geographicae historicae, verum, uti dictum, Autor huic discursui figuras sive mappas suas maximo quidem labore accommodavit, ut singula hæc per signa varia quali legi & oculis usurpari valeant. Artificium primum consistit in eo, quod regna integra, quæ ortum habere statuit ex Romanam imperii veteris vasto oceano, tanquam mare aliquod, vel sinus maris prægradis repræsentantur, provinciæ vero inde separatae vel per divisionem regnorum &c. ortæ per ramos, in quos fluvius principalis vel sinus iste major dispescitur, depinguntur: dein modus translationis vel junctionis horum operationis imperialis, regalis, matrimoniorum, divisionis, donationis, venditionis, testamenti, successionis, matriculae & feminæ,

ninz, belli, pactorum, permutationis, deditiois, confiscationis devolutionisque per peculiaria signa adscripta seorsim indicantur. Nos, etsi non omnium omnino (alia enim aliorum est ratio) imaginationi consultum fore his inventis veremur, non defuturos tamen speramus, quibus ea magnopere arrideant.

*HISTORIA PHILOSOPHICA DOCTRINE de Ideis, qua tum veterum, imprimis Græcorum, tum recentiorum Philosophorum placita enarrantur.*

Augustæ Vindelic. ap. Dav. Mentz & Jac. Meyer, 1723, 8.  
Alph. I pl. I.

**A**utor, licet nomen suum subscribere noluerit, ejus tamen non obscura prodidit indicia, dum & initiales literarum notas J. B. A. V. præfamini apposuit, & p. 32 a se elaboratam fatetur disquisitionem de Pyrrhonis contra Sophistas studio, Miscellan. Lips. T. V p. 236 insertam, quæ *Jacobi Bruckeri*, Augustani, nomen ibi præfert, tum & p. 282 ad meditationem suam philosophicam de falsa virtute provocat. Hujus operis primam lineam olim jam in celeberrimo quodam Athenæo dederat, quas ut studiose exasciaret, Jac. Thomasi monito, qui paucos esse censebat, qui mentem Platonis de ideis recte assequantur, licet frequentes circumferantur omnium ore, incitabatur. Omittenda igitur sibi, quæ alias in historia philosophica de fatibus Autorum, vitæ periodo, anno nativitatis aut emortuali scrupulose disputantur, & rei ipsius potius rationem habendam esse censuit, sperans alios quoque suis conatibus inductum iri, ut in reliquis Philosophiæ partibus eadem via & methodo versentur, quo melior atque Philosophorum usui magis adaptata Philosophiæ historia aliquando inde enascatur. Nec laude institutum caret, cum pauci admodum ita, ut Noster, mentem Platonis de Idea ipsis Philosophi verbis expresserint, & invito plerique tribuant, quæ a nugacibus nonnullis in ipsum Commentatoribus efficta sunt. Eo tamen proposito lectoribus suis ex ipso fonte propinandi Autorum, Platonis maxime, mentem, impeditus non fuit, quin referre aliorum quoque a se dissen-

dissentientium opinione, nec ingrati forte rem lectori fecit inferendo p. 78 hinc Commentariis suis excerpta ex rarissimis Scipionis Agnelli Dissertationibus de Ideis Venet. 1615 in quarta, ut vocant, forma impressis, aliisque de philosophica historia non obviis passim opusculis. Ipsum argumentum tribus sectionibus complexus, monstrat fata idearum tum antiquissimis Græcorum temporibus tum & Latinorum scholasticorum & nostra demum ætate. Ideæ vox jam a veteribus vel logico vel physico sensu accepta. Plato, ut Heraclito, asserenti, non esse rerum sensibilem certa ac stabilia principia, sed perpetuo omnia fluxu agitari, quem nequicquam ab errore hoc absolvere molitus est Patrius, eo fortius se opponeret, physico sensu pro universalibus rerum propriisque principiis, pro substantiis intellectualibus & rerum creaturarum exemplaribus ideas introducebat. Et licet facundus alias iste Græcæ Philof. vel quod disciplinæ & methodo esotericæ assuetus, vel eloquentiæ ac poeticiæ verborum elegantie studio, imo forte deamatæ a se methodi vitio differendi de rebus per quæstiones anfractuofas, de ideis admodum obscure locutus sit, quantum tamen ejus mentem divinare licet, materiam quidem errore cum reliquis Philosophis communi, quem frustra nonnulli abstergere conati sunt, arbitrio Dei eximebat, supremum tamen Numen universum hoc creans atque adamans, adeoque ideas producens, tanquam substantias per se existentes, ad quarum exemplar mundi molem conderet atque exornaret, statuebat. Hasce ideas ab intellectu divino omnino distinguebat, reputans illas pro exemplaribus mundi ornandi, & principio materiæ non opposito sed subordinato, quo caliginem offudit nonnullis, conquerentibus, Platonem modo duo principia, Deum & Materiam, modo tria, Deum, Materiam & Ideas asseruisse. Cum vero ideæ omnium rerum principia in ejus schola constituent, notitiam illarum apprime commendabat, ut homo, in corpus & materiæ carcerem detrusus, & notionum ejusmodi divinarum prope expers, philosophia obstetricante, ad earundem scientiam jugiter revocaretur: licet Plato sui quandoque oblitus in castra Aristotelis transeat, scientias nostras menti non impressas esse sed omnes studio acquiri professus. Equidem nunquam

negavit, mentem humanam abstractione, compositione & ratiocinatione ideas assequi, verum has tanquam sensibiles, umbratiles atque superficiarias, quæ haud veram ac solidam æternorum scientiam gignant, ut illæ intelligibiles, animo veritatis cupido imprimis necessariæ, spernebat. Aristoteles hiatus doctrinæ Platonice de æternis ideis callide animadvertens, formarum quidem contemplationem retinebat, sed animam cum tabula nuda comparando eas materię immerfas atque obscurius involutas cenfebatur, & maximam partem Platonice de ideis doctrinæ prorsus proscribebat. Animus præterea Aristoteli erat non de æterna rerum essentia & natura philosophari, sed ut loquaci Græciæ, res ipsas haud curanti, modo philosophorum discipuli copiose de quovis proposito argumento in utramque partem differere valerent, eo felicius se suaque accommodaret, pro vario loquendi modo terminorum potius usum quam idearum & rerum cognitionem respiciens, res philosophicas certas in classes digerebat. Cynici, ut Logicam & Physicam parum curabant, doctrinam quoque de ideis vel negligebant vel irridebant. Stoici vero, ipso Aristotele rectius philosophaturi, ne quidem ut ille formas & ideas materię involutas admittebant, sed pro meris rerum in animo nostro notionibus atque impressæ intelligentiæ signis h. e. pro entibus rationis atque nudis animi nostri conceptibus habebant. Epicurus formas & substantias in Physica retinebat, in Logica vero operationi sensuum ideas tribuebat ac pro veri criterio amplexabatur. Romani novam philosophiæ sectam haud stabilivere, sed Græcis, alii quidem Aristoteli, alii Platoni, aut Scepticis, plurimi Stoicis adhæserunt. Christianorum plurimi in paganorum scholis educati, cum verborum aliquam cum sacris veritatibus convenientiam deprehenderent, Platonica dogmata Christianæ religionis capitibus imprudenter inserebant. Quid Justinus Martyr, quid Clemens Alexandrinus & Augustinus humani hac in re passi sint, plures jam ostenderunt: longe vero gravissimos in errores prolapsi sunt Synesius atque Dionysius Areopagita, quos Cl. Autor hic prolixius excerpt. Patrum oscitantia eo magis hac in re miranda est, quod multi eorum facile agnoscerent suis temporibus, plurimas hæreses maxi-

me ex Platonica de ideis doctrina enatas fuisse. Cum post Boethii Peripatetici tempora Aristoteles, antea non intellectus & neglectus, majoris fieri inciperet, Scholastici & Græcæ linguæ, cujus facundia Plato commendatur, ignari, & Platoni, quod Mysticis videretur favere, infensi, presso pede Aristotelem seu ea potius quæ ab Arabibus doctoribus de illo acceperant, sequebantur. Licet vero cuncti fere in ejus verba jurassent, adeo ut Porphyrius sub initium Commentationum suarum in Aristotelem prudenter simulando dixerit, se de universalibus & lite circa ista inter Aristotelem & Platonem non acturum; nonnulli tamen disputabant, an res universalibus præexisterent, seu, quod eodem redit, an universalia nuda sint nomina. Sec. XI Joh. Ruvelinus, Britannus, in Gallia bonas artes docens, pro meris nominibus universalibus diserte venditabat, quod post ipsum discipulus Petrus Abælardus omni dialecticorum argumentorum vi propugnabat. Et licet post fata hujus extincta Nominalium Secta videretur, seculo tamen XIV Guil. Occamus, idem Britannus, in Galliam post turbas in Oxoniensi Academia excitatas eiectus, collapsas ejus sectæ res restituebat, ornabat & maximum illis incrementum dabat. Verum a Galliæ Rege Ludovico XI una cum discipulis regio edicto hæresin anno 1473 ejurare coactus, & Gallia pulsus, scholas in Germania, quam longe magis pronam in sententiam suam experiebatur, erigebat. Dissidebant verorum Nominales tum Reales ipsi inter se multum, unde nostro tempore lites de ipsorum opinionibus ortæ sunt, factumque, ut alii Rabbini & Cabbalisticis, alii Spinosa Nominales compararent. Nostra denique ætate, rejectis e philosophia non sine murmure nonnullorum formis substantialibus, omnis de ideis doctrina ad rationalem philosophiam est revocata, licet Christianus Thomassius primam quoque mentis operationem, quæ de idearum apprehensione simplici agit, ex Logica proscribere molitus sit. In eo consentiunt recentiores, sensus suppeditare intellectui occasionem ideas concipiendi, sed quale aut quod sit principium earum formans, & quomodo nascantur, prolixa est disputatio. Alii mentem formare ideas & percipere occasione quorundam cerebri motuum asserunt, quam sententiam inter alios Roellius, Leibn-



trios, Arnaldus, diversis singuli suffulti rationibus, diversaque explicandi methode, tuebantur. Deo hanc idearum productionem alii tribuunt, ii imprimis, qui causarum occasionalium systema nostra mente moliti sunt. Poiretus sententiam ex diversis aliorum opinionibus velut constatam adoptavit. Prolixè imprimis controversiæ locum dedit Malebranchius, dum hominem omnia in Deo videre, & ideas nonnisi ex commercio cum ipso Deo habere asseruit, impugnatus propterea ab Arnaldo, ut vel ex his Actis A. 1684 abunde constat, aliisque plurimis. Ill. Leibnitiu sperendam non esse Malebranchii sententiam censebat, si suppleantur in ea quædam, nempe ut præter id, quod in Deo videmus, dicatur, nos quoque habere proprias ideas, sive affectiones mentis nostræ, respondentes ei ipsi quod in Deo percipimus, de quo proluxius agit in his Actis anno 1684 p. 541. Magna quoque contentione, an dentur ideæ innatæ, inde disputatum est. Cum enim Løckius magno eruditionis apparatu illas profligare instituisset, ipsumque multi sequerentur, Theologi eandem, quatenus potentiam hominis propinquam certis veritatibus assentiendi significant, masculè vindicarunt. Controversiæ historiam, cui Cartesius occasionem dederat, ideam Dei innatam pro existentia summi Numinis probanda adhibens, proluxius Autor exponit, quocum forte conferri possent, quæ Petrus Bælius tum in Commentar. de Cometis tum in Respons. ad Quæst. Provincialis doctè disseruit. Porro de simplicibus ideis & compositis, de veritate & falsitate earundem agitur, exposita una lite inter Turretinum & Pfaffium nuper agitata, an credenda necessario debeant intelligi, nec ne, & ad calcem denique libri de ideis, quas Philosophi puras vocant, disquiritur.

**JOH. MARCKII COMPENDIUM THEOLOGICÆ Christianæ didascalico - elenchticum.**

*Editio tertia varie emendata*

*& aucta.*

Amstelædami, ap. R. & G. Wetstenios, 1722, 4.

Alph. 4 pl. II.

Com:

**C**ompendium hoc Theologiæ Christianæ, quod prima vice A. 1686, 8 Groningæ, & altera vice Amstelodami A. 1690, 4 cum decem centuriis positionum theologiarum editum, & in Belgicum idioma translatum est, cujus etiam brevior medulla Latine & Belgice aliquoties prodiit, jam tertia vice recensum, in Acta quoque nostra referre nulli dubitamus, qui Autoris longe celeberrimi scripta exegetica quam plurima debita cum elogiis recensuimus. Institutum vero, usum & ordinem hujus operis, in quo universa doctrina Christiana, ex sententia ecclesiæ Reformatæ, capitibus XXXIV traditur & propugnatur, cum jam dudum eruditorum manibus volvatur, merito prætermittimus; nec positiones theologicas, huic quoque editioni, ut disputationibus, domesticis non solum, sed & publicis inservirent, annexas, moramur; sed tantummodo, quid in nova hac editione præstitum sit, ex brevi monitione Autoris ad lectorem heic paucis repetemus. Videlicet primum errata typographica, ab Herm. Wilh. Matthæo annotata, in hac editione emendata, vel, quod Autor facile prævidit, cum aliis commutata sunt: deinde multis in locis voces & phrasas, ut sensus clarior vel plenior, redderetur, sese leviter immutasse; & in paucis etiam, ubi post diligentiorum inquisitionem de rebus ipsis nunc aliter statuit, quam quidem antea, sententiam quoque mutasse, Autor ipsemet testatur: porro novi errores, in Belgio orti, suis locis sunt inserti, & denique, ut proveciores ad reliqua ejus scripta, in præmissis exegetica, evolventa perducantur, ex ipsius Historia Paradisi, Commentariis Biblicis, & Exercitationibus Academicis, quarum jam quinque exstant partes, & sexta heic in indice promittitur, omnia illa loca, quæ ad theses hujus compendii vel illustrandas, vel plenius cognoscendas referri poterant, ad singulos fere paragraphos magno cum studio allegantur.

**JOH. ABRAH. KROMAYERI, ECCLES.**  
*Obrdruffensis Pastoris, Comitatus Gleichensis superioris  
 Superint. & Consistorii Asses. Instructio de Elencho  
 morali homiletico.*

Erfurti, apud Hieron. Philipp. Ritschelium, 1722, 8.  
Pl. 22.

**S**pecialiffimam artis oratoriz sacre partem, de redarguendis peccatis & peccatoribus, in concionibus ad populum magna cum circumfpectione adhibendam, maxime reverendus Autor in IV disputationibus synodalibus, cum VIII Ministerii Ohrdruffensis membris sibi ventilandam selegit, & in hac instructione IX capitibus copiose, solide & perspicue exposuit, singulas theses, quibus dicenda comprehendit, dictis & exemplis Scripturaz, nec non testimoniis prazstantissimorum Theologorum confirmans, illustransque. Etenim cap. I elenchi moralis homiletici, ab elencho doctrinali, itemque ab epanorthosi & dehortatione distinguendi, denominationem, indolem & affectiones; Cap. II causam efficientem, & primariam, & secundariam; Cap. III causam impulsivam internam & externam, atque occasionem; Cap. IV causam finalem; Cap. V objectum, & reale, quod est peccatum in quo vis statu vel ordine commissum aut omis- sum; & personale, quod in generale, speciale & specialiffimum dispescit; Cap. VI formam, sive modum; Cap. VII effectum bonum malumque, & denique Cap. VIII & IX requisita & opposita, qua exercitium, quave modum, distincte recenset. Et sane vel ex ipsis titulis satis apparet, omnibus oratoribus sacris ap- prime utile esse hoc opusculum, quod in redarguendis vitiis, & corripiendis peccatoribus, nimiam & audaciam sive temerita- tem, & lenitatem atque timiditatem fugere; e contrario veram prudentiam cum *παύσησις* conjungere docet. Przeterea varias exhibet observationes philologicas; ex. gr. ad Gen. VI, 3, ad quem locum adversus Clericum prolixè disputatur: & imprimis practicas, dum ad quzstiones, circa elenchum moralem hodie potiffimum controversas, diserte respondetur; ex. gr. an in gene- ralibus sit subsistendum? an privata admonitio semper prazcede- re debeat? quod utrumque negatur: item an salarium denega- tum ex suggestu postulari, & propria causa pro concione agi possit? an peccatorem ita describere liceat, ut quilibet statim in- telligat, quis arguatur &c. quz posteriora certis sub conditioni- bus affirmantur. Præ cæteris ponderari merentur, quz de sum-  
mo

p. 15 sqq.

78.

81.

96.

183.

p. 133 sqq.

no Magistratu publice corripiendo præcipiuntur; ubi sententia affirmativa quam plurimis argumentis confirmatur, & a politicorum negativam tuentium objectionibus vindicatur, quaque e- lenchus contra Magistratum adhiberi possit & debeat ratione, præscribitur. Idem cum nuper in oratione solenni, A. 1721 Groningæ habita, & Amstelodami impressa, negaverit celeberrimus Jo. Barbeyracius, integram hanc orationem de magistratu non traducendo Instructioni huic Autor noster subjunxit & in notis additis, multa *ἀουλοποιίας* dici, nonnulla etiam esse *ἀπεγοδιόυσα*, strictim indicavit. Sed quid verbis opus est? Medico & chirurgo facile carere possemus, si morbi & vulnera mortem & tristitia quævis non minarentur: hisce vero ingravescentibus, illorum opera, modo providenter adhibeatur, utut nauseam pariat & dolorem, pro beneficio reputanda est, quisquis etiam malo repellendo laboret. Idem de elencho morali, sobrie riteque adhibito, judicandum putamus.

MISCELLANEA GRÆCORUM ALIQUOT  
*Scriptorum Carmina, cum Versione Latina  
 & Notis.*

Londini, Typis Guil. Bowyer, 1722, 4 max.  
 Alph. 1 plag. 3.

**V**C. Michael Maittaire, qui nuper lepidum *Batrachomyomachia* poemation edidit, *Miscellanea* hæc Græcorum Carmina collegit. Cum enim videret, multa hujus generis breviter pleraque sed elegantia opuscula diversis in locis disiecta, reperta rara, aut non nisi maximo pretio redimenda, operæ pretium futurum ratus est, si talia in unum corpus colligeret, studiosisque in manus traderet. Primitias autem hanc Collectionem esse vpluit, quas sequeretur, si placuerint, uberior messis. Utile erit, quæ hoc Volumine contineantur, ordine enarrare. Leguntur itaque I *Mercurii Trismegisti* seu *Orphei Prognostica de Terra motibus*, quæ Græcæ Epigrammatum Anthologiae solent subjungî, cum Interpretatione Jani Antonii Baifii. II *Magorum, qui a Zoroastre prodire, Oracula*, quæ tum alibi, tum ab Ob-  
 σορσο

fopæo in sua Sibyllinorum Oraculorum Sylloge edita fuit, cum Verſione Federici Morelli. III *Ariphronis Sicyonii Pean*, ſeu *Canticum in Sanitatem*, quod nobis ſervavit Athenæus in ſine Deipnoſoph. libr. 15. Excuſum etiam cum duobus Orphei in Eandem ac Æſculapiam Hymnis Paris 1615 Fed. Morellus Anapæſticis numeris expreſſit. IV *Procli Lycii Philoſophi Hymni in Solem, Muſas & Venerem*, quos ad calcem Orphicorum emiſit Aldus Venet. A. 1517: adduntur Hymnorum in Solem & Muſas interpretationes Fed. Morelli & Godofr. Olearii; Hymnorum in Venerem Verſio Hug. Grotii. V *Ariſtoteliſ Carmen in virtutem*, eodem Grotio interprete. Servavere illud Diogenes Laertius in vita Philoſophi, & Athenæus Deipnoſ. libr. 15; inſertum etiam Lyricorum, Stobæi aliorumque librorum editionibus, quas enumerat Cl. Editor in Notis pag. 162 ſq. VI *Homeri Hymnus in Apollinem*, cum Verſione F. Morelli: quem recte Homero adſcribi, vel Thucydidiſ autoritas evincat, qui ſub ejus nomine tredecim ex eo verſus citat & enarrat. Sed Cl. Maittaire alias rationes addidit in Not. p. 165 ſq. VII *Inſcriptio Triopii Fundi ab Herode Attico conſecrati*, cum interpretatione Fed. Morelli & Cl. Salmaſii. VIII *Dedicatio ſtatue Regille*, eodem Salmaſio interprete. Utramque inſcriptionem notis Salmaſii explicatas Lutetiz Paris. A. 1619 editas eſſe, notum eſt. Cl. etiam Editor ex Caſauboni & Salmaſii obſervationibus excerptas notas adjecit pag. 174, eaque occasione in vetuſtiſſimam Inſcriptionem Sigæam, quam nuper erudite illuſtraverat Cl. Chiſhullius, quædam adnotavit, pag. 180 ſqq. VIII *Theodori Prodromi Exulans Amicitia*, recentius dramatiſ, ad calcem Stobæi editionum, quas Conradus Geſnerus curavit (cujus & hic verſio adſicitur) adjectum; ſeparatim etiam excuſum A. 1549. IX *Plocbiri Michaeliſ Poematiſ dramaticum de Fortuna & Muſis*, cum interpretatione Morelli, qui opuſculum iſtud vulgaverat Lutetiz 1593 & 1598. Hæc ſunt ſcripta omnia, quæ opus hoc miſcellaneum complectitur. Excipiunt a pag. 129 notæ Cl. Editoriſ, in quibus nihil ſingulare aut reconditæ doctri-næ latet, utpote quas ipſe in ſumma feſtinatione adjectas eſſe fatetur. Inſeruit tamen hic illic aut Scholia priſca, aut obſervationes & verſiones

nes virorum doctorum, aut denique alia quædam opuscula, ut sunt *Virgilio Pollio* Ecloga græce versa, *Orphei Hymni duo* in Hygieam & Æsculapium, & quædam alia. Ipse vero studiose semper adnotat voces rariores, & imprimis in Glossariis aut plane prætermittas, aut *αἰδῆσπότες*: quarum ingens hic comparet numerus. Comparat etiam scriptores bene multos Græcos & Latinos, eaque diligentia, quæ a festinatione alioquin solet esse aliena.

ANDRÆ CHRISTOPH. SCHNEYDERI  
*Processus Juris Judicii Provincialis  
 Sueviæ.*

Ulmæ, sumtu Dan. Bartholomæi, 1723, 4.

Alph. 2 pl. 19.

DE juribus in Svevia receptis ante quadriennium, & quod excurrit, commentatus est D. Jo. Kauffmann, J. C. us & Imper. Monast. Elching. Consil. dominique ac subditi conditionem ad usum istius provinciæ tractatu singulari evoluit. Nihil præter normam Judiciorum Suevicorum in eo desideraveris, cum tamen multa processum judicii provincialis Sueviæ comitentur, quæ & scitu digna, & differentiarum forensium doctrinæ haud levi subsidio esse possunt. Theoriam & Praxin Suevici juris conjunxit præsentis libri Latino idiomate conscripti Autor, atque principiis ordinationis patriæ, legum civilium ac Canoniarum, Imperii & Cameræ sanctionibus insistens, ex Autoribus Praxeos insignioribus processum hunc laboriose compilavit. Missis, quæ ex jure communi satis perspecta sunt, singularia saltem Judicii Provincialis recensebimus. Tribus classibus absolvitur opus, ordine ex triplicis instantiæ judiciaræ natura petito. Prima instantiam citationis ponderat, atque, dum vulgares judiciorum divisiones repetit, mentionem peculiarem judicii de moribus, sui & turpis, injicit. Judicium de moribus, *das Ebegericht*, cum mores honestiore vocabulo conjugum vitia J. C. tis exprimant, facto inter illos divortio, in multis civitatibus mixtis, præsertim Ulmæ, singulis mensibus statuitur; Judicium suum, per ironi-

p. 13.

am *das Bayerische Gericht* vocatum, ultimam potissimum voluntatem refert; turpe Judicium famosam in delinquentes statuit sententiam, uti non raro Cicero ingratos libertos turpi judicio condemnatos ficit. Provinciale Sueviæ Judicium in Imperiali civitate Ravenspurgenfi, judice, aut ejus vices gerente, vulgo *Stadthalter*, & sex ad minimum Assessoribus, publice in foro scamnis infidentibus, ita aperitur, ut, prævia ipsius de inchoando processu & ad nunciorum supremum *dem Land-Gerichts Oberbothen Sc. Gefell-Einzieher* directa quæstione, querelæ oblatæ prælegantur; quo facto ad curiam itur, positiones accipiuntur, causæ cognitio amico suffragio instituitur, sententiæ palam, convocatis per inferiorem Assessorem partibus, publicatur. Jure Suevi utuntur scripto & non scripto. Illius partem primam facit Ordinatio Judicii Provincialis, *des freyen Kayserlichen Land-Gerichts in Oberrn-und Niederrn-Schwaben Ordnung*, quæ Ferdinandeis auspiciis A. 1562 promulgata, A. 1618 Oeniponti publici juris facta, & a Maximiliano tunc Austriæ Archiduce confirmata fuit. Juris non scripti nomine Suevis, ut aliis gentibus, consuetudo, observantia, curiæque stylus & præjudicium venit. Utriusque legis normam accommodat controversiis Judicii hujus Provincialis præses, *der Land-Richter*, Catholicus, & a Sereniss. Domo Austriaca præsentandus, licet ejus delegatus, *der Stadthalter*, alternative modo Catholicus modo Evangelicus eligatur. Judicis jurisdictio ultra Danubium, usque ad Ducatum Wurtembergicum, pontem civitatis Reutlenfis, Tachemium ad Grifones, versus Constantiam & Stockachium, & quousque districtus Sueviæ patet, se extendit, & nonnunquam privata est, interdum concurrens. Partes & Procuratores juramentum calumniæ generale præstant, quod ab Advocatis, quorum subscriptio nec in Memorialibus nec in positionibus desideratur, haud exigitur. Litigandi pruritus æque ac temeritas condemnatione in expensas, & multa aliquot Marcarum auri puri vel argenti arbitraria coercetur. Assessores hujus tribunalis, *die Beysitzer, Urtheil-Sprecher*, legum periti a Consulibus Senatoribusque trium civitatum Imperialium Ravenspurgenfis, Wangen-  
 sis, Ymenfis, ut & a præfecto ac Senatu oppidi Altorfensis præ-  
 sentan-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 403

sentantur, & præstito Sacramento recipiuntur duodecim, quorum sex Catholicæ religioni, sex Augustanæ addicti sunt confessioni. Quibus accedit Cancellariæ Secretarius, *der Land-Gerichts-Schreiber*, cujus locum occupat Archigrammateus ordinarius istius civitatis, in qua Judicium provinciale statuitur, jurejurando ad officii normam a Judice obstringendus. Procuratores in judicio hoc constituti aut constituendi a iudice illius, Magistratu loci frustra reluctante, cooptantur, mandatoque vel judiciali, quod vocant *an Hand und Stab des Land-Richters übergeben*, vel extrajudiciali juxta formulam præscriptam instructi comparent, atque recessus suos ex protocollo, quo singuli instructi esse debent, distincte ad calamum Secretarii referunt, adversario protinus transmittunt, & sportulas statim post acceptationem positionum receptori exsolvunt. Honorarium octo crucigerorum ipsis, juxta taxam, singulis Judicii provincialis factis diebus, a cliente solvitur, licet dimidio contenti esse jubeantur, quoties plurium patrocinium in una causa simul susceperint. Ex eorum numero fiscalis eligitur, fidelem officii administrationem jurato spondens, salariumque a sportularum receptore nanciscens. Nuncios itidem iudex constituit, quibus pro citatione unaquaque, habita milliarium ratione, quinque nummorum asses solvuntur. Citationum vero triplex datur differentia; Citatio simplex, *die gemeine Ladung*, reo ante determinatum judicium trium dierum tempore insinuat; Charta citato trium mensium spatium concedit; Denunciatio *die Verkündung* quatuordecim dies indulget. Citatis hoc modo partibus tres indulgentur dilationes, quarum prima & secunda dilatoria, tertia peremptoria est, ut tamen pro impedimentorum justitia ulteriores quoque non denegari soleant. Actor aut illius procurator comparens nullam de perseverando in lite satisfactionem præstat, reus vero de judicio sibi saltem cavet; emanentis actoris contumacia accusatur, reusque ab instantia judiciali absolvitur. Quod si vero contigerit, reum legitime citatum contumacem esse, actor in actione reali instituta se in rei possessionem mitti petit, atque si, proclamato facto, tribus juridicis elapsis, non comparuerit, ad pœnam banni proceditur. Iudex tunc sceptrum judiciale manibus

P. 66.

85.

99.

112.

154.

159.

175.

180.

200

203.



- tenens bannum pronunciat, a quo reus, perfoluta ejus taxa, & præstita actori satisfactione, liberatur. Altera operis hujus classis instantiam litis contestationis sistit, quam si proterve declinet reus debitor, actor id petens ex primo decreto immittitur, quod nominare consueverunt *Anlaittin über Hab und Gut*. Hoc decreto insinuato, actori documentum latæ sententiæ, *ein Urtheil-Brief*, datur, & si tempore trium mensium programme solenni vocatus reus bannitus defensionem suam non offerat, aliud documentum, *den ersten Urtheil-Brieff uf die nützliche Gewehr*, actor accipit, cujus vigore iterum per tres menses comparatio banniti ipsi expectanda est; spatio hoc elapso, bannitoque se *vor dem Gerichtlichen Aufstand* non sistente, actori documentum primum ad immisionem, *der erste Urtheil-Brief uf die Besetzung und Inhabung*, conceditur. Postea tres adhuc bannito continuo currunt menses, quibus neglectis omnia ejus bona creditori adjudicantur, & magistratus loci, in quo bona sita sunt,
235. eundem acceptis judicii provincialis literis, *denn Erfolgung und Schirm-Briefen*, rite immittit. Reo non contumaci reconventionis beneficium in Sæviæ judiciis succurrit, nec auctoris nominatione ipsi interdictum est; suspicionem autem calumniæ
237. cum incurrit, malitiæ juramentum præstat. Probaturus positiones & articulos mediante dandorum jurejurando exhibet. Testes de veritate dicenda sacramentum perfolvunt, dum masculi tres priores digitos manus dextræ aut elevant aut Evangeliorum libro imponunt, femine mammillam sinistram dextræ in signum præstandi juramenti tangunt. Renitentes ad testimonium dandum per banni pœnam coguntur; comparentes viaticum a producente ita, ut simul operarum diurnarum habeatur ratio, accipiunt, *für Azung und Versaumnis*; & quidem in judicii loco commorantibus singulis quatuor baciones, extrinsecus advenientibus pedibus septem, equitibus decem baciones solvuntur. Horum tamen numero viliores saltem testes continentur, eminentioribus enim ac dignitate præditis Judicii provincialis a bitrio utrumque determinatur. Dicta rite publicata a partibus ventilantur, conscriptis hunc in finem duabus positionibus, quarum, animo causam concludendi, alteram, Probation - Deduction-

duction-*und* Eventual Conclusion-*Schrift*, exhibet actor, alteram, Exception-*Refutation- und* Eventual Conclusion-*Schrift*, subjungit reus. Ultima tandem processus instantia a sententia incipit, cui tertia hujus libri Classis destinatur. Sententia in judicio Sueviae Provinciali a Secretario coram procuratoribus & partibus legitime citatis recitatur, nulla interlocutoriam inter ac definitivam intercedente disparitate. Huic, quod absolutionis aut condemnationis causam discrete expressam non contineat, frustra objicitur, cum generalis sufficiat formula: *Nach darüber genommenen Bedacht und eingehobiten Rath der Rechts-Verstandigen*. Secus est in absolutoria ab instantia judicii; aut ob ineptam actoris petitionem; aut ob defectum possessionis lata; aut quando de suspecti judicio vel excommunicatione definitive pronuntiandum, in quo, sicut in appellationis instantia, quando inferioris tribunalis decretum corrigitur, decidendi rationes communicandæ sunt. Præter principalis causæ dijudicationem non raro super expensis simul pronuntiatur. Liquidum judicialium expensarum constituit victor per oblatas Secretarii, Notarii, Advocati, Procuratoris & Nuncii apochas, ubi simplici ejus asserito statur cum summa 20 flor. Rhen. minor est; conscientiz autem relinquatur, quantitatem, determinatum numerum excedentem, actu solutam fuisse, jurato evincere. Justitiam gravaminum contra iniquam Judicii provincialis sententiam variis remediis defendere, litigantibus conceditur, quorum frequentissimum est appellatio, quæ, cum principalis litigii quantitas ultra 50 Coron. constituitur, per interlocutoriam a gravato in scriptis; a definitiva vero & ejus vim habente, aut in continenti viva voce, stante, ut loquuntur, pede, aut intra decendium coram Notario testibusque duobus instituitur. Superius tribunal in causis a judicio provinciali decisis neque Imperator aut Rex Romanus, neque Camera Imperii est, ad quam appellationem dirigere Imperii quoque statibus litigantibus interdictum. Hinc ex tantum recipiuntur appellationes, quas gravatus ad Archi Ducis Austriae regimen, quod Oeniponti est, interponit, speciali privilegio domui Austriae a Carolo V concessio, quod, ne appellationes, supplicationes & reductiones ad alia quam illius tribunalia devol-

p. 356.

362.

375.

F: 386.

414.

vantur, præcipit. Fatalia hujus appellationis quaternario absolvuntur numero; in continenti aut intra X dies interponitur; intra XXX dierum tempus apostoli necessario, & sub pœna desertionis expresse petuntur; intra tres menses a die interpositionis computandos appellatio introducitur; justificationi illius annus, & causæ dijudicatione habita, biennium ac triennium destinatur. Provocatione vel a partibus neglecta, vel a superiore rejecta, sententia rei judicatæ autoritate roboratur, & victore implorante ad executionem deducitur. Ejus tempus in actionibus personalibus quatuor menses faciunt, in realibus terminum executionis sub comminatione banni arbitrium judicis definit. His meritis judicii Provincialis Suevici Processus absolvitur, quibus a regula ordinis, jure communi præscripti, discedit. Industriam Autor exercitatus haud vulgarem operi huic impendit, dubios casus selectiori præjudiciorum ope discutit, & nisi accuratiorem Cameralis Processus, quem semper admiscuit, expositionem in eo requisiveris, docte singula executus fuit. Multum ergo utilitatis ex tractatu ejus de casibus exceptis seu reservatis, *von des freyen Kayserlichen Land-Gerichts Ehebestinnen*, quem proxime luci dabit, merito sibi Suevia pollicetur.

*ANDRÆ OTTOMARI GOELICKE, Medici ac Professoris Regii in Academia Viadrina, Medicina Forensis, demonstrativa methodo tradita.*

Francofurti ad Viadrum, ap. Joh. Godofred. Conradi, 1723, 4.  
Alphab. I plag. 19.

**Q**uestiones Medico-Forenses non minus olim in Academia Fridericiana, quam hætenus in Viadrina Clarissimus Gœlicke sedulo postquam exposuit studiosæ juventuti, ut exactius digestas in chartam conjiceret, atque ex cathedra Medica publice ventilandas proponeret, admodum hæc sollicitavit. Cui desiderio tam ardenti repugnare, religioni ducens Autor, manum admovit operi, unde prima hæc decas enata fuit, quam duas in Sectiones partitus est, ita quidem, ut prior specimina Hal-  
lensia

lensia bina, posterior vero reliqua Francofurtana complecteretur. Præmissa igitur Oratione de fororio vinculo, quod est inter Jurisprudentiam & Medicinam, dicta Francofurti, in Auditorio Medicorum, nuper demum reparato, cum Lectiones Publicas Medico-Forenses auspicaretur Autor, primum in hoc fasciculo leguntur Specimina Hallensia, quæ de Partu octimestri vitali & legitimo; & de mutilo Medicinæ corpore per Chirurgiam & Pharmaciâ, postliminio revocandas, refarciendo agunt. Hæc excipiunt Francofurtensia, in quibus de Partu citioris ac ulterioris differentia; de superfætatione; de Infanticidii indiciis; de Inspectione gravidarum; de Animatione Fœtus; de Stupro violento; de Vulnerum Lethalitate tractatur. Hocque Collegium Disputatorium gnaviter se continuaturum, atque, si Deus vitam, vires sanitatemque porro largitus fuerit, quod nobiscum ipsi omnes Boni apprecantur, alteram Decadem suo tempore additurum esse, pollicetur. Ut specimen aliquod exhibeamus, ubi de Animatione Fœtus agit, in eo totus est Clarissimus Gœlicke, ut demonstret, Animationem Fœtus ipsi conceptioni esse contemporaneam, sive Fœtum a primo conceptionis suæ momento animatum esse atque vitalem, atque adeo verum & perfectum hominem; proindeque, qui quocunque graviditatis tempore abortum moverit, pœna ordinaria indifferenter dignum esse, dummodo de vera pœculi abortivi efficacia recte constiterit. Supponit igitur & probat, 1) unumquodque vivens animal pollere energia seu virtute speciem suam mediante generatione vi benedictionis primævæ multiplicandi; 2) istam energiam propagandi speciem suam non de solo corpore, sed de principio rationali seu anima simul, quæ quippe animalium viventium nulli deneganda sit, intelligi debere; 3) illud ipsum tanto eminentius de homine, viventium omnium perfectissimo, prædicari posse; Parentes nempe generando non corpus tantum, sed ipsam quoque animam propagare & in liberos traducere; 4) istam tamen propagationem, de unoquoque eo, quo decet, modo intelligendam esse; i. e. corpus, quod materiale, extensum atque corporeum est, corporeo, animam, quæ incorporea & spiritalis, modo immateriali atque adeo indoli utriusque conveni-

enter

enter a Parentibus in liberos traduci; 5) quod ex antecedentibus manifeste sequitur, animationem foetus ipsi conceptioni esse contemporaneam, atque tempus cogitari posse, quo foetus inanimatus, i. e. sine anima existere queat; 6) perfectum destrui hominem, verumque committi homicidium, quocumque quis tempore a conceptione, quæ ab animatione inseparabilis est, abortum nefarium procuraverit; 7) quod ex prioribus evidenter sequitur, pessime Jure-Consultos, illos præcipue, qui Traducianorum sectæ addicti, animæ cum corpore congenerationem credunt atque propugnant, pœnam extraordinariam tantum illis decernere, qui foetum (ex hypothese) inanimatum abegerunt. Hujus demonstrationis nexum, imo nervum, hunc simul adjungit: Si anima rationalis, quæ (per præsuppositum I) vi pollet semet ipsam multiplicandi, generando a Parentibus (per præsupp. III) traducatur in liberos, atque adeo (per præsupp. V) animatio & vitalitas foetus ejusdem conceptioni sit contemporanea, actibus formationis & explicationis partium atque organorum, nutritionis & augmentationis primordialis id abunde testantibus; sequitur, verum atque perfectum committi homicidium, ultimo semper supplicio afficiendum, quocumque post factam conceptionem tempore abortus nefarie cientur. Q. E. D. De cetero, postquam studii hujus amatores de defectu historiarum literarum, qua Scriptores, qui Medicinam Forensis operibus suis illustrarunt, recenserentur, conquesiti sunt, ut huic defectui medeatur Clarissimus Autor, brevem atque succinctam Introductionem in Historiam literariam Autorum, qui hanc Artis foteriæ partem, quam cum Jure-Consultis communem habet, commentariis suis exornarunt, adjecit.

*Verwandtschaft der Pflanzen mit dem Mineral-Reiche etc.*

h. e.

*FLORA SATURNIZANS, SEU AFFINITAS vegetabilium cum mineralibus. Accedit Historia de Kali geniculato Germanorum & de noviter invento Ultramarino. Autore JOH. FRIDERICO HENCKELIO,*

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 409  
CKELIO, Med. D. & Reg. Maj. Pol. & El. Sax.  
Provinciali, Miner. & Urb. Physico ord.

Lipsiæ, apud J. Chr. Martini, 1722, 8.

Alph. 2 Tabb. zn. 9.

**C**L. Autor affinitatem regni mineralis & vegetabilis considerat  
1 secundum originem, quam edoceat prima plantarum pro-  
ductio, multiplicatio & augmentatio, tum juxta causas tam inter-  
nas, quam externas, solem & aerem; 2 secundum partium inter-  
narum crasin; 3 ex virtute essentialiter ingressiva vegetabilium  
in metalla & mineralia; 4 ex ipsarum transmutabilitate in vi-  
trum, terram, lapidem & metallum. Princeps autem scribendi  
causa fuit herbæ *Kali* investigatio atque in hæc repertum Sal  
commune commixtum, tanquam minerale classicum. Post-  
quam igitur *cap. 1* de productione primarum plantarum ex testi-  
monio *Mosis* egit, *cap. 2* diversos eas multiplicandi modos de-  
scribit, veluti per semen, per surculos, radices, gemmas, truncos  
& folia: ubi etiam generationes æquivocas defendens herbas seu  
plantas produci contendit ex semine potentiali, hoc est, ex terræ  
certa ratione dispositis, tum quod hæc primarum in creatione  
plantarum fuerit origo, tum quod nonnullæ herbæ neque flores,  
neque semina habeant, v. gr. tubera, fungi, equisetæ &c. tum  
quod herbæ aspermatice iis in locis proveniant, quorundam nec  
surculos, nec radices pervenisse credibile sit; tum quod herbæ  
seminifere, v. gr. urticæ, atriplices &c. in terra nudius tertius &  
specu profundiori erutz crescant ibi locorum, ubi nec seminatum,  
nec plantatum fuit; tum denique quod tota arva prætæque non  
raro conspiciantur, quæ floribus unius generis obsita quasi vide-  
antur. Tandem concluditur, & multiplicationem, & primam  
plantarum productionem sine semine ex crudæ terræ ejusque mi-  
neralis potentiis de affinitate regnorum vegetabilis & mineralis  
testari. C. 3 vegetationem considerat juxta faciem externam, ubi  
agit de attractione nutrimenti per radices, de situ perpendiculari  
plantarum & quæ his gemina sunt. C. 4 Vegetationis causas in-  
ternas, quas vocat, operosius exponit: quorundam refert aquam &  
terram, contra *Helmontium* disputans, qui notissimo experimen-

to probare contendit, terræ nullas deferendas partes, cum & aqua pluvialis ipsa terram contineat. Mentionem quoque injicit eorum, quæ ad fertilitatem conciliandam adhibentur, & varia terrarum genera contemplatur in ordine ad fertilitatem. In modum quoque inquirit, quo aqua & terra plantis accrescant, nimirum humidum per suam jam appropriatam tenuitatem, siccum per emolliationem & colliquefactionem. Arbitratur autem, in phaenomenis specialibus vegetationis confugiendum esse ad principium aliquod dirigens seu vitale. *Cap. 5* enumerat causas cooperantes, Solem & aeream, earumque operationes describit, ubi multus est in refellendo quorundam Autorum materiali Solis influxu. *Cap. 6* præmissis discursu de compositorum in plantis characteribus, sal commune in herba *Kali* reperiendum exempli loco introducit, ubi varia chymica de sale communi annotantur. *C. 7* inquirit, quænam mixta plantis insint, nempe pinguedo gelatinosa, gummosa, resinosa & sal lixiviosum sive alcali: ubi variorum experimentorum chymicorum fit mentio. Contendit autem, hæc duo mixta ut talia in plantas e terra ingredi. *C. 8* varias variorum de simplicibus seu principiis vegetabilium sententias expendit. Defendit autem, quod sint terra & aqua, humidum & siccum, & quod aqueum & terreum in vegetabilibus idem sit ac in mineralibus. *C. 9* De sulphure vegetabili putatio & de partibus sulphuris in vegetabilibus agit, quæ sunt phlogiston & sal acidum, cum verum sulphur constet ex terra inflammabili & acido vitriolico: ubi denuo varia experimenta chymica describuntur in sulphure sumta. *C. 10* virtutem vegetabilium in mineralia & metalla ingressivam exemplis probat, v. gr. ceræ in corallis rubris dealbandis, aquæ communis in argentum vivum, olei lini ad limum, carbonum in mineris excoquendis &c. ubi fusius disputat, utrum ex regno vegetabili ad maturanda & transmutanda metalla quicquam desumendum sit. *C. 11* præmissis discursu de vitrificationis negotio secundum *Nerium*, *Merretum*, *Kauckelium*, ostendit, quam opem huic ferat materia vegetabilis & quam accedat vitrum ad naturam lapidis, adeoque mineralis. *C. 12* de reductione vegetabilium in terram crudam disserit, veluti incinerando & putrescendo. *C. 13* de petrificatione  
 vege-

MENSIS SEPTEMBRIS A.MDCCXXIII. 411

vegetabilium exempla lithoxylorum adducit & petrificationes contingere docet per naufragia, per inundationes provinciales & per diluvium Noachicum: ubi & de lusibus naturæ in lapidibus figuratis disputat & multa curiosa naturæ miracula describit. C. 14 exempla commemorat metallorum in plantis reperorum, veluti auri in uvis & tritici germine, stanni in genista, plumbi in absinthio &c. C. 15 divisionem vegetabilium secundum septem metalla expendit, quam metaphysicam appellat, quod omnem captum transcendat & cerebrina sit.

In Appendice de Kali geniculato Saxonum Cl. Autor dividit Kali I in herbaceum, I geniculatum, a) majus, b) minus, villosum, 2 gramineum, 3 gossuloides, 4 spinosum seu tragum, a) foliis longioribus, b) brevioribus, at crassioribus, II in fruticosum, I siculum, lignosum, floribus membranaceis, 2 hispanicum, a) foliis tamarisci, b) camphoratz, c) rorismarini seu Menzeliarum, d) genitzæ, e) capillaceo folio villoso. Describit deinde Kali geniculatum, quod sit herba humilis, sediformis, aphyllon, quantum sciat, ananthon & aspermon, in locis salis atque hoc ipsum ad salinas *Tendicenfum* & *Karschavienfium* non procul *Mersburgo* crescens. Addit quædam de usu *Kali* diuretico & emmenagogo, tum de inde conficiendis Soda & vitro. Mox experimenta chymica herbæ *Kali* exponit. Recens scilicet destillatum reddere aquam plane inspidam; ejus libram unam exsiccatam exhibere pulveris uncias tres; pulverem ustum difficulter incinerari; cineres *Kali* in furno figulorum exhibuisse massæ salis subalbicantis  $1\frac{1}{2}$  drachmas; eundem parum effervescente cum aqua forti; decoctum ex recentis unciis quatuor cum aqua fontana factum subleuta evaporatione porrigere salis communis eleganter cubici, sed adhuc impuri, unciam dimidiam & drachmas fere duas; ex residuo chrySTALLIFICATIONEM respiciente per gradus destillato post phlegma exurgere sal volatile siccum; ex impuro sale communi primum elixivato & ex residuo sisti salis communis cubici purissimi sex drachmas, atque ita *Kali* hoc recens reddere quintam fere salis communis partem. *Kali* siccatum cum aquæ fontanæ libris quinque superinfusæ coctum, filtratum, ad dimidium evaporatum redolere favam, porro brassi-



cam coctam cœruleam: putrefactum olere excrementa anim alia  
um, ut nihil convenientius; immo hoc modo valde vermico lari.  
Salis *Kali* cubici, ut vere communis naturam elucescere ex spi-  
ritu salis inde conficiendo, non dulcificando, ex luna cornua;  
salis volatilis indolem ex eminenti effervescencia cum acidis;  
succum a chrySTALLIFICATIONE salis communis residuum calcinatum  
saporis parum lixiviosi, sed consistentiz terrestris non collique-  
scentis cum spiritibus acidis, vitrioli imprimis, abire in præcipita-  
tum egregie cœruleum, ad *ultramarinum* accedens. *Kali* re-  
cens cum aqua communi fermentatum redolere jam brassicam  
muriaticam, jam lumbricos a spiritu vini enecatos, jam pisces pa-  
ludosos, jam haleces fumigatas. Ex illo per destillationem pro-  
dure spiritum, qui tartari spiritui rectificato gratiori prorsus si-  
milis; tandem oleum empyreumaticis vere animalis. Spiritum  
& oleum confusum spirare tabaci oleum; sal volatile vero ex  
*Kali* putrefacto apparere plane nullum, neque per cohobatio-  
nem obtinendum. *Sodam*, ut materiam agnatam, a cineribus  
purgatam, effervescere cum acidis & cum acido vitrioli consti-  
tuere sal enixum, cum aqua forti nitrum, cum spiritu salis sal  
commune, cum omnibus acidis præbere ante dictum ultramari-  
num. Sal *Soda* virescere borracis instar; residuum Sodæ cine-  
reum per aquam fortem reduci in substantiam gelatinosam, sa-  
poris metallici: sodam denique a soda differre.

JOSEPHI VERZALIÆ CÆSENATIS E-  
pistola ad Geometriæ ac Philosophiæ Professores atque  
Studiosos, data ex littore maris superi prope  
Rubiconem XVIII Kal. Junii  
MDCCXXIII.

Cæsena, ex Typographia Josephi Gherardi Impress. Episc.  
Plag. dimid. in fol.

Q Uum non ita pridem cuidam problemati operam daret Cl.  
Autor, cui conficiendo aliquot legibus motus corporum  
ex ictu opus erat, reperisse sibi vilis est Leges motus Wallisia-  
nas pro corporibus Elasticis, ab Hugenio & aliis comprobatas,  
esse

esse falsas & paralogisticas., Ne vero sibi nimium tribuere hac in re videatur, inuit paralogismum hunc inventu difficiliorem non esse illo, quo problemata de maximis & minimis hoc tempore a Viris doctis & indoctis agantur, quem tamen nemo hactenus detexerit; nisi forte nunc aliquis, inquit, hoc nuncio, quem, ego rei patefactioni æquiparo, illum in adversariis suis jam diu, jacentem invenerit. Leges ipsas in locum Wallisianarum sufficiens sic explicat: *Post ictum corporum in se incurrentium Validioris velocitas est, 3. 3: 344, Infirmioris 360; Post ictum Corporum sese assequentium Velocioris velocitas est 358. 7: 8. Tardioris est 38 + 0: 2.* Quæ aliquando se explicaturum promittit, satis habens de iis in præsentia monuisse, ut alii ad investigandum incitentur. Porro Problema sibi oblatum ait, *cujus Coni vel Conoidis sectio sit Curva qualibet oblata.* Hujus solutionem ex æquationibus ad sectiones Coni  $y^2 = (2pqx \pm cxx): e, y^2 = (pqx \pm pxx): q, y^2 = (cdx + exx + fxx): g$  pendere. Invitat igitur alios ad tentandum, & pollicetur fore, ut nec opinata reperiant, & inter cætera nova atque elegantia hoc quoque insigne paradoxum discant: *Quasdam dari Curvas, quæ etsi ab alicujus solidi sectione oriuntur, sectiones tamen illius non sunt.* Tertio loco mentionem facit Epistolæ, ad Aëtorum horum autores scriptæ, de iis, quæ mense Aprilis anni 1718 ad ipsum spectantia emisserunt. In ea Offenburgii ratiocinia discussa, & formulam potentiarum, funiculum habita ponderis ejus ratione ad pares angulos trahentium, qualem Autor suppeditaverat Act. Er. 1717 M. Jul. involucro liberatam haberi. Sed cum dicta epistola, manuscripta tantum, pervagetur Gymnasia, nec typis fortasse unquam subjicienda sit, superius memoratis formulam ex ipsa excerptam addere voluit, ut cognoscere quivis possit, ipsum fidem liberasse. Formula est  $p = (\pm aady - qdx dx + ddy / q dy): ds dx$ , quæ nunc etiam quoad funis crassitudinem data lege variantem latius patere indicat. In ea  $q$ , ad arbitrium assumenda, pondus funis in singulis suis punctis, designat. Hanc si quis æquaverit elemento Curvæ  $ds$ , &  $p$  nihilo æqualem posuerit: vulgarium Catenarium, ut quæstionis natura postulat, æquationem facile adipiscetur. Eam, quæ,

ante annos plures valgata est, esse frustum viginti novem figurarum, quarum aliquarum positione, aliquarum forma, aliquarum utraque inter se discrepent, ab earum æquatione manantium.

STORIA FIORENTINA DI MESSER BENEDETTO VARCHI.

i. c.

*BENEDICTI VARCHII HISTORIA Florentina.*

Coloniz, apud Petrum Martellum, 1721, fol.  
Alph. 7 pl. 16 Tabb. 21. 3.

Scripta est historia hæc jussu Cosmi, secundi Ducis Florentiz, qui dein Magni Ducis Etruriz titulum, regii æmulum, primus familiariz suæ intulit. Steterat Autor ejus, Benedictus Varchi, iis temporibus, quibus Medicei pro dominatione, Florentini pro libertate pugnabant, ab horum partibus & inde probe noverat, quarum consilia, quarum sinistra eventus causæ fuerant. Occiso Alexandro, qui primus a Carolo V Ducis encomio insignitus fuerat, ubi Cosmus summæ rerum præfectus, Laurentium Strozium, civem spectatum & potentem, qui exilium lubens servituti præferebat, secutus, Venetias secessit, ibidemque ut & Patavii & Bononiz in Philosophiam & bonas literas, quarum desiderio incredibili ferebatur, sedulus incubuit. Delata tandem ad Cosmum, Florentinæ & Pisanzæ scholarum instaurationem meditantem, egregiz ejus eruditionis fama, (quippe Latinis literis Græcas adjecerat & Italica adhuc lingua, sive prosa, sive versa dicendum esset, concinne & eleganter verba fundebat) qui publicis incrementis, posthabito privato odio, lauto stipendio hominem adduxit, ut in patriam reverteretur, juventutem docturus. Ut erat ei summa simul morum lenitas, & temporibus & hominibus inferviendi facultas, non inidoneum Principi visum dicunt, qui teneræ Francisci, recens nati filii, ætati formandæ præficeretur, nisi viam rei inopina Viri mors interclusisset. In vulgus interea edebantur, quas in Gymnasio Florentino fecerat, lectiones, quas, ut & orationes ejus quasdam funebres, dum attentius legit Cosmus,

mira-

miratus eloquentiam, iudicium, gravitatem, historiarum sui temporis scribendarum aptum virum ratus, de re & ipse, & per alios monet, & ubi consilium placuit, quicquid erat in tabulario commentariorum, fœderum, & epistolarum, pandi iubet. Invidiarum sane plenum opus, quod vel veritatis damno genti Medicearum adulari cogeret invitum, vel si viri boni famam præferret, odio & obreftationibus objiceret aulicorum. Mediam igitur Benedictus viam ingressus, de Cosmo quidem mollius fari, de Clemente vero VII, Papa ex Mediceorum familia orto, & Alexandro item primo Florentiarum Duce, quos cives oderant, nec amabat Cosmus, libere & tantum non acerbe dicere instituit. Eorum, qui pro libertate steterunt, ut vitia perstrinxit, sic virtutes suis inactavit elogiis, quin exulum sub ipsius Cosmi dominatione, quam ultimis libris attingit, candide utut modeste rationem habuit. Hujus propter studii veritatis odium, & periculum, intermissa operis editio, quod scribarum incuria errorum sæpe plenissimum, ingenti ære manuscriptum redimere necesse habebant rerum harum curiosi, antequam id Pauli Kùbzii bibliopolæ Augustani hæredes, qui sub fido Martelli nomine latere voluerunt, ante biennium Augustarum Vindelicorum publici juris facerent. Præfixa est operi autoris icon, brevemque bibliopolæ ad lectorem allocationem subsequitur vita Varchii, ab Abbate Silvano Razzi ad Bernardum Medicem olim scripta, & ex lectionibus Varchii, quæ Florentiarum prodierunt, quibus primum adjecta fuit, hic repetita. Ipsa historia, quam præter gravitatem, dictionis Hetruscæ nitor & elegantia commendant, sedecim libris absolvitur, quibus Florentinorum domi forisque gesta, ab anno 1527 ad annum 1538 describit, quorumque summam, quoad statum Florentiarum, & gentis Medicearum publicum, brevitatis causa insuper habitis ceteris, damus sequentibus.

Libro primo familiarum Medicearum incrementa altius paulo repetens, mutationes, quas gens illa proximis nonaginta quatuor, ultimam eorum ejectionem, quæ 1527 facta est, antecedentibus annis habuit, enarrat. Post generale de familiarum casibus præfationem, de Cosmo Medice, Johannis filio, Everardi nepote, qui primus 1433 ob incrementem potentiarum formidinem ejectionem, sequenti

quenti anno honorifice iterum receptus est, differit. Deinde Petri, Cosmi filii, & nepotum Laurentii & Juliani (quorum hic Julium, qui deinde Papa Clemens VII appellatus est, filium habuit naturalem) vitas quam brevissime memorat. Quæ vero de Petro Medice, Laurentii filio, & secunda Mediceorum ejectione retulit, non apparent in editione hac, sive studio, sive ob manuscripti exempli defectum omissa.

Libro secundo ulterius lectoris paraturus animum, electionem prius Pontificis Clementis VII describit, quem majori studio in Hippolitum & Alexandrum, utrumque filium naturalem, hunc Papæ ipsius, (a) illum Juliani Ducis Nemurcensis, quam in legitimos posteros Laurentii, fratris Cosmi, latum notat. Deinde ubi legationem, quæ eo ipso anno 1523, Florentinam rempublicam commendatum, ad Papam hunc missa est, Cardinalis item Passerini, qui Clementis iussu civitati præfectus est, mores & indolem, factiones denique Mediceorum & æmulorum, vivis coloribus depinxit, ad bellum, quod inter Franciscum & Carolum in Italia gestum est, ipsumque plurimarum & tantum non omnium Florentinæ calamitatum & novationum occasio extitit, digreditur, & tandem tertiam Mediceæ familiæ ejectionem, quæ A. 1527 facta est, & qui eum antecessere & secuti sunt, motus & turbas uberi stylo explicat.

Liber tertius fœderis, Florentinæ reipublicæ nomine cum Papa, Gallis, Venetis renovationem, Clementis in angelorum castello obsidionem, Florentinorum de libertate conservanda captum consilium, novosque reipublicæ tanquam liberæ magistratus complectitur. Qua occasione de forma regiminis Florentini, civiumque differentia disquirat Autor.

Liber quartus discordias, quæ populum Florentinum agitabant, aliis Aristocraticum regendi genus, aliis Democraticum præferentibus, quibusdam neutrum amplectentibus, militiæ porro, morum, & judiciorum reformationem, Pisani & Liburnensis

(a) Alexander quidem Laurentii junioris communiter ferebatur filius, verum a Clemente fatum L. XII p. 468 notat Autor, additque L. XIV p. 540, 541, exprobratam ei Romæ ab exulibus matris vilitatem.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 417

nenfis castellorum, quæ Medicei hætenus tenuerant, restitutionem, Florentinorum ad Imperatorem & Regem Galliarum simul legationem, Veneti exercitus cladem, & Genuensis denique reipublicæ mutationem continet.

In libro quinto fœdus Henrici Angliæ Regis cum Francisco I contra Imperatorem initum, Mutina a Ferrariæ Duce recepta, Ducis ad fœdus Italicum accessus, & Clementis, hortulani personam ferentis, ex Imperatoriorum manibus fuga, notanda videntur. Nec omittenda inscriptio :

CHRISTO REGI SUO, DOMINO DOMINANTIIUM, DEO SUMMO, OPTIMO, MAXIMO, LIBERATORI.

*Mariaque Virgini Regine dicavit*

*An. Sal. M. D. XXVII S. P. Q. F.*

quam portæ palatii majoris, a fratribus Dominicanis monasterii S. Marci persuasi Florentini imposuere, Christum sibi Regem & libertatis vindicem asciscentes : cui adjicienda solennis a Gallis & Anglis Carolo V facta belli indictio, nec non Francisci provocatio ad certamen singulare, cui Caroli responsum accessit.

Liber sextus causas pravi regiminis reipubl. Florentinæ, variaque ejusdem nova statuta continet, ceterum in exteris Italiæ rebus describendis absolvitur, in Gallorum nimirum cum Imperatoriis pugnis & illorum plerumque clade, Pisanorum privilegiis & Senensium regimine, quæ inter Clementi VII illegitimos natales argute exprobrat.

Libro septimo consilia declarat, quæ de restituenda patriæ gente Medicea Pontifex habuit, & post digressiunculam de civitate Genua capta, & libertate donata a cive suo Andrea ab Auria, item de gratitudine civium in Auriam & Genuensium reipublicæ forma, ad Papam revertitur, qui per hæc tempora Romam repetierat, ejusque infidias, quas Herculi Ateflino, summo Florentini belli præfecto, fecit, & tandem crudelissimam, quæ post hominum memoriam civitatem Florentiam afflixit, pestilentiam describit.

Libro octavo Hippolitum Medicem cum Hieronymo ab Auria inter sedis Romanæ purpuratos receptum, Cardinalis Pafserini paulo post obitum, apparatus & præfectos Florentinorum bellicos, virorum aliquot conspicuorum accusationem, custodiam, supplicium consignat, iisque adjicit pacem & fœdus Barcinone inter Papam & Imperatorem ictum, quo Mediceorum Florentiæ restitutionem solenniter sibi stipulatus est Clemens.

Hanc pacem sequitur L. IX pax inter Carolum & Franciscum Cameracensis, qua socios belli, inter quos Florentini, a Gallo traditos, & tantum non venditos, ipsius Imperatoris verbis monet. Deinde post Caroli Genuam adventum, & a Duce Ferrariæ, alio belli socio, destitutos Florentinos, pro impetranda pace ad Imperatorem legatos misisse, durumque a Cancellario responsum id tulisse notat: „Florentinos, quod Galliarum Regem co-  
„piis contra Imperatorem juvissent, libertatis & privilegiorum ja-  
„cturam fecisse; posse tamen clementiam Imperatoris perfidiæ  
„eorum connivere & remittere pœnas, quas *rebellione & feloniam*  
„meriti essent, si gentem Mediceam reciperent & Papæ pristinos  
„honores exhiberent. Quod cum averfarentur Florentini, jus-  
sum Arausionensium Principem iis bellum inferre, quod Romæ ingenti molimine paraverat Pontifex. Opportunam hic de origine civitatis differendi occasionem nactus, de prima ejus ædificatione excurrit, autorumque plurimorum sententias inter se confert. Liberam eam a Carolo M. relictam, pro solito autorum ejus ævi errore statuit, cujus trinam ceterum amplificationem, situm, magnitudinem, quatuor in Arnun fluvium pontes, portas, muros, villas, templa, monasteria, xenodochia, palatia, hortos, monetam, redditus, impensas, civium numerum, vestitum, habitum, ingenia, mores & observantiam, dialecti denique Florentinæ elegantiam recenset & laudat.

Libro decimo obsidionem civitatis Florentinæ, & quæ eam antecessit, Perusiæ, & Antii deditionem describit, ubi velitationes & concursus obsidentium & obsessorum sigillatim enumerat, & eorum, qui pro libertate generosam mortem occubuerunt, memoriæ consulit, expositis simul conditionibus, quibus Ferrariæ  
Dux

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 419

Dux a Carolo V receptus, Mediolanum Sforziæ in feudum datum, Venetis, publicæ sociorum, inter quos Florentini, salutis privata commoda præponentibus pax concessa est; quibus tandem discordiam civium Pistoriensium eorumque defectionem jungit.

Libro undecimo descriptionem obsidionis Florentinæ, postquam undiquaque inclusa civitas, continuat, civiumque excursions & angustias exponit, dum Bononiæ inter lætissimos plausus Carolus V Imperator coronatur, ad quem paulo post Papa & Ferrariæ Dux de differentiis terminandis provocant. Multis deinde vanos Volaterranensium conatus Papæ se dedendi explicat, & tandem fatalem compositionem adjicit, qua A. 1530 d. 12 Augusti post undecim mensium obsidionem Duci Gonzagæ, qui post Arausionensis necem Imperatoris copiis præerat, Florentini se suamque civitatem dedunt, formam regiminis Imperatori quatuor mensium spatium ordinandam relinquunt, salva tamen libertate, octoginta aureorum millia belli sumptuum nomine solvenda promittunt & Mediceos accipiunt. Multum dedicationem hanc acceleraverat Malatestæ supremi Florentinorum belli præfecti perfidia, qui rempublicam Papæ & Gonzagæ prodidit, hinc non solum compositionem ejus cum Clemente, sed & literas Papæ & Gonzagæ adducit Autor, æternas infamiæ testes.

Libro duodecimo, ubi primum supplicia & multas, quibus in Medicæ familiæ inimicos sævitum est, explicuit, rationem prodit, qua Alexander Medices ante Legati Imperatoris, cui ordinandam rempublicam reliquerant, adventum, suavis & tantum non jussu Clementis, præpositus, sive si mavis, Princeps omnium magistratuum creatus est. Digreditur deinde occasione comitiorum Augustanorum, in quibus Lutherani fidei formulam Carolo obtulere, de criminibus Clementi VII a Luthero objectis, & de consiliis, quæ in religione pacis ergo a Lutheranis & Catholicis habita sunt. Cum non ita multo post in viam redit, Alexandrum, dum diutius paululum ab Imperatore in Belgio detentus, a civitate abest, ab Hippolito Cardinale fere collabefactum notat, nisi Mussietolæ Legati Imperatoris, ipsiusque Alexandri



dri subitus adventus firmasset labantes animos. Mussietolæ enim oratione adactum Senatum, ut Imperatoris decreto, quo Alexandrum Ducem Pennæ nominabat, pristinisque Mediceos honoribus restituebat, solennibus verbis jurejurando fidem promitterent, imo paulo post Clementis artibus adducti Ducem Florentinæ reipublicæ proclamarent.

Libro decimo tertio reditum Imperatoris in Italiam memorat, cujus adventu excitati exules, qui post civitatis deditionem, Papæ jussu, Florentia ejecti, Venetias secesserant, de communibus rebus suis consulere incipiunt. Alexandrum vero Mantuam Imperatori obviam ivisse, eumque Bononiam (ubi de fœdere eum Papa & cæteris Principibus tractabat Imperator) secutum, deinde tradit, & recensendo magistratuum mutationem, finem libro imponit.

Libro decimo quarto nisus Clementis exponit, quibus fategit, ut Margareta, naturalis Caroli filia, Alexandro uxor daretur, quem, dum turpissimæ libidini indulget, nec ipsis monialibus parcit, brevi civium odium incurrisse notat. Mortuo interea Clemente VII, quomodo exules, quorum plerique Romam petierant, a Paulo III & Hippolito Cardinale (qui brevi post veneno extinctus est) excepti sint, & deinde primo Barcinonem, questum de Alexandro, ad Carolum legatos miserint, & Imperatore rem ad adventum suum in Italiam differente, Neapoli, præsentate Alexandro, causam suam egerint, fuse docet. Quin ipsorum legatorum pro libertate & contra Alexandrum orationes, Alexandri responsum, & Imperatoris denique sententias jungit. Quæ dum aguntur, exulesque cœlum & terram movent, immo aureos Carolo montes promittunt, si exauctorare Alexandrum velit, hunc ipsum Alexandrum, rogatum ab Imperatoriis, an feudatario nomine imperatori obstrictus esse velit, constanter recusasse, quod Varchius affirmat, id vero non videtur verisimile. Verum id curent alii. In fine libri Imperatoris & paulo post Margarete, Alexandri sponsæ, inter civium plausus, Florentiam adventum describit.

Libro decimo quinto vitam & mores Laurentii Medicis, qui  
Alex.

Alexandrum sua manu interemit, hujus cædem ipsam, ejus causas, eamque infectos populi motus explicat, & Brutum Toscanum a multis dictum Laurentium, sequentique honoratum epigrammate, notat:

*Invisum ferro Laurens dum percutit hostem,*

*Quod premeret patriæ libera colla sua;*

*Tene hic nunc, inquit, patiar, qui ferre tyranos*

*Vix olim Romæ marmoreos potui?*

Diligenter deinde artes exponit, quibus Cardinalis Cibus senatum adegerit, ut 9 Januarii 1536 Cosmum Ducem eligerent, Cosmoque recusanti persuaserit, ut dignitatem, donec ab Imperatore confirmaretur, a senatu acciperet, tractis simul in partes ejus Imperatoriis copiis, quo exulum, qui, id demum vindicandæ libertatis tempus rati, multum militem conscripserant & varia tentabant, vium & impetum suslinere posset.

Libro decimo sexto operi finem impositurus, Comitibus de Cifuentes Legati Imperatoris adventum, Carolique, qua Cosmum in principatu confirmabat, declarationem definit, & exulum firmi de componendis primum cum Cosmo diffidiis, de parando deinde bello consilia, malamque Julii III Papæ in Mediceam domum voluntatem describit.

Ceterum hanc Varchianæ Historiæ, jam olim a J. B. Adriani continuatæ, editionem a Petro van der Aa in edito nuper Thesaurò Italiæ recusam esse, in Actis hujus anni M. Maio p. 212 dictum est.

**BIBLIOTHECA MENCKENIANA, QUÆ**  
*Autores præcipue veteres Græcos & Lat. Historiæ item*  
*Litterariæ, Eccl. & Civilis, Antiquitatum ac Rei Num-*  
*marie Scriptores, Philologos, Oratores, Poetas & Codices*  
*MSS. complectitur, ab OTTONE & JO. BURCHAR-*  
*DO MENCKENIIS, Patre & Filio, multorum an-*  
*norum spatio studiose collecta, nunc justo ordine disposi-*  
*ta & in publicos usus aperta a JO. BURCHAR-*  
**DO MENCKENIO.**

Lipfiz, apud Jo. Frid. Gleditschii B. Fil. 1723, 8.  
Alph. 2 pl. 1.

**N**OVUM de literato Orbe bene merendi modum excogitavit Illustris instituti nostri Præses, *Jo. Burckardus Menckenius*, Consil. Aulicus & Historiographus Reg. & El. Saxon. Hist. Prof. Publ. & Societatis Regiæ Britannicæ Socius, qui, cum Bibliothecam, a B. Parente, *Ottone Menckensio*, S. Theol. Lic. & Moralium in hac Academia Professore celeberrimo, cujus potissimum curis, itineribus, impensis Acta hæc nostra debentur, relictam, ita multorum annorum labore instituisse, ut, quantum ad Veteres Scriptores, Historiam item & amœniora studia attinet, viz. inter publicas privatasve Bibliothecas parem habere videatur; tandem eleganti ordine dispositam, typisque ad modum Thuanæ luculenter exscriptam, in publica eruditorum commoda aperuit. Ut vero cetera prætermittamus, quæ ad Historiam Bibliothecæ spectant, in præfatione strictim commemorata, facile utique perspiciunt Catalogum perlustrantes, non parum utrique *Menckensio* in comparando tam exquisito librorum apparatu profuisse commercium cum exteris ad ornanda hæc Acta institutum, quo factum, ut imprimis recentiores, qui inde ab A. 1682, quo Acta nostra imprimi cœperunt, prodire, non ii modo, qui publice prostabant, verum & reliqui, sumtu Autorum paucis exemplis excusi, & inter Principes tantum viros distributi, (quales sunt *Acta publ. Angliæ* a *Thoma Rymer* & *Roberto Sanderson* XVII Voluminibus edita, & libri omnes cura *Thomæ Hearne* evulgati) ad *Menckenios* pervenerint. Nec quicquam prætermisit Noster, qui vetustioribus, qui ad institutum suum pertinerent, locupletissimam redderet Bibliothecam, optatque imprimis, lacunas sibi quasdam suppleri: desiderantur enim in *Victoris Sivi Mercurio* Tomus XI & XIV, in *Matthæi Analectis* Tomus II usque ad VII inclusive, & *Leutingeri Com. rerum Brand.* nonnulla Volumina, aliaque pauca. Ordinem in Catalogo eum secutus est, ut primo loco exhibeat Historiæ Literariæ Scriptores, tredecim, classibus distributos, scil. I Scriptores, qui generatim de

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXIII. 423

de Historia Literaria egerunt, 2 qui Bibliothecas & Catalogos, 3 qui Vitas, Icones, Elogia, Censuras ediderunt, 4 qui de certæ Nationis, Provinciæ, Urbis eruditis, 5 de doctis Pontificibus, Cardinal. & Ordinum Monast. viris, 6 de Theologis, JCtis, Medicis, Philosophis, Historicis, Poetis &c. egerunt, 7 qui vitas Pictorum, Sculptorum, Architectorum reliquerunt, 8 qui de Academia, Scholis, Societatibus & Viris in iis illustribus, deque scientiarum & linguarum fatis, 9 de Bibliothecis publicis & privatis, scripsere, 10 Epistolographos, 11 Itinera erudita, 12 Diaria Eruditorum, & 13 Miscellaneos; quorum omnium tantus ex omni Europa apparatus, ut paucissimi fere desiderentur. Sequuntur, præmissis Bibliis sacris, Scriptores Veteres Græci & Latini, quotquot fere in præstantissimis editionibus prostant, iusto ordine digesti, quibus & hic & in Append. II accedunt seorsim Aldinæ editiones bene multæ. Hæc excipiunt Antiquitatum, 1 Orientalium, Ægyptiacarum, Græcarum, &c. 2 Romanarum & Ital. 3 Christianarum, 4 de re pictoria, imaginibus, ædificiis, sepulcris, aris, staturis, columnis, gemmis, sigillis, urnis, lucernis, 5 Inscriptionum, 6 Musæorum, 7 rei diplomaticæ, & 8 varii generis antiquit. Scriptores; tum Nummarii, quorum, æque ac Antiquariorum, instructissima supellex. Succedunt Historici Sacri & Civiles omnium gentium, ad methodum fere Langleti du Fresnoy (quem Noster cum Supplementis Gallice pariter & Germanice edidit) dispositi, cum Ordinum militarium Scriptoribus, Heraldicis item, Symbolicis & Emblematicis; tum Politici, in 1 Systemata & observat. pol. 2 Scriptores de Legatione & 3 de nobilitate divisi, porro Scriptores Artis Grammaticæ, Philologici &c. cum Glossariis & Dictionariis linguarum, Artis Rhetoricæ & Poeticæ, cum Oratoribus, & Poetis recentioribus, Græcis, Latinis, Hispanis, Italis, Gallis, Anglis, Belgis, Germanis; Satyris item & fabulis Romanensibus, denique variorum Collectiones Miscellaneæ & Opera junctim edita, Lexica realia, libri prohibiti & manuscripta circiter CLIV, in quibus, præter historica plurima, præsertim Saxonica, aliaque, prelo digna, primo loco comparent *Scholiasies Homeri* ineditus e Bibl. Paul. descriptus, *Job. Genesii de rebus CPraanis Libri IV, a Leone Armenio usque ad Basil. Maced.* ex unico, qui

exstat,

exstat, codice ejusdem Bibliothecæ descriptus, cum versione & notis, cujus editionem proxime expectamus, & nova *Herodiani Versio* Politiani paraphrasi longe accuratior. Subjicitur hinc duplex Appendix, altera librorum Theologici, Juridici & Philosophici argumenti, quos, utpote paucos, ipsum Catalogi corpus ingredi noluit Noster, altera vero omnium, quos, dum Catalogus imprimeretur, comparavit, tanto quidem numero, ut vel inde facile conjicias, quantum Bibliotheca indicis incrementi capiat. Accessit postremo Index Auctorum, Cl. *Andreae Bättigii* opera, magno Lectorum fructu ita instructus, ut, si plures ejusdem Scriptoris libri occurrant, eorum simul obiter tituli addantur, quo lector tot numeros (aliquando enim decem vel viginti ejusdem Auctoris scripta exhibentur) evolvendi tædio sublevetur. Ceterum et si notulas raro nunc adjecerit Celeb. Editor, opportuniori quippe temporis eas servans, in eo bene consultum voluit bibliophilis, quod singularum collectionum contenta diligenter enarret, & ubi forte omissa illa fuerant, in addendis defectum suppleat. Nec omittit, quæ ad statum libri pertinent, ut cum p. 60 librum *Lettres & Discours de Mr. de Sorbiere* Par. 1660 in forma quarta, rursusque p. 62 librum eodem titulo, loco atque anno in forma octava impressum attulisset, monet, neutiquam hos duos libros pro eodem habendos, verum postremum hunc prioris quasi continuationem esse; & ubi p. 67 Diarii Michaelis de la Roche, *Memoirs of Litterature*, Volumen I inter libros in folio exhibet, notat, cetera ejusdem volumina inter libros in 4 esse querenda. Quo & pertinet, quod in recensendis librorum titulis nihil immutavit, & si Latini v. gr. libris Germanicis præpositi sint, simul librum esse Germanice scriptum, notavit, Auctoresque, sive anonymos, sive pseudonymos studiose detexit. Ceterum cum multorum hæcenus rapinas experta sit bibliotheca, ut licentiæ modum quodammodo promereret, leges quasdam Bibliothecæ sub initium Catalogi hujus promulgavit, quas huc transcribere non pigramur, exterorum præcipue in gratiam. Sunt vero: I *Qui libros Bibliothecæ attento studio evolvent, eam die Sabbathi post horam II ingrediuntur. II Obiter Bibliothecam lustraturi, die dicto abstineto, & de alio tempore opportuno possessorem compellento. III Librum, quo quisque opus habet, nec tunc, tacitas se contineto, nec tumultuando aut discursitando ceteris carbato. IV Qui librum maculaverit, aut defeciderit, damni teneto. & Bibliotheca arcetor. V Qui furtum fecerit, in furum trahitor, & atro carbone in Fastis Bibliothecæ notator. VI Si quis librum domum ad se receperit mutuo, cum intra octiduum saluum ulro & non motus reddito: qui secus fecerit, beneficio indignus esto. VII Qui librum dato pignore extra Lipsiam evocaverit, & non statuto tempore remiserit, pignore luito.*

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Octobris Anno M DCC XXIII.*

JOANNIS FRANCISCI BUDDEI THEOL.  
D. & P. P. O. *Institutiones Theologiae dogmaticae  
variis observationibus illustratae.*

Lipsiae, ex officina Thomae Fritsch, 1723. 4.  
Alph. 10 pl. 2.

**R**eligioni sibi merito Theologus hinc exquisitissimae & eruditionis & moderationis ducere debuisset, post tot egregia scripta, hanc Theologiae partem unam intactam relinquere, nec ea, qua pollet, ingenii perspicacia, aeque ac docendi scribendive sollertia collustrare. Aetas nostra dudum desideravit ejusmodi librum, quo veritates divinae plane atque simpliciter, justo tamen ordine ac nexu continuo, proponerentur. Paucis ergo indicatimus, quidnam emolumenti ex hoc opere praeter ceteris sit nobis expectandum. Cel. Autor, ut solet, primariae doctrinarum capita, cum praecipuis argumentis, thesibus perspicuis complexus est: quibus singulis subjunxit adnotamenta uberius cuncta explicatura: Divisit opus, ne spissum nimis evaderet volumen, in duos tomos, ita tamen, ut paginae posterioris continua serie numerentur a pagina prioris ultima. Ut singula rectius dijudicari queant, ipsum hoc opus examinabimus ad characteres istos operis theologici consummati, in eximia Cl. Autoris praefatione commemoratos; quorum veritatem nemo, nisi futilis, in dubium vocabit. Ita enim luculenter patebit, quid praestantiae huic libro, praeter ceteris sui generis, insit. Est vero

*Character 1: Ut dogmata omnia, quae scitu creditaque sunt necessaria, exhibeantur; idque ordine bono, & nexu firmo, vid.*

*p. 91.* Non sufficit, nihil transmittere; sed firmus quoque veritas, ex principiis suis derivatum, requiritur nexus. Diu multumque frustra desudarunt Theologi in hoc capite. Quamcumque ingrediantur viam, remanent tamen doctrinae quaedam, quae extra ordinem inserere hinc inde coguntur. Si tamen seriem veritatum, & quod Auctor noster nescit, systema, conferamus cum alijs, reperiemus, multo concinnius omnia coherere, nihilque transmitti necessarii. Operæ pretium fuerit, verba ipsius Auctores ex præfatione heic legere. *Ad methodum, inquit, ordinemque tractationis quod attinet, cur ab ea, quæ in scholis Theologorum est usitata, discederem, nullam habui causam. Placeat equidem multis hodie methodus fæderalis, seu, quæ secundum ordinem fæderum Dei cum hominibus, incedit; nec negandum, ab iis, qui eam sequuntur, nonnulla subinde afferi, quæ minime sunt contemnenda. Simul tamen fatendum, eam neutiquam omnia, quæ in Theologia dogmatica scitu sunt necessaria, exhaustivire: unde illis, quibus ea probatur, multa ceu jam evicta assumenda, aut hinc inde inferenda sunt, ut suo satis instituto faciant.* Sed specialius ordinem consideremus. Opus est omne divisum in libros quinque; quorum *primus* complectitur prolegomena, fundamentum & principia Theologiæ duobus capitibus tradentia: ad illud pertinet doctrina de religione, quæ in formam scientiæ redacta dat Theologiam: ad hæc vero revelationes divini in sacro codice consignatæ. *Secundus* liber agit de Deo, ejusque operibus, ita quidem ut capite I) doceatur de Deo & Trinitatis mysterio, II) de operibus Dei in regno naturæ, creatione, tam corporum hujus universi, quam spirituum ac angelorum, eorumdemque conservatione; III) de operibus Dei in regno gratiæ, beatitate ac damnatione æterna hominum, deque connexis cum his, morte, resurrectione, judicio extremo. *Tertius* liber cognitionem hominis duobus capitibus nobis sistit. Quorum prius hominem ante lapsum in statu integritatis, cum imagine divina, considerat; posterius, post lapsum in statu peccati & miseriæ. Ex qua miseria qua ratione homo eluctari, atque imago divina restaurari queat, docetur libro *quarto*, quinque capitibus. Statim ab initio iudicium salutis nostræ, gratia

gratia divina universalis, ejusque diversæ œconomix, demonstrantur, simulque de sacramentis generatim consideratis differitur. Deinde medium salutis, Christus redemptor cum suo merito & satisfactione, consideratur. Dispicitur porro de medii hujus applicatione per fidem; quæ producitur in regeneratione & conversione. Edocetur denique hujus applicationis fructus, restauratio imaginis divinæ & in justificatione, & in sanctificatione. *Quintus* tandem liber media sanctificationis, inter quæ sacramentorum usus est, una cum ceteris *παραλειπομένοις*, habet: videlicet doctrinam de prædestinatione, de ecclesia, de ministerio ecclesiastico, magistratu civili, & statu domestico, seu privatorum. Si dicendum quod res est, pleraque libri hujus argumenta, si præter sacramenta, doctrinam de prædestinatione exceperis, quippe quæ locum suum in gratia universali obtinere posset, ad Theologiam moralem pertinent. Dedisse certe heic aliquid videtur magnus ille Theologus Autor consuetæ Theologorum tractationi: cum prægnantes causæ ipsi non fuerint fecius quid disponendi; imino, quæ caput causæ constituunt, rite ac concinne satis cohæreant. At correxisse hoc ipsum videtur, dum non tantum librum singularem, eumque ultimum hisce *παραλειπομένοις* tribuit; sed & in principio capituli cujusvis ejus qualemcumque cum præcedentibus connexionem exhibet. De cetero omnia ita bene cohærent, ut methodus antecessorum nostrorum, si cum hac conferatur, arenam sine calce exhibere videatur. Nexus vero arcus veritatis nobis unus omnem metum dogmatis cujusdam prætermitti eximit: igitur & Autor primis quibusque singulorum capitulum thesibus connexionem sequentis doctrinæ cum præcedente sollicitè tradit.

*Character II: Ut dogmata perspicue & luculenter explicentur, atque argumentis rationibusque solidis ac selectis demonstrantur.* Duo hæc merito requiruntur, explicatio & probatio. Ad explicationem quod attinet, haud quisquam negabit, veritates sacras, verbis ac formulis Scripturæ sacræ simplicibus propositas, facili a quolibet capi posse negotio. Sæpe tamen numero contingit, ut notiones, varias easque haud ita planas ideas involventes, distinctè evolvi necesse sit. Quod Autor noster statim ab initio



dogmatis cujuslibet egregie præstitit. Tum demum ad demonstrationem ipsam progreditur, ita ut primo veritatem directe confirmet; deinde dissentientium objectionibus respondeat. Ad prius ergo quod attinet, cum religio naturalis nihil, quod revelationi sit contrarium, continere possit; non potuit quoque Autor singulas veritates, in quibus fas erat, primo ex rationis lumine non demonstrare; tum demum argumenta ex Scriptura afferre. In quibus omnibus selectum & soliditatem respexit, bene memor, quod, qui infirmioribus aut inanibus rationibus pugnant, & causæ suæ diffidere, & veritatem profanorum risui exponere videantur. Quemadmodum præterea necessaria quoque est confutatio hostium veritatis: ita nec hoc sibi loco defuit Autor: idque fecit exquisita, & Viro Theologo ad veritatem strenue defendendam unice necessaria virtute, moderatione: qua quidem & aliunde dudum immortale nomen est consecutus. Omnes paginæ de ea loquuntur. Præterea cum veritas non tam emortuos dudum, quam vivos experiatur hostes; siquidem hi odio veritatis avito superaddunt novum, novaque excogitant & fingunt tela: id quoque sibi datum credidit Autor, ut præter controversias veteres, recentiores istas, quas ætas hæc fertilis protulit, curatissime expediret. Ubi non tantum historiam contentionis, sed & status controversiæ dispositionem præmittit: tum argumenta dissentientium, tam ea, quibus directe assertionem suam tuentur, quam quibus ad orthodoxorum argumenta respondere solent, proponit: subjungit denique refutationem distinctam utriusque generis probationum. Hujus præclarum nobis exemplum exhibuit in controversia de ἀποκαταστάσει πάντων, speciose oppido a Peterzenio defensa, p. 635. Religioni nobis ducimus, tot præclara exempla silentio prætermittere. Ita p. 16 luminis interni universalis patronis, speciatim Poireto, respondetur, evinciturque, nihil aliud homines istos hoc nomine venditare, quam naturale conscientiæ dictamen. Satis fit quoque hinc inde Joan. Clerici objectionibus, speciatim contra veritatem religionis Moisaicæ, p. 38; contra θεοπνευσίας Scripturæ, p. 126; circa nomina divina יהוה & אלהים, p. 252 & 261; contra mysterium Trinitatis & divinitatem Christi, p. 365, 389. Jo. Alph. Turretinus inveniet

monet idem *p. 58*, quid ea, qua par erat, moderatione respondendum sit ad ejus imputationem, ac si nostri Theologi articulos fidei æstimarent ex analogia fidei; ostenditur quippe, non hanc, sed analogiam fundamenti realis & dogmatici, quam Autor unus omnium demonstravit luculentissime, normam esse. At caute tamen in applicatione versandum, monet: siquidem non omnia omnibus sint fundamentalia; & pro diversa revelationis divinæ mensura quædam certo tempore cognitu ad salutem sint necessaria, quæ alio tempore non æque necessaria fuerint. Ubi perventum est ad quæstionem: an sacræ Scripturæ autoritas divina non aliunde, quam ex ratione adstrui possit aut debeat? mentio quoque injicitur *p. 145* controversiæ istius super hoc argumento, ex altera parte inter Jo. van der Wayen, Herm. Alex. Roellium, tandemque Henr. Hulsium, negantes, adeoque internum Spiritus sancti testimonium non admittentes; ex altera, inter Ulr. Huberum, aliosque, contrariam sententiam defendentes. Qua occasione Autor noster ad Hulsii argumenta respondit. Monet porro *p. 314*, quod Franc. Burmannus, asserendo, Deum nihil aliud facere posse, quam quod voluit aut decrevit, Spinozæ vestigia pressisse. Quod Trinitas personarum in Deo ex facultatibus animæ humanæ demonstrari nequeat, contra Mornæum, in primis Poiretum, *p. 343* evincitur. Michaelis Serveti genuinam de Trinitate sententiam ex libris ejus exhibet & refutat *p. 415. Pag. 424* expenditur Guil. Whistoni Arianismus, quem stabilire conatur per assertionem, quod epistolæ Ignatii longiores, seu interpolatæ, sint genuinæ; breviores vero, quæ vulgo pro genuinis habentur, non nisi ex longioribus excerptæ. Lites, quæ Whistono hac de re motæ fuerint, ibidem commemorantur *p. 441*. Systematis causarum occasionalium origo, historia, patroni, Malebranche, Gussenius, Baile, Jo. Chr. Sturmius, recensentur *p. 566*; inquiritur porro in argumenta eorum, tandemque ostenditur, 1) systema istud Deum facere causam immediatam & liberam omnium actuum malorum; 2) postliminio reduci errorem, quod Deus sit anima mundi; turpissimum Spinozismum; 3) rationes omnes in contrarium allatas, si quid probent, id saltem probare, causas secundas sine numinis concursu efficere nihil posse.

posse. Hinc Autor venit *p. 569* ad sententiam Leibnitii: qui uti ex hisce anfractibus sese extricaret, materiæ ipsi vim activam tribuit. Huic addit Autor *p. 570* *въсприимъ*: „Materiæ quidem in se spectatæ nullo modo tribui posse vim activam: prout tamen in certis corporibus atque cum certa dispositione spectetur, tum quidem vim quandam activam illi tribui posse, quam Deus ipse corporibus istis concesserit: ut adeo agant ista per vim sibi propriam, sed a Dei concessione derivandam, & in numerum causarum proprie sic dictarum, recte referantur. Disputatur & *p. 625* contra Lockium, impios per mortem annihilari asserentem. Mentio injicitur *p. 645* controversiæ inter Roellium & Vitringam, Theologos Reformatos: quorum ille mortem piis pœnæ nomine irrogari, immo, Christum nos eatenus tantum liberasse a morte, ut aliquando resurgeremus, affirmavit: hic vero, cum aliis contrarium acriter defendit. Autor idem idem negat, mortem piorum pro pœna proprie sic dicta haberi posse, & distinguit cum Grotio inter pœnam, & incommodum. Ad quæstionem, an in judicio extremo peccata piorum æque publicanda sint, atque impiorum? ita respondetur *p. 667*, ut præferatur sententia negantium. Inter signa adventus Christi ad judicium propinqua *p. 672* Autor noster cum Jo. Gerharo refert insignis multitudinis Judæorum conversionem, quæ in exiguo temporis spatio fiet: ita tamen, ut chiliasticos errores removeat. Non minus & *p. 674* spem meliorum temporum hunc in censum adducit, ita tamen, ut, sine omni errore chiliastico, salva maneat fœderis gratiæ œconomia. Huncce tamen ecclesiæ splendorem insignem, & feliciorum statum, ante adventum Christi horrendis iterum obscuratum iri tenebris, autumat: quo ipso satisfit iis, qui loca, Luc. XVIII, 8, Apoc. XX, 8, 9 huic sententiæ obstare clamitant. Historiam lapsus primorum parentum a calumniis profanorum egregie tuetur *p. 796*. *Pag. 808* respondetur Dan. Whitby argumentis, quibus imputationem peccati adamitici posteris in reatum, ceu injuriam est aggressus. Quæ nostra ætate de origine mali, cum primis inter Bælium, Jaquelotium, Kingium, Juræum, Bernardum, ceteros, passim sunt disputata, eorum conspectus *p. 882* habetur: examinaturque Bælii Manichæismus.

Pro-

Proponitur hac occasione p. 884 Leibnitii sententia, qua inter perfectiones systematis hujus mundi refert, quod tot tantaque bona mixta sint nonnullis malis. Contra quam quædam dubiorum suorum p. 890 profert Autor. Pireti & Peterfenii opiniones de corpore Christi cœlesti examinantur p. 1016, 1148. Nec intentatæ plane prætermittuntur intestinæ nostratium controversiæ de fidei justificantis natura, p. 1333, 1423. Post enarratam contentions, an baptismus per immersionem an vero per adspersionem sit conferendus, historiam, & rationes ab utraque parte probe ponderatas, addit p. 1446 moderatam judicium: „Minime reprehendendos istos, qui licet adspersionem non rejiciant, optent tamen, ut ab immersione nunquam discessum fuisset, aut ea, si fieri possit, postliminio revocaretur. Pag. 1463 commemorat difficultates, in quas se conjiciant Reformati, efficaciam baptismi negantes, & nihilo tamen minus pædobaptismum defendentes: simulque Witsii dissertationem, de efficacia baptismi in infantibus, dijudicat. Quas Tertulliani locus, de facultate administrandi S. Cœnam laicis non deneganda, superiori sæculo excitavit lites, Autor p. 1486 enarrat; & hac occasione recenset præcipua momenta ex H. Grotii dissertatione de Cœnæ administratione, ubi pastores non sunt. Werenfelsii disputatio in verba Domini: hoc est corpus meum, p. 1509 ex instituto, & modeste expenditur: simulque ostenditur, nequaquam nostros in hac materia nodum in scirpo quærere. Tandem & p. 1557 Jo. Alph. Turretino, dissentium de sacra Cœna inter nostros & Reformatos Theologos fundamentalem esse neganti, respondetur. Sufficiant pauca hæc. Superessent ceteroquin singularia innumera, qua demonstrandi methodum, qua materialium selectum.

*Character III: Ut utilia & profutura caute secernantur ab iis, quorum facile caremus notitia.* Ita veritatem magis explicare & probare, quam multas opiniones hominum enumerare voluit Autor nosler. Scholastica Theologia, ejusque methodus causalis, ab nugis & subtilitatibus stultis instructissima, hoc nomine merito rejecta est; ut Autor p. 94 observat. Ex quo vero idem dogmata fundamentalia a non fundamentalibus ubique egregie discre-

discrevit, quod & in hac re partibus suis satisfecerit, non est, quod dubitemus.

*Character IV: Termini ex Philosophorum scholis petiti ut adhibeantur sobrie; ne per eos, quae clara sunt, obscurentur, quae plana, salebrofa evadant.* Genius ætatis nostræ is est, qui veritates magis quærat, quam inania verborum mytheria. Cum in Theologia verferis, an putes, notiones theologicas ex Philosophia potius, quam Scriptura sacra hauriendas? Sacræ Scripturæ debemus, quod clare & distincte, terminis philosophicis, quod non nihil obscurius proponi possint veritates cœlestes. Non defunt exempla. Autor noster, ubi p. 71 Theologiam per *scientiam* definit, non nescius, quam insulsæ sæpe contentiones de genere Theologiæ acerbissimis animorum motibus fuerint agitatæ, addit: „Vocem hanc (scientiam) ita accipimus, prout in „Scriptura sacra accipi solet. Qui enim ex Philolophia, præfer- „tim Aristotelica, vocis hujus significationem hauriunt, flexus & „anfractus sibi ipsis disponunt, ex quibus non sine difficultate „quadam se expediunt. Aliud addamus. Postquam Autor p. 1320 enarraverat, quam acriter sæpe inter nostrates fuerit disceptatum, an fides in justificatione habeat rationem causæ impulsivæ minus principalis, an vero instrumentalis? remque ipsam ad mentem Scripturæ expedivit, addit: „Magnopere vellem, ut istæ conten- „tiones, ex intempestivo studio, terminos metaphysicos ubique „ingerendi, ortæ, procul faceflere juberentur. Interim Autor noster adeo non abhorret sobrium eorundem usum: ut potius ipse in adnotationibus suis sollicitè indicaverit, quo modo dogma, in thesibus exhibitum, in scholis philosophorum nuncupetur.

*Character V: Fontes & cause errorum ut sollicitè indicentur, quippe quod ad veritatem & illustrandam & confirmandam plurimum valet.* Si vel maxime daremus, quod historia Theologiæ satis luculenter sit hinc inde exposita: nemo tamen infitiabitur, quod Theologia historica hætenus intacta mansit. Quare cum Autor noster præcipue id egerit in hoc opere, ut post exposita dogmata, eorundem historiam & fata accurate concinnaret: merito & illustrem sibi conciliavit famam, & immorta-  
les

les demeruit gratias. Ita primo errorum, deinde & veritatis historiam pertexere solet. Errorum fontes ex statu duplici, securitatis & servitutis, unde & fit ut hi plus, illi minus, quam debebant, rei cuidam tribuant, derivat. Deinde præjudicatas opiniones privatas errantium, originem, propagationem, fata, circumstantias ceteras erroris historicas probe considerat; quibus auxiliis incrementa sumserit, aut depressus sit. Hoc eo spectat, ut & eo facilius confutari, & insidie Satanæ eo luculentius animadverti possint. Ita neminem pigebit exempli loco inspicere p. 1274, ubi satisfactionum & indulgentiarum origo; & p. 1559, ubi scaturigo errorum Pontificiorum circa sacram Cœnam detegitur.

*Character VI: Vera doctrina conservatio ac propagatio mirifica ex genuinis antiquitatis & historiarum fontibus exhibetur.* Alterum hoc est Theologiæ historicæ caput. Ita enim providentia Dei miranda circa veritatis conservationem perspicitur. Autor noster eundo per singula a Christo nato sæcula, faciem doctrinæ ecclesiæ veræ exhibet; adhibetque veritatis testes, tam qui directe probando, quam qui adversariis respondendo causam veritatis egerunt.

*Character VII: Uti cuncta stilo, quantum fieri potest, puro & eleganti exponantur, ut a barbarie & squalore non minus, quam ineptiis Scholasticorum nos alienos demonstramus.* Egregiam videlicet istam & perspicuam pure latineque scribendi facultatem, qua Autor dudum innotuit, hoc quoque opus expertum esse, constat. Attamen ne nimia puritatis affectatio obscurum faceret scribendi genus, retinuit vocabula, & formulas, quas dicunt, ecclesiasticas, a plerisque doctorum veteris ecclesiæ usurpatis: quamvis ætatem Ciceronianam non sapiant.

*Character VIII: Nihil denique non agamus, ut & fides ipsa incrementum capiat, & in vitæ sanctæ studio quotidie proficiamus, nec doctiores tantum, sed & meliores evadamus.* Autor noster, postquam caput quoddam doctrinæ exposuit, ejusque historiam nexuit, sub calcem totus usque est in eo, ut doceat, quid ad vitæ & Christianismi praxin ideam faciat. Attamen non

omnia hujus generis monita ad finem releganda sibi præsumsit: quin & hinc inde ipsi dogmatis tractationi talia interferat. Ita p. 1236 monet, frustra nos peccata actualia detestari, aut fugitare, nisi vis habitualium prius infringatur. Pag. 1264 varias rationes allegat, quibus homines gratiæ divinæ resistere solent. Ita omnis in eo Autor est, ut practice totam Theologiam proponat. Quid enim juvat si scias, nisi sapias.

**RERUM MOGUNTIACARUM VOLUMEN**  
*Primum & Secundum &c. accurante* **GEORGIO**  
**CHRISTIANO JOANNIS.**

Francof. ad Moenum, ap. Jo. Maximilianum a Sande, 1722, fol.  
 Vol. I Alph. 15; Vol. II Alph. 107.

**M**agno rei historicæ commodo in mentem venit spectato Bibliopœ, *Maximiliano a Sande*, Nicolai Serrarii S. J. Res Moguntiacas nova editione procurata restituere: ita enim factum est, ut a *Zachario Conrado ab Uffenbach*, Senatore Francofurtanorum amplissimo, sibi persuadere pateretur, ut aliis Moguntinis Scriptoribus Serrario junctis justam illustrissimæ Sedis Historicorum Monumentorumque collectionem conficeret, commendaretque operis insignis curam Cl. *Joannis*, Viro sane doctissimo & si quis alius, diligentissimo. Excussit hic magna fedulitate Bibliothecas, quas potuit, omnes, sectatusque est magno studio, quicquid ad Moguntiam illustrandam facere poterat, nec sane incassum, ut ex primi Voluminis præfatione apparet, in qua Bibliothecam Historicam Moguntinam tradit, & ordine Scriptores de Topographia Archiepiscopatus, de præ eminentia Ecclesiæ, de Episcopis & Archiepiscopis, singulis etiam, ut S. Crescente, S. Aureo, S. Maximo, S. Bonifacio, Lullo, Rabano, Sonderoldo, Hildeberto, Hattono II, Willegiso, aliis, de Prælati & Canonicis, de Suffraganeis, de Sanctis Moguntinensium, quales habentur S. Albanus, S. Rupertus Confessor, S. Hildegardis, de Ædibus Monasteriisque, de Conciliis, de Romanorum monumentorum reliquiis, de Nummis quibusdam Moguntinis, de excidio Urbis, de terræ motu ibidem 1528 observato, de  
 memo-

memorabilibus quibusdam Moguntinis antiquioribus, & artis Chalcographicæ inventione recenset. Ex his perire multa, aut latent, nonnulla primam aut iteratam lucem haud merentur, reliqua his Voluminibus complexus est, aut dabit in sequentibus Clarissimus Joannis.

Primum locum occupant *Nic. Serrarii Res Moguntinae*, ornate, docte, & magno cum studio scriptæ, ita tamen ut multa diligentia Cl. Editoris relicta esse, nunc satis constet. Hic etenim effecit, primum, ut mendis typographicis sublatis correctiores limatioresque prodierint, capita in paragraphos distinxit, ubi deficere vilis est Serrarius in rebus antiquioribus pariter atque recentioribus, aut a temporum ordine recedere, omne id, quicquid fuit, vitii aut defectus tollere annisus est notis aliquando sat uberibus, usus imprimis adjutore & monitore Illustri Viro, *Valentino Ferdinando de Gudenus*, cujus circa suos Moguntinos merita passim prædicat Cl. Joannis, & cum Serrarius in anno superioris seculi quarto finiat, ad hujus exemplum Historiam Illustrissimæ sedis ad præsentem usque ætatem exsecutus est, rebus Joannis Suicardi origine Cronbergii, Georgii Friderici gente Greiffenclawii, Anselmi Casimiri prosapia Wamboldii, Joannis Philippi ortu Schönbornii, Lotharii Friderici familia Metternichii, Damiani Hartardi stirpe antiqua von der Leyen sati, Caroli Henrici e Metternichiis oriundi, Anselmi Francisci stemmate Ingelhemii, & Lotharii Francisci, quem Principem annis, meritis, dignitate eminentissimum omnes boni venerantur, apte & concinne. Tabulis etiam genearchicis & Pontificum Romanorum Bullis insertis, memorizæ proditis. Nec omnittenda est demonstrata in Indicibus diligentia, quorum primus Sanctæ Sedis Moguntinæ Antistites, secundus Autores notatos aut illustratos, tertius pagos, comitatus, urbes, oppida, castra, vicos, villas, monasteria, montes etiam, sylvas, & fluvios, quartus Pontifices, Archiepiscopos, Episcopos, Duces, Comites, Nobiles, quorum vel literæ, vel nomina, vel res in annotationibus & continuatione e tabulis ac literis manuscriptis adducuntur, quintus denique res memorabiles copiosissime complectitur.

Altero volumine in unum collecti sunt Scriptores plures mi-



noris molis, & momenti, sicum Serrario conferantur, neque tamen nullius, & in quibus omnibus Cl. Editoris spectanda & laudanda est diligentia. Frontem exornant *de S. Crescente, S. S. Aureo & Justina, S. Albano, S. Lullo, B. Rabano & B. Bardone Commentarii Historici Danielis Papebrochii & Joannis Mabillonii* ex Sanctorum Antverpiensibus, & Sanctorum Ordinis Benedictini Actis, majoris pretii operibus excerpti, quod ad res Moguntinas apprime spectant, ubi in præfatione Cl. *Joannis* ex tabulis *Ruthardi Archiepiscopi Moguntini* observat *Haesbediensem* S. *Justini* Basilicam olim in oppido *Höchst*, uno infra Francofurtum milliari exstitisse, de qua, ubi terrarum sita fuerit, *Papebrochius* in Commentario de *S. S. Aureo & Justina* edoceri cupiverat, quod ideo hic repetendum duximus, ut omnibus constet, non esse hominis unius etiam doctissimi declarare omnia & in luce collocare, superfore semper aliquid & suo maxime cuilibet in loco, quo Antiquitatis notitia magis magisque explicari poterit. Proxima est *Narratio de Cæde Arnaldi Archiepiscopi Moguntini* seculi post C. N. duodecimi medio a seditiosis nonnullis perpetrata, vernaculo sermone ab homine longius etiam ab ista ætate remoto conscripta, neque tamen spernenda, quam adeo culte, ut affolet *Noster*, in latinum sermonem conversam hic legere est. Tertium locum occupat *Chronicon*, tum ab aliis tum ab *Georgio Helwichio* de omni Historia Moguntina optime merito editum, *Conradi*, incertæ ætatis Episcopi, vel potius *Christiani II Archiepiscopi Moguntini*, ut Cl. *Joannis* in præfatione repetitæ huic prælectioni præmissa haud abs re contendit. Annos illud CX complectitur & in quinquagesimo primo supra mille ducentos definit. Juxta sequitur laudatissimi *Helwichii* Metropolitanæ Ecclesiæ Vicarii *Moguntia devicta*, hoc est, de dissidio inter duos Archiepiscopos *Dietherum Isenburgium & Adolphum Nassovium*, Comites, de Archiepiscopatu contendentes, nec non de Urbis Moguntinæ expugnatione & direptione A. MCCCCLXII facta, *Narratio Historica*, laudabili sane opera ab Autore descripta, a *Nostro* notis illustrata. *Jacobi Manlii*, Historici & Consiliarii Imp. *Maximiliani I, Historia collata Cardinalitia dignitatis in Albertum Moguntinum* proxime legitur, & post hanc *Helwichii*

*Helwichii Elenchus Nobilitatis Ecclesie Moguntinae* h. e. omnium Prælatorum ac Canonicorum Ecclesie Moguntinensis brevis enumeratio & descriptio, laudabili conatu conscripta, cujus tamen luminibus omnino maxime nunc officit lateri Elenchi Helwichiani junctas *Syllabus Prapostorum, Decanorum, Custodum, Scholasticorum, Cantorum, & Canonicorum Ecclesie Metropolitanae Moguntinensis* plenior & accuratior recens concinnatus, & ad præsens usque tempus perductus, ab Illustri Viro *de Gudenus* ex omni generis monumentis congestus, a Cl. Editore, ut ingenuus fatetur, digestus, qui & Elenchum Suffraganeorum Moguntinensium ex schedis Helwichianis concinnatum, suaque & Illustris Patroni opera diligenter auctum adjecit. Mox ordine sequuntur *Chronica* per insignium, quæ Moguntia sunt, *Ecclesiarum ad S. Petri, S. Stephani, S. Victoris, B. M. V. ad gradus, S. Crucis, S. Joannis, S. Mauricii, S. Gangolfs Collegiarum* recens a Cl. Editore concinnata, quam diligentiam mereri visæ sunt istæ Ecclesie, quod sua diplomata, necrologia, commentaria, idque genus scripta alia inspiciendi describendique prompte copiam fecere. Multa cura versatus est *Helwichius* in *Chronico Monasterii, jam Collegiatae Equestris ad S. Albanum* conficiendo, illudque saxum ter volvere aggressus est. Eruit istos labores Cl. *Joannis*, ex omnibus unum effecit, & suis annotationibus auctum modo memoratis chronicis junxit. Abbates Monasterii D. Jacobi in Monte Specioso prope Moguntiam Scriptorem nacti sunt Cœnobii sui Priorem *Joannem Autensi*, patria Witlichium, cujus *Catalogum* dedit, ut potuit, Cl. *Joannis*, daturus meliorem, si Abbas, qui hodie istum gregem regit, multis & enixis precibus Nostri reliquisset locum, & suppeditis sui Cœnobii monumentis innocuum antiquitatis patriæ studium juvisset, cujus invidi aut morosi hominis, non nomen, quod reticuit Cl. Editor, si hoc quidpiam pœnæ est, reticendum, sed in tanta etiam inter Catholicos antiquitatis patriæ cupidine indignum facinus in his nostris Annalibus jure atro calculo notamus. Agmen claudunt Cl. *Joannis de Carthusianorum, Carmelitarum, Augustinianorum, Dominicanorum, Franciscanorum, Capucinarum extra & intra mœnia Moguntina Cœnobii, nec non Albanorum*

*rum Dominarum, D. Clara, D. Agnetis, Sororum de tertia Francisci Regula, Congregationis B. M. V. in Urbe Parthenonibus dissertatiuncule*, quibus, ut dies solet docere diem, Additiones & Emendationes, & tot, talesque Indices, quot qualesque in primo volumine occurrant, subnectantur, nisi quod primus qui, ut diximus, in altero Volumine est Episcoporum & Archiepiscoporum sit in hoc opusculorum & dissertationum. Superest, ut Cl. Editor Tomo tertio sui operis Codicem diplomaticum, ut animo presentimus, locupletissimum nobilissimumque, & quarto reliqua Rerum Moguntinarum, *Helwichtii* Chronicon Lauris-hamense, *Jo. Maur. Gudeni* Historiam Erfurtensem, una cum Suffraganeorum Erfurtensum Catalogo, *Jo. Andr. Schmidii* dissertationem de Conciliis Moguntinis auctiorem, *Jo. Huttichii* Antiquitatum in Urbe & Agro Moguntino repertarum Collectanea, *Guisl. Ern. Tenzelii* de Numis Moguntinis Schediasma, Inscriptionum in templis Moguntinis potiorum *Sylogem*, de Vicariis in xde principe *libellum*, de Academia Moguntinensi *Commentariolum*, de Patriciis veteribus Moguntinensibus *Narrationem*, de doctis Moguntinis *dissertationem*, de Arte Typographica *Disquisitionem*, alia, in lucem proferat, quo nomine ei vitam prosperam, otium doctum, & bibliopolam obsequentem apprecamur.

**CORPORIS HISTORICI MEDII ÆVI, A  
JOHANNE GEORGIO ECCARDO  
editi,**

**Tomus II.**

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii B. Fil. 1723, fol.  
Alph. 12 pl. 19.

**C**Um de primo exquisiti Operis Tomo dictum sit Mense superiore, nunc de altero quoque strictim agemus, qui scriptorum gravitate tantum abest, ut priori cedat, ut potius illum superet. Qui diu eruditis avide expectatus fuit, *Udalrici Babenbergensis Codex Epistolaris*, quem e Codice Casareo Vindobonensi

nensi descripsit Noster, primum hic occupat locum, anno 1125  
 eo, ut liquet, consilio compositus, ut chartarum inde & epistola-  
 rum formulæ haberi possent, unde factum, ut nomina propria  
 personarum & locorum plerumque omitterentur. Primus Se-  
 bastianus Tengnagelius, Bibliothecarius Cæs. quædam inde *Ve-*  
*teribus Monumentis* Ingolstadii 1612 editis inseruit, alia Gretse-  
 ro communicavit, quæ is *Divis* suis *Bambergensibus* in-farfit;  
 nec ita omnia latere potuere, quin quædam, aliunde licet acce-  
 pta, a Goldasto in scriptis pro Imperio fuerint vulgata. Cum ve-  
 ro R. P. Bernardus Pez in Codicem hujus operis Zwetlensem ve-  
 tu-tissimum incidisset, eum integrum prelo dignum reputans, in  
 his ipsis Actis 1717 p. 30 Conspectum Codicis dedit, ejusque  
 edendi spem nobis fecit, simulque, quænam ex his documentis  
 edita jam sint, indicavit. Hinc mox, ut ex Actis ejusdem anni  
 p. 315 constat, prodiit Epistola ad Jo. Burch. Menckenium no-  
 strum, sub ficto Angeli *Fontejis*, Veronen-sis, nomine exarata,  
 quam tum quidem Cl. Fontanino tribuendam conjecimus,  
 postea vero Ill. Virum Jo. Benedictum Gentilott ab *Engelsbrunn*,  
 nuper a præfectura Bibl. Cæsareæ ad Auditoris Romani amplif-  
 simum munus vocatum, autorem habere intelleximus. In hac  
 cum Autor Pezium admonuisset, alia insuper, quam quæ ipse de-  
 notaverat, monumenta ab aliis jam prodita, eoque vix operæ  
 pretium putasset Codicem evulgari, imo vel ideo supprimen-  
 dum esse, quod in controversiâ, quæ Hildebrando cum Hen-  
 rico VII intercesserit, multa hic exstent, quæ evulgari haud ex-  
 pediat ecclesiæ; nec sibi quidem defuit M. R. Pezium, editaque  
 mox Dissertatione apologetica, de qua pariter diximus in Actis  
 A. 1718 p. 345, nihil in rebus antiquis supprimendum, nec quam  
 recte, sed quid senserint veteres, dispiciendum, dextre admodum  
 docuit; ab editione tamen Codicis ab eo tempore, nescimus qua  
 de causa, abstinuit. Succedunt apud Nostrium 2) *Hincmari Ar-*  
*chiepisc. Rem. Epistola*, quas cum nondum editas credidisset Cl.  
 Eccardus, utpote in edit. Operum Hincmari Sirmondiana non  
 extantes, e Codice, qui olim Monasterii S. Kiliani Wirceburgensis  
 fuit, nunc publicavit: comperit tamen, postquam typis jam ex-  
 cussæ essent, easdem antea a Lud. Cellotio post Concilium Duzia-  
 cense,

cense, & a Labbeo & Cossartio Concilior. univ. Tomo VIII p. 1789 sq. jam evulgatas. 3) *Hermannii Corneri Chronicon*, e Bibliotheca Senatus Luneburg. ita productum, ut omissis vetustioribus ab O. C. res a Caroli M. tempore ad A. 1435 gestas exhiberet; quem Codicem Lubecensi & Helmstadiensi multo auctiorem, eoque in titulo *Historiam novellam* dictum, putat. Observat enim Noster, scriptoribus medii ævi in more positum, ut initio strictim procederent, & quoties novas darent operum editiones, aliquid hic illic adderent, quod imprimis Engelhusii Chronico accidisse ostendit. Ceterum ut Hermannum hunc autoribus aliis hætenus ineditis frequenter usum, ita ad eum quoque nondum editum Scriptores graves haud paucos provocasse, diserte probat, iisque, qui plura de eo cognoscere cupiant, V. C. Johannis Henrici von Seelen Selectorum Litter. Specimen III commendat. Porro cum Bongarsius Francorum potissimum in Terram S. expeditiones collegerit, operæ pretium putavit Noster, ut Germanorum quoque de his scripta quædam conservarentur, maxime cum non parum ex illis commodi redundaverit in Rempubl. scientia nempe rei militaris, ars nautica, commercia cum Orientalibus instituta, aliaque, majori opere aliquando, ut spondet, exponenda. Itaque hic exhibentur 4) *Anon. Via Hierosolymitana*, seu succincta itineris in Terram S. descriptio, e membrana Bibliothecæ Cizensis deprompta; 5) *brevis Historia occupationis & amissionis Terræ S.* a Godofredi Bullionei expeditione usque ad finem Seculi XII, e membrana Electoris Moguntini; *Oliverii Scholastici*, Episcopi Paderbornensis & post Cardinalis, de quo varia e medii ævi scriptoribus profert Noster, opus duplex, alterum 6) *de Regibus Terræ Sanctæ* ab A. 1095 ad A. 1218, alterum 7) *Historia Damiatina*, qua illud quodammodo continuatur, ab A. 1217 ad A. 1227, quo Autor ex expeditione sacra reversus; quod utrumque e membrana Monasterii B. Ludgeri Helmstadiensis ad Nostrum pervenit, qui tamen ut prius scriptum nunquam editum profitetur, ita posterioris partem aliquam tum a Bongarsio, tum a Thoma Gale inter Scriptores Anglicanos, sine nomine quidem Autoris, editam non diffusetur; 8) *Relatio de Davide Rege Tartar-*

*sarorum Christiano*, (et membrana Cizenli) quem e Presbyteri Johannis gente oriandum circa A. 1222 jaſtabant afflictis Chriſtianorum in Palaſtina rebus operam laturum, ut animos militum erigerent; quantum vero in his rumoribus veri fuerit, in medio relinquit; 9) *Poema vetus Germanicum de amiſſione Terra S.* ſatis prolixum, ſed tamen aliqua ex parte mutilum, quod ſeculo XIV ſcriptum, Noſter notulis nonnullis, quibus vetuſtum illud idioma illustratur, ſubiade ornavit. 10) *Alexandri Benediſti, Voron. de rebus a Carolo VIII G. R. in Italia geſtis Libri II.* cujus libelli Autor in exercitu Veneto adverſus Carolum coaſto Medicus fuit, nec inepte res A. 1495 ſequ. in Italia geſtas deſcripſit. 11) *Catalogus Pontificum Rom.* circa A. 1048 confeſtus, e Codice Regio Hanov. 12) *Amalrici Augerii de Biterris Actus Roman. Pontificum* uſque ad A. 1321, pariter e Codice Reg. cujus libri nihil editum ineminimus praeter Vitas Clemeatis V & Johannis XXII, a Baluzio Vitis Papparum Avenion. inſertas. 13) *Jo. Tritheimii Nepiacus* i. e. libellus de ſtudiis & ſcriptis propriis, quem Noſter cum ejusdem Epist. L. II Epistola LI & Jo. Durachii, diſcipuli, Epistola, Freherianæ Operum Tritheimii editioni praemiffa, conferri jubet, ſimulque notat, Codici chartaceo, unde hæc deſcripſit, praemiffa fuiſſe verba: *Jo. Tritheimius, Abbas Spanbeimensis, & S. Jacobi Herbipolensis & Philoſophus ſummus, naſcitur Tritheim ad Moſellam tertio a Treveris lapide 1462 Kalend. Febr.* 14) *Prophetia Satyrice in Papas aliquot ſeculi XIII & XIV*, ab anonymo circa finem ſeculi XV compoſita, & a Malachie prophetiis proſus diverſæ, e Cod. Reg. quo & *Amalricus* continebatur. 15) *Magiſtri Vulgerii verſus*, e Codice Berolinenſi hauſti, lepidi ſunt & Papæ Bonifacii imprimis VIII, ut credibile, clerique mores acriter perſtringunt. 16) *Excerpta Jo. Huſſi condemnationem concernentia*, pauca quidem ſunt, e Bibliotheca Senatus Hamburg. depromta, at hiftoriam Concilii Conſtantienſis non parum illustrant. 17) *Stephani Infeſſura, Senatus Populi que Rom. Scriba, Diarium urbis Roma*, ab A. 1294 ad A. 1494, partim Etruſco partim Latino ſermone compoſitum, e Codd. Berolinenſi & Hanoverano, inter ſe collatis. Exponuntur hoc Diario, quæ ſtatum Urbis.

bis, familias illustres & concertationes Urfinorum, qui Guelfis, & Columnensium, qui Gibellinis favebant, nec Papparum vitiiis parcitur. 18) *Jo. Burchardi, Ceremon. Magistri, Diarium Curria Romana sub Alexandro VI Papa*, cujus excerpta, ab homine Gallo Gallice partim, partim Latine conscripta, e Guelferbytana Bibliotheca A. 1696 vulgaverat G. G. Leibnitius, nunc integrum fere e Berolinensi, collata tamen Leibnitiana editione, productum. 19) *Norberti Abbatis Iburg. Vita Bennonis Ep. Osnabr.* A. 1118 conscripta, e Codice authentico Iburgensi, ut & 20) *Mauri Rostii Vita S. Bennonis*, elegis non inelegantibus in compendium missa. 21) *Golscheri & An. cujusdam Gesta Archiepisc. Trevirensium ab A. 1132 ad A. 1259 continuata*, e Bibl. Collegii S. J. Trevir. a Weimano Collegii Rectore liberaliter communicata, quibus ea, quae jam Leibnitius in *Access. Histor.* usque ad A. 1132 publicavit, quaeque a Nottio in *Præf. e Codice Trevirensi* paucis locis suppiuntur, continuari facile patet. 22) *Catalogus Episc. Augustanorum & Abbatum S. Afræ* usque ad Friderici I Imp. ætatem, e membrana Bibl. Reg. Hanov. qua & Otto Frisingensis continetur. 23) *Breve Chronicon Episc. Ratisbonensium* usque ad A. 1296, e Cod. Hamburgenti, quod ob interspersa diplomata commendatur, tum & 24) *alius Catalogus Ep. Ratisb.* ab A. 730 ad A. 1368, e Cod. Bibl. Patrum Franciscan. Herbipolensium. 25) *Chronica Præsulum Spirensis civitatis* ab A. 727 ad A. 1512, ut & 26) *Catalogus Episc. Spirensium*, cum aliis nonnullis, quae cuncta e Cod. Hanoverano descripsit Cel. Editor. Ceterum idem & Tertii Tomi, qui imprimis Episcoporum Germanicæ Monasteriorumque insigniorum gesta illustrabit, spem nobis facit, si hæc, quod minime dubitamus, applausum meruerint; nec diffitetur, Indicem Tomi hujus secundi debere Viro Cl. *Polycarpo Leysero*, Jur. Medic. & Philos. Doctori & Poeseos in Acad. Julia Professori.

**SELECTA SCRIPTA ILLUSTRATA, QUÆ graves materias in causis publicis tum Germanicæ Procerum, tum exterorum Principum concernunt, edita & collecta a JO. CHRISTIANO LUNIG.**

Lipsiæ,

Lipsiæ, apud hered. Frid. Lanckisch, 1723, fol.

Alph. 12 pl. 12.

**C**UM Autor Cl. Archivum Imperii, XXIV spissis in fol. Voluminibus comprehensum, tum Ceremoniale gentium, Consilia politica, Jura Principum seu Deductiones, Cancellariam item Imperii & scripta alia, Germanico potissimum idioma te conscripta, absolverit, nunc pro immenso cimelia ista colligendi studio id agere videtur, ut spicilegia instituat, novis subinde titulis, si visum fuerit eruditis, edenda. Certe in hac nova Collectione, quæ scripta maximam partem Germanica CXX complectitur, nihil fere reperias, quod non vel ad Deductiones jurium summorum Imperantium, vel ad Consilia a Viris illustribus in re ardua suppeditata referri possit, in quibus digerendis hunc secutus est ordinem, ut Cap. I quæ Cæsarem & gentem Austriacam, II quæ generatim Electores & Status Imp. III speciatim Electores, IV Status Eccl. & Pol. Germ. V Comites, VI Nobiles Imp. VII Urbes, VIII summa Judicia Imp. IX Regna & Status exteros, & denique X res miscellaneas spectant, exhibeat. Sunt in his scripta hæcenus inedita, aliaque rarissime obvia, quibus quidem recensendis supersedere nos posse arbitramur, cum omnes, quibus cognita sunt Cl. Lunigii nostri scripta (quem vero lateant?) quid in hac collectione expectare debeant, haud difficulter intelligant.

*AUGUSTINI LEYSERI, IN ACADEMIA JULIA, quæ Helmstadii est, I Cris. in Tribunali Guelpherbytano Assessoris, Meditationes ad Pandectas, quibus præcipua Juris capita ex antiquitate explicantur, cum Juribus recentioribus conferuntur, atque variis celeberrimorum Collegiorum Responsis & rebus judicatis illustrantur. Primum in Academia Julia ad disputandum propositæ, nunc in unum corpus collectæ, summa cura recognitæ & auctæ.*

*Volumen I.*

Kkk 2

Lipsiæ



Lipſiæ &amp; Guelpherb. apud Godfridum Freytagium, 1717, 4.

## Volumen II.

Ibid. ap. Jo. Christoph. Meifnerum, 1723, 4.

Alph. 6 pl. 14.

**C**onſultiſſimus Autor poſt varia eruditorum ſtudia, qui de Pandectis bene meruerunt, ad illas novo ingenio & ratione adhuc paucis familiari commentatur: non ut contextu ordine omnem juris diſciplinam traderet; ſed uti, prout quæque in manus inciderant, varia & aliis vix obſervata, quæ delectare legentem &, quamvis alia noverit, ſuſpenſum tamen etiam tenere poſſint, ad plurimos titulos notare. Nexui textuum & titulorum ſtudioſe non inhæret, ſed uti quæque digniſſima & ab aliis feſtinantiuſ exacta viſa ſunt, in materiarum ſedes involavit. Quæ trita & ſuperioribus jam tum ſatis excuſſa ſunt, non moratur, ut ſæpe adeo ad integros titulos e. g. a tit. VIII ad XXI L. I, Tit. III L. II, a Tit. VIII-XII ejuſdem, alioſque nihil moneat, ex quibusdam titulis ſingula ſaltem capita e. g. ad tit. d. R. Div. ſaltem materias rerum eccleſiaſticarum, publicarum mobilium & immobilium excerptat, reliqua intacta relinquit, ad quosdam titulos large & copioſe, e. g. ad Tit. III L. I de Advocatis, fere centum foliis diffluat, ad alios parcius modo & guttatim deſillet, pro cauſæ cujuſvis modulo & neceſſitate. Rem omnem pluribus diſſertationibus ſejunctis & a diverſis juvenibus olim in Academia excuſſa ita diviſit, ut ad ſingulos titulos interdum plures pertineant, quæ certis deinde paragraphis non ſemper ſtudioſo quodam nexu colligatis, ſed breviusculis & abruptis, quorum materiem & dignitatem ut facilius cognoſcas, cujuſvis rubrum oſtendit, continentur. Unde capias, illum jura non in diſciplinæ aut artis modum concinnare, ſed angere quæ alii dixerint, & in melius referre, adeoque intelligentes jam tum rerum illarum, qui aliunde hauſerint rudimenta, ad altiora ſenſum & magis implicata perducere. Priora poſterioribus raro cohærent, ſed quævis ad alia atque alia pertinent, ut ſolet in illis accidere, quæ paſſim atque ſingula emanarunt. Ita accidit, ut, quæ prius imperfecta & dimidiata reliquerat, ſæpe alio recoquat loco, & reſingat, & pleniora exhibeat,

beat, atque quasi de novo componat. Sic de *suspecto iudice*, qui, cum sententiam ex collegiis Ictorum expectari alteruter litigantium postulaverit, ipse pronunciat Vol. I p. 54, ad L. I Tit. H agit Vol. II, de novo controversiam de suspecto movet, in hoc Schilteri exercitationibus similis, quod materias invicem tam sollicitè non connectat, & singulas dissertationes confarcinet; dissimilis autem Schiltero, quod ille materiam plerumque totam exhibeat, Noster quædam saltim & egregia ab aliis neglecta subjungat; saltim doceat ille, hic moneat modo, suppleatque, & scitioribus interdum quoque aures vellicet. Rerum dignitas perplexitatis rerum & raritatis admiratione, scribentisque sollicito studio, tum quia pleræque ex jure patrio descenderint, cujus nobis religiosior & amabilior sanctitas est, & denique quia antiquæ jurisprudentiæ origines evolvunt, commendatur. Hoc consilio originem definitionis jurisprudentiæ, qua *divinarum atque humanarum rerum* scientia dicitur, in Poetarum & Oratorum, quibus Icti successerunt, supercilio Vol. I p. 10 quaerit, qui familiari erectioribus ingeniis malo ad *πολυτορίας* quandam vanitatem adspirabant, quo Icti illos antecellere nitebantur; ibidem de Triennio Canonico academico p. 15, de Juris Doctorum ultra Consulium municipalium evecta dignitate p. 17, de quarto officiorum genere, ex quo etiam brutis obligantur, p. 27, de origine tot privilegiorum, quæ mulieribus Justinianus ex vano in illas obsequio indulgit, p. 135, de privilegiis contra jus commune ab Episcopis Germaniæ, qui status Imperii non sunt, datis, & ipso jure nullis, p. 34, de Diplomatum seculi XVI, in quibus mentio tituli *Churfürstl. Durchl.* facta, falsis, p. 36, de votorum numero in Principum de rebus communibus controversia ad decidendam litem non observando p. 37, de sapienti Romanorum consilio, quo leges a Græcis ad suos derivant, p. 42, de jure formulari veterum Germanorum p. 44, de auctoritate Responsorum Juridicorum apud Hebræos ex Deut. XVII p. 53, de Principe, qui in apanagiis fratrum vel agnatorum suorum legem promulgat & nomen illorum exprimere in titulo legis non cogitur, p. 65, de utili legum forensium populi Judaici in nostras respublicas introductione p. 71, de Jure militari singulari & copiosa

commentatione; Vol. II p. 104 de vindicatione pertinentiarum, ibid. p. 369, multa erudita & in trivio ab aliis non proposita excussit. Ad singularia quædam & nova interdum de industria adspirare & illa contra ICtorum consensum defendere videtur. Ita Vol. I p. 139 sub foeminarum appellatione etiam masculos interdum capi contra l. 45 pr. ff. de Legat. 2 & l. 81 ibid. 3 defendit, id ex Plinii Nat. Hist. c. 50 probat, ubi, cum gallinarum altitium in cœna usum interdictum Lege Farinia referatur, certe etiam sub gallinarum foemellarum compellatione masculos gallos gallinaceos comprehensos, & ne hos quidem poni potuisse credit, & inverso casu l. 62 de Legat. 3 si quis mulas alicui legaverit & tantum mulos possideat, mularum appellatione etiam mulos contineri credit: sic porro eodem Vol. p. 140 etiam mulieribus capacitatem munerum publicorum & honorum vindicat; ibid. p. 147 in testamento mulieris parturientis etiam foeminas testes admittit, ut alia taceamus, quæ singulis fere titulis interspergit. Illa tamen opera binis voluminibus hisce usque ad L. XII saltem processit. Cui si reliqui feliciter succedant, absolutissimum occultioris sapientiæ civilis apparatus instruxisse Conf. Autor videbitur. Plerasque commentationes judiciorum ICtorumque sententiis publicis confirmat, quarum plerasque a Vitembergenfibus & Helmstadienfibus accersivit; dignum & egregium illis opus, qui noverint jura, & in rerum usu atque exercitatione versentur.

*EPITOME DISSERTATIONIS MEDICÆ,  
de Seminibus Loliaceis & Secalis nigris corruptis, cum  
farina commixtis, & alimenti loco assumptis, va-  
rios morbos epidemicos Anno 1722 autumnali & hye-  
mali tempore producentibus, conscripta a GOTTLÖB  
SCHÖBERO, Med. Doct. Imperat. Majest. Ruthen.  
Medico, & Acad. Natur. Curios. in Germania  
Socio, & Moscua transmissa.*

Varii morbi epidemici in territorio Moscoviæ & Niesnæ præterito anno 1722 circa initium autumnii usque ad

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIII. 447

annum 1723 in hyeme regnare inceperunt, qui vulgo utique pro contagiosis habebantur. Hinc ad eorum inquisitionem a Senatu hujus Imperii Primario cum duobus Chirurgis illic missus, observavi, plerosque ægrotorum fuisse amentes, stupidos, alios somnolentia insatiabili affectos, cum lassitudine omnium membrorum, & dolore ossium in manibus pedibusque; apud quosdam secuti sunt motus convulsivi, nunc in ventriculo, unde nausea & vomitus; nunc in intestinis, unde tormina ventris, diarrhoea aut obstructio alvi: nunc in corde, unde ejus anxietas & cardialgia: nunc in universo nervorum systemate, unde epilepsia tertii gradus, quæ finito paroxysmo, in manuum & pedum paralyfin & contracturam terminabatur. Hujus morbi recidivi paroxysmi, quo plures, eo acerbiores existebant, donec more miseræ hujus Tragediæ tranquillum imponeret finem. In apertis cultro anatomico cadaveribus omnes partes ac organa tam externa quam interna emaciata, exsucca atque flaccida erant. Cor & vasa sanguifera parum cruoris retinebant: Ventriculus erat tenuis & contractus ad magnitudinem pugnæ minoris manus, aliquid lymphæ continens: Intestina flatibus reperiebantur turgida: Pulmonis & Omenti substantia putrida & fere consumpta: Hepar maxima ex parte sphaelatum. Hæc facies erat morborum epidemicorum apud adultos. Apud infantes vero cladem enormiorem excitabant Variolæ pessimi moris, confluentes & nigræ cum febre maligna, ut plurimum mortem post se trahentes.

Causa horum epidemicorum morborum nulla fuit alia, quam semina loliacea & secalis nigra, quæcum alio secali in farinam reducta, & aut in pulte, aut in pane comesta, miseras has excitabant passiones. Inest enim hisce seminibus sulphur narcoticum & stupefactivum, hinc ratio, quare hæc semina tam facile flammam concipiunt. Hoc principium sulphureum, valde generi nervoso est inimicum, motorem microcosmicum ligans, hinc somnolentia nimia, temulentia, amentia &c. aut ab iisdem irregulariter nervi commoventur in partibus, adeoque convulsiones atque spasmos excitant, modo particulares, modo universales, uti de epilepsia, cardialgia &c. superius dictum est. A  
leniori-

lenioribus vero motibus spasmodicis & convulsivis, si a cerebro tanquam a centro ad peripheriam, & ab hac iterum ad centrum tendant, deduco paroxysmos febriles, modo frigidus, modo exultantes, qui, quicquid in massa sanguinea hostile est, feliciter expellunt, & foras ejiciunt. Atque adeo in infantibus, qui nondum naturæ tributum solverunt, variolæ emergunt, quæ cum a sanguine, a sulphure loliaceo impuro, & a motu cordis valido aciores, confluentes nigræque fiant, malignitatis æthiologiam deducere vix difficile erit. Non una autem est lolii species: Scilicet cum lolium sit degeneratio plantæ a suo genere, & hæc anomalia consistat 1) in incremento radice, quo sensu usus est Ovidius Eclog. V v. 36 & Lib. I Georg. V, 151 &c. Hinc lolium vocari potest polypodium seu radicibus longis multisque. Aut 2) anomalia notatur in feminibus, quatenus hæc planta profert semina minora, cinerea, adeoque lolium descriptis feminibus instructis vocari potest. Aut 3) secale cum granis naturalibus gerit quædam nigra, duriora & nociva, hinc tertia constituitur lolii species. Aut denique 4) observatur lolium, ubi semina sunt majora, nigra, incurvata, in medietate quidem alba, sed minus farinacea, germanice *Mutter-Korn*. Hæc doctrina de feminibus loliaceis, dictas passiones excitantibus, excepta epilepsia, paralyfi & contractura, quam nemo, quantum constat, observavit, non est nova, sed dudum a veteribus Artis Medicæ Antistibus observata & annotata. Vid. Aristoteles L. V de somno & vigil. c. 3, Theophrast. Eres. Hist. Plant. l. 8 c. 5, Plin. Hist. Nat. L. 18 c. 17, Galen. L. 17 Simpl. & Lib. I de Aliment. Facult. Oculis caliginem inferre, jam scriptum legimus apud Plautum in Milite Act. 2 Sc. 3 & apud Ovidium Lib. I Fast. v. 691. Exinde etiam proverbium ortum est: Lolio victitare, quod de cœcutientibus & myopis dictum est. Inter Neotericos consentientes habemus Wierum de Præst. Dæmon. L. 3 c. 28, Schenck Obs. Med. l. 7 de venenis ex plant. Obs. 4 p. 880, Zaccut. de P. P. Med. Histor. L. V hist. 21 fol. 871, Valentini in Observat. de Novell. publ. usu & abusu in Reb. Phys. & Medic. Giefs. Hass. habit. 1707, Winckelmann descript. Hass. Plures morbos epidemicos, febres, variolas morbillosque ab hoc de-

gene-

generato fecali annotavit Acad. Nat. Curios. in Germ. Dec. 2 Anno 8 Obs. 173 & Anno 9 & 10 Obs. 93 p. 171 & Append. anni 1712 p. 48 & seqq.

Notabile est, Veteres has lolii species medicamento loco adhibuisse in doloribus capitis, ischiaticis, podagricis &c. Item in inflammationibus, tumoribus, fracturis, ulceribus, fistulis &c. de quibus Dioscorides & Plinius l. a. consulendi. Interne quædam grana commendantur in passione hysterica a C. Bauh. Theatr. Botan. Sect. IV c. 17 p. 434. Præterea lolium ratione sulphuris connati, ut sulphur commune operatur in lepra & lichene tollenda. Interdum virtutes exferit, ut sulphur antimonii v. g. utero exceptus fumus in obstructionibus mensium & lochiorum, hinc ad fecundationem mulierum quoque confert; quam fecundandi facultatem efficit sub forma coronæ arboribus circumdatum lolium, ne fructus dejiciat arbor, sed retineat; vid. Constant. Cæsar L. X. de Agricult. c. 87.

Quod attinet Prognosin, veritati videtur consonum, subiecta, quæ parum comederunt de hoc nocivo alimento, bene, sive a natura, sive arte restitui posse, haud vero sperandum est id de iis, qui continuarunt hanc escam, aut ob pauperiem nullam aliam, quam illam assumpserunt, unde fibræ nervosæ pariter ac membranosæ, tendinosæ ac musculosæ jam extra tonum & constitutionem naturalem sint redactæ; ut & inflammationes in gangrænam & sphacelum tendentes in corpore existant.

Ad quæstionem ventilatam, annon aliquid corrigens aut destruens sulphuris loliacii narcosis medicamentum inveniri possit, quo loliorum farina in pane tuto & sine noxa assumi queat? negando respondetur. Quia per illud additamentum seu ingrediens panis extra suam crasin naturalem constitueretur, quæ in debita consillit farinæ fermentatione & coctione, quæ procul dubio læderentur, si aliquid alieni, sive medicamento- si, sive heterogenei alimentarii accederet. Ut vero lolium tutum remedium præbeat atque existat, quemadmodum cum epio fieri solet, ejusdem correctio institui atque concedi potest.

Progredior ad Therapiam harum passionum, quæ in duobus consistit, nempe in causæ morbificæ evacuatione, & ejusdem correctione. E ventriculo evacuamus per tutissimam Ipecacuanæ radicem, aut tuta alia vomitoria, uti sunt tart. emetic. merc. vitæ rite paratus &c. Si tormina ventris aut obstructions adfint, clysteres ex temperantibus, carminativis, balsamicis & oleosis cum Castoreo in lacte decocti commendantur. Si opus sit laxantibus, mitiora præscribi possunt ex manna calabrina, rhabarbaro, cassia fistulari, oleo amygdalarum dulc. cum spermate ceti recenti &c.

E massa sanguinea ejicitur causa morbifica per sudorifera: Lap. 69, Ras. ebor. C. C. cranii humani, dent. hippopot. unicornu marini, ungu. alcis, cum Ant. diaph. bezoard. miner. Bezoar orient. & occident. Cinnab. nativ. & ant. &c. Quæ sudorifera etiam optima sunt in Variolis expellentia, & in febris cum nitro aut arcano duplicato mixta, antifebrilia.

Salia fixa & narcosin corrigunt, & simul causam morbificam evacuant per diaphoresin & diuresin. Sic etiam salia volatilia egregia sunt diaphoretica & spiritus torpidos excitantia, v. g. spiritus sanguinis humani, eboris, C. C. &c. Et ex his compositi Liquor C. C. succinatus, essent. Castorii cum spiritu ~~Θ~~ci parata. Essent. bezoardica volatilis, Camphora & Sal volatile oleos. Sylvii &c.

Corrigimus quoque materiam morbificam, & partes corroboramus per mitiora & gratiora acida v. g. succum citri, acetosac. prophylact. Sylv. spir. sal. nitr. & vitrioli cum spir. vin. & urinosis volatil. dulcificatis. Julepi ex decocto hordei cum gelat. C. C. pedum vituli, eboris &c. parari possunt, additis Syrupis Cerasor. nigr. berber. &c. Cum amygd. & seminibus dictis frigidis majoribus & gelatinosis emulsiones parantur. Balsamica & succinata laudatissima sunt in fibris relaxatis nervina, ad quorum classem etiam Castorina & Ambrata spectant, quæ describere, tempus non vacat. Saltem aliquid in manibus contractis & paralyticis commendandum restat, quod consistit in Pingu. humana, castor. equin. cum oleo destillato therebinth. juniper. succin. Lavendul. &c. cum spirituosis, spir. rosmar. Lavend.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIII 451

Lavend. Spir. Vin. camph. spir. lumbric. terrestr. fale Alkali <sup>o</sup>o  
oleoso Sylv. Diæta incipitur a tenuioribus alimentis & ad evpe-  
pta usque continuatur. Animus ad *æthereum* disponendus est,  
quæ non solum in omnibus ægrotationibus, sed etiam ipsius sani-  
tatis & vitæ maximum exillit præsidium.

GOTTLIEB EPHRAIM BERNERI, MED.  
Doct. Prof. Publ. Ord. in Academia Duisburgensi, Em-  
ercitatio Physico-Medica de Efficacia & usu  
Aeris Mechanico in Corpore  
humano.

Amstelodami, apud Janssonio-Wæsborgios, 1723, 8.  
Alphab. 1 plag. 13.

Quemadmodum aer universale est alterans mundi nostri  
sublunaris fluidorum æque ac solidorum corporum, sin-  
gulis mixtorum meatibus sese insinuans, ac illos effectus in œ-  
conomia animali præstat, qui mixtionis, motus sanguinis tam  
intestini quam progressivi, secretionis & excretionis, digestionis  
&c. nomine insigniri solent; ita operæ pretium se facturum cre-  
didit Clarissimus Bernerus, si efficaciam aeris in corpore hu-  
mano exactius rimetur, & partes solidas seu fibræ motricem,  
& fluidas, massam sanguineam constituentes, evolvendo, de-  
monstret, quod effectus Physiologici & Pathologici soli mecha-  
nicæ spirularum aerearum operationi, dilatationi, condensa-  
tioni, vel compressioni & rarefactioni in acceptum sint refe-  
rendi, unde varii effectus & *æthereæ* a Physiologica corporis ha-  
bitudine in Pathologicas alterationes redundant, Definit itaque  
aerem per partes terrestres, sphericas, in se convolutas, vi æ-  
theris a telluris crusta separatas, in altum elevatas, eique inna-  
tantes, ac ex cohesione partium irregularium terrestrium geni-  
tas, & non solum siderum ambire spheram, verum ipsius tellu-  
ris nostræ atmosphæram constituere, & intimos pariter ac exti-  
mos ejus pervadere cortices dicit; quo ipso in poris telluris, ra-  
tione vorticosi ætheris, & pondere sibi incumbentium ramo-



sarum partium & textura, elasticam sortiantur vim & expansionem; hinc versus terrestrium latera nitendo, conatu sese explicandi continuo præditæ sint, sibi que vicinas pellant & comprimant. Qua posita definitione docet, quantam vim diversamque energiam aer exerat in chylicatione, secretione, pulsus mutatione; quomodo morborum epidemicorum existat autor; qualis sit ejus differentia respectu climatum & regionum, diei & noctis, rois, pruinz, nivis, pluviæ, ventorum, tonitruum, fulgurum, ac anni tempestatum; quid asthmaticis, cachecticis, vulneratis, arthriticis, malo hypochondriaco, sanguinis commotionibus, tensionibus & spasms laborantibus vel commodi vel noxæ afferat; qua ratione morborum curationem vel promoveat, vel retardet, ac medicamentorum electionem & dosin moderetur. Et quoniam peregrinantibus aer sæpius mutandus est, quomodo sine insigni corporis detrimento itinera sint instituenda, monet. Inter alia multus est in describenda Constitutione Epidemica Annorum 1720 & 1721, ejusque causas evolvit, & curationem suppeditat, qua occasione de usu & abusu corticis Chinæ egregie differit. Ad calcem libri duæ Observationes Medicæ, de fungo mammarum cancroso altera, altera de ruptura & conquassatione vesicæ urinaris, solide explicatæ leguntur. Ut de Autoris clarissimi mente eo melius constet, ex ejus sententia, quomodo aer corpus humanum intret, & secretiones efficiat, pauci nunc communicabimus. Corpus humanum subit aer eo communicationis meatu, quo humor intra tubulos delatus motui determinationis aerem non habet oppositum; qui motus humorum cum æque obtineat in tubulis cutis excretoriis, seu extremis arteriarum & vasorum lymphaticorum finibus, vapores & sudores ejicientibus ex massa sanguinea, ut & in illis lymphæ excretoriis, in vesiculis pulmonum & bronchiis obviis, utpote humorem quandoque sub forma vaporis, quandoque lymphæ a centro ad peripheriam excernentibus; evidens est, aerem elasticum atmosphæricum ansam minus nancisci subeundi corporis nostri tubulos, quando impulsus humorum satis vegetus est, ut excrementa corporis per cutem & glandulas seu ductus tracheales excretorios excernat, & hac ratione pressioni aeris externæ

iustit.

ſufficienter reſiſtat; ſed tum demum ingredi aerem habitum corporis & pulmones, quando æquilibrium inter internum & externum aerem eſt ſublatus, ſic ut premat extrema orificia tubulorum excretoriorum minima, quo ipſo ſanguis minus rarefactus fere nihil excernit vaporum mediante inſenſibili tranſpiratione, ſed hac ratione in tubulo excretorio ſanguini & lymphæ permixtus pergit per venas & vaſa lymphatica ad interiora corporis, & preſſione ſua & elãſticitate ſanguini ſe immiſcet, quo ipſo aer motu elãſtico ſe expandens digerit corporis noſtri humores & præcipuum eſt alterans maſſæ ſanguineæ & humorum. Sed minus impeditus tranſitus eidem patet per oris, œſophagi & ventriculi immediatum ingreſſum, ob contactum, quo non ſolum cibus & potulentis, ſed & ſalivæ ac chylo in primis viis commiſcetur. Penetrat enim ſuo pondere, & elãſticitate ſua eo ruit, ac inteſtinorum preſſione ad vaſa lactea & ſanguinem urgetur. Diverſum autem characterem imprimi humoribus & partibus ſolidis, non ſolum ratione elãſticitatis & ponderis ſeu gravitatis, ſed ipſa quoque ſui qualitate; quatenus acribus, auſteris, ſulphureis, ſalinis, aqueis, baſaniciſ, proſundi nimirum, ex quo exhalavit, vel ventorum ex plaga diverſa ſpirantium ratione, imprægnatus eſt particulis. Efficaciam itaque ſuam aer obtinet in corpus noſtrum, non ſolum quatenus immixtus eſt ſanguini, ſed etiam qua circumſtat & ambit idem. Quemadmodum igitur optima ſanguinis temperies & mixtura, motus quoque maſſam ſanguineam conſtituentium partium reſpectivus ab ea ſphærularum aerearum combinatione & intima unione pendet, qua ſingulæ ſanguinis partes uniformem elãſticam preſſionem harum ſphærularum experiuntur, atque motu progreſſivo & inteſtino æqualiter urgentur, aereæ quoque confortium cæterarum arctius ſubeunt; ita hoc eodem motu mixtionis deſtituto ſanguine, quem a cordis conſtrictione plus minus valida fortitur, nec elãſticam preſſionem exercent ereæ ſphærulæ, & lentius minorique conatu & vigore verſus vaſorum latera humores preſſi fœculentias pedetentim deponendo varios gignere morbos, apti evadunt. Secretio vero ita contingit. Cum aer maſſæ ſanguineæ corpusculis incluſus diver-

simode prematur, non tamen ex omni angulo aequali sese extricandi conatu propter resistantiam partium vicinarum & ambientium & expansionem sphaerularum aerearum inde consequentem, pollet; a qua cum prohibeatur ab aliarum incurfu & resistantia, tum quoque solidarum partium vasculosa textura; nititur toto expansionis suae conatu versus ductus, qui liquorem provehunt, & excernunt ex corpore, atque quo torrente universi motus massae sanguineae ex elastica aeris expansione & propulsione cordis pergere tenebatur; quae viscera sunt secretoria & excretoria, vel lympham vel alium liquorem a massa sanguinea secernentia & excernentia, prout eorum structura organica id exigit.

*D. JOACHIMI LANGII, S. TH. PROF. ORD.  
in Reg. Frider. Caussa Dei & religionis naturalis ad-  
versus Atheismum & Pseudo-Philosophiam, praesertim  
Stoicam & Spinozianam, e genuinis verae Philo-  
sophiae principiiis methodo demonstra-  
tiva asserta.*

Halae Sax. impensis Orphanotrophii, 1723, 8.  
Plag. 16.

*Præfat.* **C**ontigit ante annos octo, ut larvatus quidam Aletophilus, homo Atheus, schedis aliquot manuscriptis, quæ objectiones contra religionem Christianam continebant, Summe Rever. Langium, ut illas solveret, provocaret, qui cum aliis laboribus impeditus, alio tempore publice se responsurum polliceretur, subinde monitus ab Aletophilo, non tantum ante quatuor annos in epimetro Hist. Eccl. p. 973 has *Φλυαρίας* disjecit, verum etiam nunc peculiari hoc scripto argumentum hoc expedit in gratiam inprimis juventutis Academicæ, quam periculosissimo hoc tempore contra *Θεομάχων* quorumvis insultus armandam esse necessarium judicat. Et quamvis ratio scopi, quem Cl. Autor sibi præfixit, eo inprimis tendat, ut religionem revelatam tueatur, cum tamen hostes ejus ab ipsa naturali religione

gione sana multo alienos intellexerit, ipsam religionem naturalem demonstratione existentiae, essentiae, & providentiae Dei hoc libello declarare & confirmare constituit, lectores vero tres adhuc instituti sui partes expectare jubet, nimirum causam Dei & religionis revelatae adversus Naturalistas, causam Dei & Christianismi adversus Judaeos & Muhammedanos, denique causam Dei & religionis in Christianismo Ecol. evangelicae adversus Socinianos. Methodo usus est demonstrativa Geometricae aemula, qua argumentum suum hunc in modum expedit, ut *protheoria*, inde a p. 1 - 80 postulata, definitiones, axiomata & theoremata tractationi suae inservientia exhibeat. *Postulata* numero XXVI eo potissimum collineant: sententiam omnium gentium perpetuam & universalem, quae neque a corruptione communi, nec a mera & prava educatione & constitutione, nec a notabili intellectu imbecillitate, nec a judicio sensuum praecipitato, nec ab imaginatione sibi soli relicta, nec ab ignorantiae causis, nec denique a pravis voluntatis affectibus dependet, & praeterea rationi recte ratiocinanti ad convictionem usque convenit, non esse erroneam, sed veram & homini ita naturalem, ut eam adhibito justo rationis usu in semet ipso elicere queat. Postulat inter alia hoc sibi dari: quicquid existit, habet existentiae suae causam, vel in se ipso seu a necessitate naturae suae, vel ab alio aliunde dependens: anima humana praedita est intellectu libero & voluntate libera tanquam duabus diversis & nobilissimis facultatibus, quae libertas moralis doctrinae moralis fundamentum est: libera animae voluntas habet potestatem in corpus suum organicum & pro hac potestate facultatem corpus, structura ejus mechanica subserviente, animandi, movendi ac dirigendi. Velle & agere non libere, sed necessario necessitate naturae aut mechanismi, proprie non est velle & agere, sed agi & pati, ac fato subjacere: falsum est istud philosophiae systema, quod humanae naturae dictam libertatem demit, & ei loco ipsius rei nihil nisi nudum libertatis nomen lusorie relinquit. Postulata excipiunt *definitiones* XXVII, quae notiones praecipuas demonstrationem ingredientibus declarant. *Regressum in infinitum* ex mente Aetheorum desinit, quod sit series causarum & effectuum

um a se dependentium infinita, quæ nec intra se existentie suæ necessitatem, nec extra se existentie suæ ullam causam habeat. Ex hac vero definitione corollarium deducit: hunc regressum esse manifestam contradictionem & impossibilitatem, cum existentie suæ causa externa & interna careat. Porro vero colligit, hanc rerum dependentium seriem, cum revera existat, at tamen infinita esse non possit, finitam esse oportere. Idea *libertatis* Summe Rev. Autori generatim est, esse causam a nulla causa alia necessario actam & agendi ac non agendi, movendique ac non movendi principium in se habere. *Libertatem hominis* vero describit, quod sit ea humanæ naturæ nobilissima proprietas, qua anima ob hanc vel istam rationem moraliter moventem pro voluntate sua libera libere cogitat, judicat, decernit, eligit, aversatur, agitque hoc aut isto modo, hoc aut illo tempore, hunc aut istum in finem. *Contingentia* proprie dicta sunt, quæ a causa libera dependent & pro libero causæ efficientis arbitrio possunt fieri & non fieri, & hoc aut isto modo fieri. Motum & actum voluntarium, motui & actui mere naturali & mechanico ac violento oppositum, dicit illum, qui a voluntate libera libere producitur, ita ut voluntas suum agendi propositum active expleat. Hac definitione data actionem voluntariam perperam describi Autor judicat, si quis vellet, ut ita vocetur, quia voluntas per eam expleatur, nimirum per actionem secundum leges actuum mechanicas productam, talem enim actionem non voluntariam & liberam, sed effectum necessarium & mechanicum causæ necessariæ & mechanicæ esse existimat. *Fatalis necessitas* respectu animæ Nostro est, quando anima, negata voluntatis libertate proprie dicta, omnia ita agit, quemadmodum causa alia ad actiones suas necessarias necessario determinavit: *Mechanica* vero *necessitas* est, quando, negata veri sensus contingentia omni, omnia, quæ in hoc universo eveniunt, ad consecutionem necessariam, tanquam in mechanica hujus universi structura & rerum concatenatione fundatam, referuntur. Hujus vero mechanicæ necessitatis supremus gradus est is, quo omnes corporis actiones & ipsæ etiam rationales oris sermocinationes soli mechanismo mere materiali tanquam fato

concatenationis mechanico adscribuntur. *Atheus* est, qui negat existere Numen ab hoc universo ita diversum, ut ejus sit causa efficiens libera & intelligens, primusque finium nec non motus & ordinis Auctor ac mundi gubernator. Variis postea divisionibus hanc in rem adductis discrimen *Idealistarum* & *Materialistarum* commemorat, *Idealistas* illos dicens, qui statuerunt, nihil existere, nisi spiritus materię expertes seu simplicia, quorum naturam in perceptione ideali seu ideifatione collocant, mundumque materialem tantum pro lusu imaginationis ordinato reputant. *Idealistę* in *Pluralistas*, qui plures spiritus ita dictos ideifantes admittunt, & *Egoistas*, qui extra animam suam nullam aliam substantiam admittunt, dividi possunt. *Materialistę* sunt, qui pręter animum & corpora nihil admittunt, spiritus tantum pro affectione & virtute materię habentes. Definitionibus his *Axiomata* XXVI subjiciuntur, quę in hoc argumento maximi momenti sunt: potiora eo spectant, ut ab illa hypothese, qua Deus pro re extensa seu materia subtilissima habetur, aut qua omnia ad perceptionem hujus universi idealem referuntur, item qua fortuitus atomorum concursus statuitur, qua materię æternitas motusque illi ita essentialis, ut a causa intelligente impressus non sit, asseritur, ad negandam liberam Dei voluntatem, creationem & providentiam valere consequentiam, Auctor dicat. Sic & illas hypotheses, quę eandem motuum quantitatem semper in universo conservatam docent, quę contingentiam modo in eo collocant, quod structura universi mechanica poterit aliter constitui, & pro constitutione alia in eventibus necessariis aliter se habere, iteinque miracula ita describunt, ut illorum unumquodque totam mundi machinam turbare atque dissolvere dicatur, in providentiam Dei, libertatem voluntatis humanę, & religionem omnem injurias esse offendit. Arguit etiam hoc nomine illas hypotheses, quę fatum mechanicum ad ipsam quoque humani corporis motionem & directionem item loquelam oris rationalem extendunt, quę animam definiunt, quod sit tantum substantia idearum de rebus hujus universi perceptiva, cujus cogitationes & perceptiones ex ipsius naturę necessitate in ea fiant & sentiantur. Reprehendit & illam hypo-

p. 18 - 30.

- thesin tanquam libertati voluntatis humanæ maxime adversam, quæ actus voluntarios eo tantum sensu admittit, quod vi legum mechanicarum effecti, volitioni & desiderio accurate respondeant, ita ut ex his hypothesebus totus homo nihil sit nisi mera machina & duplex horologium, unum spirituale, alterum materiale, utrumque fatali harmoniæ nexu junctum. Axiomata excipiunt *Theoremata XI*, causas & historiam Atheismi exponentia. Autor causas Atheismi ab ejus occasione distinguit, illasque partim ad intellectum hominis, partim ad voluntatem refert, ita ut in voluntate imprimis vel crassiorem *avaritiam* vel arrogantissimam ambitionem & hanc imprimis in Pseudo-Philosophis causam esse Atheismi observet. Hac occasione potiora veterum & recentiorum Systemata Philosophorum perlustrantur, & Aristotelis quidem causam Atheismi continere notatur, dum secundum principium suum: ex nihilo nihil fit, mundo æternitatem tribuit, Deique providentiam negavit. Ejusdem criminis Stoicorum systema accusatur, secundum quod Deus mundi forma informans seu anima mundi statuitur tanquam substantia subtilissima per hoc universum tanquam corpus suum materialiter diffusa, vinculo Dei & materiæ existente fato. Duo hæc principia, Deum & materiam, uno nomine chaos dicta, cum glutine suo fato ab æterno extitisse, & ex his necessitate conglutinantis fati omnia orta esse Stoici credebant, exustione magna ita aliquando immutanda, ut corpora in materiam, animæ in animam hujus universi resolvantur. Secundum illos non agebat Deus libere, sed necessario, secundum sempiternam & indeclinabilem causarum & consequentiarum seriem, ita ut etiam actiones hominis fato simul subjectæ essent. Non minus in Epicureorum Systemate causam Atheismi deprehendit, dum illi atomorum æternitatem admiserunt, eorumque fortuito concursui mundi constitutionem tribuerunt, providentiam Dei negarunt, cæca fortuna in ejus locum substituta & animæ mortalitate simul adserta. Hac occasione discrimen aliquot veterum Philosophorum ab Atheis stricte dictis in illa de mundi æternitate sententia observatur, dum illi Deum a mundo ipsi cœterno ut causam ab effectu diversam considerarunt: hî mundum  
nes
- p. 30 - 81.
- 33 seqq.
- 36 seqq.
- 42.

ens originale a se ipso existens, Deo tanquam causa ejus æterna a mundo diversa negata, esse statuunt. Ex systematibus recentiorum systema Cartesianum non tam causam Atheismi quam occasionem incautis præbere ostendit, imprimis vero observat, hypothesein ejus, qua eandem motus quantitatem in universo servatam adstruxit & potestatem in materiam & corpus operandi animæ humanæ abjudicavit, ipsique Deo tanquam occasione animæ in corpus & occasione corporis in animam, sic vel sic agenti, adscripsit, Spinozismo Stoico, immo ut ipse existimat, hypothesei Leibnitianæ de harmonia inter animam & corpus præstabilita occasionem suppeditasse. Systema Hobbesianum ipsam Atheismi causam continet, dum ille spiritus materiz expertes negavit, Deum pro corpore subtiliori habuit, hominem fatali necessitati subjecit, Deumque autorem peccati fecit. Ante omnia vero systema Spinozæ non tam causam Atheismi, quam Atheismum ipsum vaferrime tectum continere, pluribus evincit. Habuit enim Spinoza Deum pro universo & universum pro Deo: absolutam in omnibus necessitatem statuit, Deum ipsum & animam humanam, cujus essentiam in sola cogitatione posuit, fato subjecit, rerum naturalium fines, contingentia proprie dicta, & miracula negavit, facultatem corpus movendi & regendi, ipsamque rationalem oris loquelam fato corporis mechanico tribuens animæ abjudicavit, harmoniz inter corpus & animam præstabilitæ, Nostro interprete, autor, multis insuper modis in Scripturam S. doctrinam Moralem, & Politicam injurius. His omnibus brevem recensionem de Atheis Galliz, Italiz, Angliz, Belgii & Germaniz Autor subjungit. Succedit *tractatio* ipsa, cujus *Propositio isagogica* demonstrat, dogma de Deo & religione naturali non esse erroneum, probatque, quod hoc dogma non sit ortum a naturali & communi corruptione, neque ab educatione & institutione, neque a constitutione aliqua Magistratus politica, neque ab aliqua intellectus imbecillitate, nec a judicio sensuum aberrante aut imaginationis vitio, nec ab ignorantia causarum de iis, quæ in mundo contingunt, nec a pravitate affectuum, nec a metu futurorum supervacaneo, nec denique a superstitione. Postquam

p. 47

50.

54.

70.

81-94



P. 95. 125.

ex omnibus his dogma de Deo & religione naturali non esse erroneum, ortum ex ullo præjudicio, demonstravit, veritatem dogmatis de Dei existentia aperte adstruit, & hanc quidem *Secl. 1. argumenti 4.* a microcosmo seu ab ipso homine desumptis evincit. *Primum argumentum* petitur ab existentia, natura & immortalitate animæ humanæ. Probat animam esse spiritum materiæ expertem ex eo, quod habeat facultates liberas, intellectum nempe & voluntatem, quod edat operationes mere spirituales materiæ simpliciter impossibiles, quod anima in operationibus suis a corpore non dependeat, sed pro libertate sua libere agat, quod corpori non ea sit proportio cum facultatibus animæ, quæ ei cum his intercedere deberet, si anima non esset spiritus, item quod corpore per morbos viribus exhausto facultatum animæ vigor non deprehendatur, imminutus. Porro animam corpus secundum liberum arbitrium regere & movere, ostendit e natura omnium hominum hac in parte æqualiter sibi conscia, e consensu omnium gentium perpetuo & universali, nec non ex necessitate hujus sententiæ in doctrina Morali. Provocat hic ad argumentationem dissentientium *ἀλεγον*, dum ab ignorantie modo, quo spiritus agere possit in corpore, ad negationem rei procedunt, provocat ad contradictionem realem, cui se dissentientes involvunt, dum ad exponendum modum, quomodo corpus organicum in actionibus voluntariis moveatur, nil nisi infinita naturæ miracula, & tamen ex hypothesi non miracula, immo nil nisi fatum Stoicum & Spinozianum supponunt. Probat etiam, quod anima non dependeat a se ipsa, ex eo, quod non fuerit ab æterno & hoc iterum rationibus confirmat. Tum vero illam immortalem esse probatur ex eo, quod sit merus spiritus a corpore secundum essentiam diversus, ex arcano illo & a natura nobis insito instinctu quo ad considerationem æternitatis trahamur, denique ex perpetuo & universali omnium gentium cultiorum & ratione sua recte utentium consensu, solutis objectionibus, quæ contra hoc dogma formantur. Ex his vero, quæ de anima dicta sunt, concludit: Si in homine existit spiritus immortalis, qui nec ab æterno existit, nec sui ipsius causa est in tempore, nec produci potuit ex materia, E, Spiritus supremus intelli-

telligens & potentissimus animæ, totius hominis, & humani generis causa, seu Deus existit. *Alterum argumentum*, a microcosino desumptum, quo existentia Dei demonstratur, petitur a corpore humano: concludit hic Autor: corpus humanum existit, nec tamen est a se ipso, sed aliunde a causa efficiente intelligente dependet; E. Deus tanquam causa ejus existit. *Tertium argumentum* a genere humano desumptum est. Ostendit Autor, genus humanum non esse a se ipso, nec fuisse ab æterno, probat hoc ex ortu animæ & corporis seorsim considerato, a modo propagandi generis humani, a regnorum & Rerumpubl. initiis ac incrementis, nec non a gentium multiplicatione, ab ortu, inventione, & incrementis linguarum, scientiarum, & artium. Ex eo vero, quod genus humanum nec a se ipso, nec ab æterno, sed aliunde, nempe a causa suprema intelligente, & efficiente est, Autor concludit: E. causa illa seu Deus existit. *Quartum argumentum* succedit a notitia Dei insita & a dictamine conscientiæ ac lege naturæ desumptum. Probat, hominem in justo rationis usu constitutum arcano instinctu trahi ad propositionem hanc: Deus est, in se ipso eliciendam, nec non ad assensum eidem prona inclinatione præbendum, si ab aliis proponatur. Provocat hic ad uniuscujusque conscientiam singulatim, ad omnium gentium inductionem, ad naturam voluntatis, quæ hæc sit, ut desideria ejus tendant ad bonum infinitum: provocat denique ad terrorem animi ob malefactorum conscientiam perceptum. Pergit Autor Sect. II argumentis IV a macrocosmo desumptis dogma de Dei existentia confirmare. Ostendit primo, mundum non esse a se ipso nec esse ab æterno, sed aliquando cœpisse, a causa efficiente intelligente ac liberrima productum; probat illud ex eo, quod microcosmus seu humanum genus cœperit in tempore a causa intelligente productum, probat hoc a natura mundi non necessaria, a natura materiæ mundanæ egenti & imperfecta, & ex natura & structura mundi qua mundus est compositus. Secundo ostendit, mundum non habere motum suum a se ipso tanquam sibi essentialem, sed eum primitus accepisse a causa prima & intelligente. Et hoc ipsum probat ab autore & conditore mundi, quoposito simul ponatur motus autor: a proprietate materiæ mundanæ

p. 126-129

129-143

143-154

154-183

- danz, quæ per se fit mere passiva: a natura motus mundani, qui non sit fortuitus nec incertus & instabilis, sed mechanicus & constantissimus. Tertium argumentum petitur a finibus rerum, dum quidem res hujus universi omnes ac singulæ ad certum finem quam aptissime sunt constitutæ, & rerum ad fines istos obtinendos accommodatio nec a se ipsa est, nec ex fortuito casu, sed a causa suprema intelligente & libera infinitæ sapientiæ ac potentia. Quartum denique succedit a mechanico mundi ordine desumptum. Datur *συμμετρία* & harmonia hujus universi ordinatissima & constantissima contingens, quæ non est a se ipso nec casu exstitit, quod Autor solide probat, sed est ab ente intelligente & liberrimo ordinis autore; E. Deus exiit. Progreditur ad veritatem dogmatis de Dei essentia, attributis, providentia & cultu Dei demonstrandam, cui rei *sectio tertia* impenditur, ubi
- 183-191. p. 192-207. Cap. I propositionibus octo Dei simplicitatem, spiritualitatem, perfectionem, existentiam a se ipso, independentiam, necessariam existentiam, æternitatem, immutabilitatem, unitatem, infinitatem, omnipræsentiam, libertatem, intellectum & voluntatem perfectissimam, bonitatem, sanctitatem, justitiam, boni remunerationem & mali vindictam exponit. Cap. II providentiam Dei, tum ordinariam, eamque & generalem & specialem & specialissimam, tum extraordinariam, in miraculis & universali aliquando futuro judicio maxime conspicuam, propositionibus IX declarat, & hujus quidem providentiæ notitiam generaliore ad cultum Dei Atheorumque objectiones solvendas, quod & ipse Autor facit, sufficere existimat. Cap. III Dei cultum & religionem, quæ posita doctrina de Deo ejusque essentia ac providentia & supposita hominis natura libera a Deo dependente ponitur, explicat. Hujus vero cultus ratione intellectus fundamentum est, vera Dei secundum existentiam, essentiam, & providentiam agnitio, ratione vero voluntatis liberum arbitrium fatali agendi necessitati oppositum: ipsa officia ad tria capita fiduciam, reverentiam & amorem commode referri posse Autor judicat, ex quibus alia officia cum praxi officiorum nobis ipsis & aliis hominibus debitorum conjungenda deducit, totam vero hanc naturalem religionem permagnos habere defectus, demonstrat.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIII 463

strat. Finem imponit libello *Sectio IV*, quæ stultitiam, malitiam & miseriam, nec non factum ac noxam Atheorum propositionibus quinque redarguit. p. 241 ff.

**CODICIS PSEUDEPIGRAPHI V. T. VOLUMEN alterum. Accedit JOSEPHI, Veteris Christiani scriptoris, Hypomnesticon, nunc primum in lucem editum, cum versione ac notis JO. ALBERTI FABRICII, S. S. Theol. D. & Prof.**


*Publ.*

Hamburgi, sumtu Theod. Christoph. Felgineri, 1723, 8.  
Alph. 2 plag. 1.


**Q**uem ante decem annos primum cum orbe erudito communicavit Cl. Autor, Codicem Pseudepigraphum V. T. in quo ea conjunctim exhibentur scripta, quæ Patriarchis & Prophetis supposuere antiqui, eum hoc altero volumine augere & perficere omni ratione studet. In eo primum apparet *Adamus*, & quidem ut litterarum inventor, p. 1, cum Alphabeto cœlesti seu Abjudæ de characteribus cœlestibus libro, p. 2, ut nomina rebus imponens, p. 4, Lilith in matrimonio habens, p. 5, ut Propheta a Muhammetanis habitus, p. 7, ut Philosophus, p. 8, miracum potestate corporeque lucido, p. 11, Sabbathum in paradiso celebrans, p. 13, festum instituens, jejunio & pœnitentia se commendans, p. 14, locum exilii vel Indiam orientalem, vel insulam Zeilon, vel Damasci confinia eligens, p. 20, & enarrato cantico S. Michaelis & bonorum Angelorum post Luciferum & malos angelos dejectos, p. 26, indicato Sepher Raziel, & recensitis septem hominibus universum mundum volventibus, ut Monarcha quibusdam in Anglia, p. 28, cum libro suo, cui Johannis Baptistæ apud Sabios adjunctus, p. 29, ut vestigia in insula Zeilon relinquens, p. 30, cum pomis & ficibus a se appellatis, p. 36, ut terræ mandatus, p. 37, cum nomine suo Adam, quod suavitatis significationem habet, & varia mysteria continere dicitur, p. 39, in sua statura, p. 41, & tandem in epitaphio, p. 42. Cui subjiciuntur *Caini & Abelis* sorores Calmana & Lebor, p. 44.  
Abelis

Abelis canis & illius sepultura, quam pater a corvo factam suam in terra defodentem didicit, p. 45, atque Cainus cum septem peccatis, signo, aliisque ad eum pertinentibus. Hanc excipiant & *Sethus* ab Adamo ad primævam imaginem genitus, & ob faciei splendorem a ceteris Deus dictus, unde & ejus filii Dei denominati, p. 49, quorum columnæ sint celebres, p. 51, pater vero per sanguinem Abelis juraverit, p. 54; & *Enochus*, cujus fragmenta, quorum Germanicas versiones utilitate destitui adhuc contra Nohringium *Cel. Fabricius* tuetur, p. 55, preces, p. 57, & liber Johanni Devo seu Dee traditus, p. 58 notantur; & *Noachus*, de cujus nomine, itinere, præceptis, p. 61, imprimis veterò ruderibus arcæ multa afferuntur, p. 63, quibus in annotationibus p. 64 subjiciuntur ii, qui de fossilibus diluvii monumentis scripsere; *Methusadechus*, de cujus cœlibatu, decimis, & de eo, num Sæmus, an Christus, vel Enochus, vel Chamus fuerit; quædam tradantur, simulque alii, qui de eo, præter illos in primo volumine nominatos, commentati sunt, scriptores commemorantur. Post hæc *Cel. Autor* miscella de Chamo, Misra & Tubale dat, p. 78, & de Thare Abrahami patre monetario, & triginta argenteis, p. 79, quercu Mambre, & astrologica Abrahami scientia, p. 81, atque de Egyptiorum libris sacris p. 83 agit. Tum non tantum ea, quæ in Testamento XII Patriarcharum ex Codice MS. Cantabrigiensi, quem cum Grabiana editione *Cel. Bernerius* noster contulit, emendari poterunt, p. 83, sed etiam vitam *Asseneth* filiz Potipharis Josephi uxoris græcam & latinam ex codice Græco Barocclano, uti eam a Cl. *Jo. Christ. Wolfio* accepit, p. 85 exhibet. Ubi quædam de Jobo, p. 102, Balaam, Janne & Jambre, p. 105, horumque monumento attulit. P. 106 transit ad *Mosen*, & plura de ejus nomine, p. 111, litterarum inventionem, p. 117, matre *Assunah*, p. 118, amuleto, sapientia Egyptiaca, p. 119, parva genesi, p. 120, cui flosculi biblicorum adduntur, p. 122, duodecim fontibus, cornibus, p. 123, virga, p. 124, sepulchro, p. 125, assumptione in cœlum, p. 127, libro assumptionis Mosis dicto, p. 128, & Psalmo XC commemorat. A quo ad *Josiam* progreditur, adductisque de preceatione *Aleu* scriptoribus, ad epistolam Regis Persarum ad eum, p. 130, ad  
ejus

ejus responsionem, p. 133, ad tubas Hierichuntinas, p. 134, ad monumentum Phœnicum ab eo profugorum, p. 135, & ad duodecim lapides ab eo positos, p. 137 animum refert. Hinc pergit ad *Prophetas*, eorumque sortium cum Apostolis communium, speciatim Samuelis, p. 138, tum illorum ætatis, p. 139, & imprimis Davidis, de quo multi scripsere, p. 140, in ostid domus Achabi, dum furorem simularet, quædam scribentis, p. 142, & scuto numisque celebrati, p. 143 mentionem facit. Post hæc epistola *Barn:bo* apud Syros tributa, & diversa a libro, qui sub ejus fertur nomine, & ab epistola Jeremiæ Prophetæ supposita, quæ eodem libro subjici solet, latina, in duo capita divisa, p. 145 conspicitur, de Merodachbaladan, Rege Babylonis, p. 156, de locis ex sacris Scriptoribus V. T. allegatis, quæ in illis non leguntur, p. 157, loco Jac. IV, 5, p. 161, Jeremiæ epicedio in eadem Josiæ Regis, p. 163, Psalmo CXXXVII, qui Jeremiæ denegatur, p. 166, Abdia, Ezechiele, p. 167, Daniele, p. 169, Mardochai, Esdræ anathemate in Samaritanos, p. 170, hujus indice dierum faustorum, & libris nuspian extantibus, quorum a sacris scriptoribus mentio fit, vel fieri videtur, p. 171 disseritur. Dehinc *Vir Clar.* exhibet quartum *Esdræ* librum, quem præfamine p. 174 ornavit, in quo Guilielmum Whistonum in Primitiva Christianitate duas ejus versiones, quarum altera ex Vulgata, altera ex versione Arabica a Simonio Ocklejo sit expressa, listere, eundem cum Dodwello ejus autorem exjudæum quendam Christianum, circa A. C. XCIX viventem, statuere, a Nicolao Lyra prætermisum, a Bartholo & Assenbuggio germanice, & a Pellicano latine illustratum esse, sacris literis a Fanaticis annumerari, quod a Scaligero patre factum esse contra Heideggerum negatur, fabulas varias complecti, & tamen ab antiquissimis Ecclesiæ doctoribus, Barnaba, Clemente Alexandrino, Ambrosio, & Vigilantio in testimonium citatum esse, adductis simul de eodem recentiorum judiciis, perhibet. Cuilibet paginæ libri ea, in quibus Arabica versio a Latino textu vel nude dissonat, vel plura exhibet, subjiciuntur, demumque huic collectioni, addita notula de Esdræ Apocalypsi p. 308, finis imponitur. Atque hæc sunt ejusmodi, quæ V. T. tempora spectant; quæ autem sequitur *historia*



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24

ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>



*Historia Josephi fabri lignarii*, ad N. T. pertinet. Eam Arabice & Latine cum notis ex Arabico codice MS. bibliothecæ Regiæ Parisiensis primum edidit apud nos superiori anno (conf. Act. Er. A. 1722 M. Dec. p. 567) *Georgius Wallinus*, Theologus Suecus, cui etiam hoc volumen alterum est consecratum, quam Latine huic volumini inferere *Cel. Fabritius* placuit p. 310. Absolvitur autem triginta duobus capitibus, in quibus Jesus Apostolis ortum, conjugium, mortemque Josephi patris exponens introducit. Utriusque testamenti rationem habet, quod extremo in hoc Pseudepigraphorum volumine comparet, Ἰωσήφου βιβλίον ὑπομνηστικόν, *Josephi Christiani Scriptoris liber memorialis*, jam primum in lucem editus. *Cl. Fabritius* se illum & *Cl. nostro Bernero & Jo. Adolpho Hoffmanno*, Viris Celeberrimis, debere fatetur, qua de causa utrique in dedicatione, quam sigillatim huic libro præmisit, gratias agit, & cum illum, ut Photii bibliothecam ingenio & doctrina sua expolitam, tum hunc, ut in Justinum Martyrem commentaria, & in Epistolam ad Romanos opus, propediem in lucem & communes usus proferat, admonet atque hortatur. In eadem quoque, hujus Josephi Patricium Junium, Isaacum Vossium, Cangium, Seldenum, Cotelarium, Joan. Crojum, Th. Galeum, Godfr. Olearium, & Caveum mentionem fecisse, eumque Theodoro Cantuariensi Episcopo A. C. DCXI defuncto juniorem esse, & nec *Cal. Oudinum*, nec *Lambecium* de eo recte sensisse, annotat. Ipsum scriptum, quod & Græce & Latine exhibetur, in V libros & CLXVII capita divisum est, in quibus varia de Adami generationibus, Aaronis successoribus, Caini & Jacobi posteris, Samuelis, Eli, Ezechielis, & Jeremiz progenitoribus, judicibus, Regibus, Prophetis, de personis & rebus apud Hebræos claris, de morte variorum, de miraculis & vaticiniis Prophetarum, de Apostolorum uxoribus, de testimoniis externorum a Paulo adductis, Domini parabolis & apparitionibus, variis hæresibus & aliis proferuntur. *Cl. Fabritius* ut hinc inde textum, in subsidium vocatis & *S. Codice & Josepho Antiquitatum scriptore*, & *Nicephoro*, & *Hippolyto*, emendat; ita & in notis varios scriptores de Cainan, p. 3, de Pontificibus Hebraicis, p. 6, de libris XXII V. T. p. 44.

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXIII. 467

de igne sacro & cœlesti, p. 129, & de libris in Hebræo codice citatis, sed non extantibus, suppeditat.

**SCHEMATISMI PAULINARUM CETE-  
rarumque Epistolarum, Apocalypseos item D. Joannis,  
editi a M. JOANNE CHRISTIANO  
KNAUTHIO, Dresd. Schol. ad D.  
Crucis Coll. III.**

Lipsiæ, apud Jo. Gottlieb Gleditsch, 1723, 4.

Plag. 2 $\frac{1}{2}$ .

**P**Ræter cetera etiam illud singulare prorsusque eximium ha-  
bent Epistolæ, a divo Gentium Doctore inscriptæ, quod in  
iis velut quædam divinitatis vestigia deprehendas, quodque mi-  
rifice quendam non tantum τῆς γλυκύτητος sacrae odorem ubi-  
bique spirent, sed plena quoque majestatis eloquentia & admira-  
bili quadam doctrinae cœlestis ubertate modis omnibus abun-  
dent. Tantum vero abest, ut, singula in iis rerum sacrarum mo-  
menta primis, quod ajunt, labris degustare sufficiat, ut δυνάμει-  
ται potius, numero non pauca, ipso judice divo Petro, passim in  
iis occurrant, quæ, quo minus mens illa Scriptoris Sacri omnino  
penetrari possit, negotii haud parum faceffunt. Quo magis annifi-  
sunt sacrarum literarum optimi quique interpretes, ut impedi-  
menta hæc omni ratione tollerent, non ἐξηγηταί studio solum in-  
tenti, sed etiam ὡς ἐν συνόψει Paulina scripta exhibere cona-  
ti. Hoc quidem in negotio officio suo olim præclare jam defun-  
ctos novimus Spangenbergios, Crinesios, Balduinos, Himme-  
lios, postea Laurentios, alios, quibus jam accensendus est haud  
immerito Cl. Autor noster, id sibi negotii cum primis datum  
esse ratus, ut non, quemadmodum aliis ante ipsum visum fuit,  
quæ Paulo tantum tribuuntur, verum totius Novi Foederis  
Epistolas, ne Apocalypseos quidem Joannæ libro excluso, ele-  
ganter satis redigeret in summam. Nec infeliciter hoc ei cessit  
institutum. Nihil enim in his, ut habet inscriptio, Schematismis  
deprehendes violenti, quod a mente Scriptoris sacri discedat,  
Textus συνάφαιαν potius, miram quandam spiritus harmoni-

am præbentem, ubique locorum Autor optime commonstrat, literarum proprietates non negligit, capita cum commentibus rite distinguit & allegat. Tabulæ ipse quidem sunt perbreves neque plagulas duas excedunt, brevitatis tamen hæc, partim rei ipsius gravitate, partim methodi dexteritate, concinnitate & utilitate facile compensatur.

Bernünfftige Gedancken von den Würckungen  
der Natur.

i. e.

*MEDITATIONES PHYSICÆ DE EFFE-  
ctibus Naturæ, Autore CHRISTIANO WOLFIO, Por.  
Reg. Bor. Consiliario aulico, Mathem. & Nat.  
P. P. O. Societ. Reg. Brit. &  
Bor. Sodali.*

Halæ Magdeburgicæ, sumptibus Rengerianis, 1723, 8.

Aiph. 2 plag. 2 Tabb. æn. 7.

**E**N systema physicum, cujus spem fecimus in Actis hujus anni p. 38, experimentis partim Anno superiori p. 31 & 435, partim hoc ipso p. 35 recensitis superstructum. Monuimus jam aliquoties, nempe in Actis A. 1719 p. 124 & A. 1722 p. 31, ac alibi, Cl. Autorem in physicis ab hypothefibus fictitiis abstinere, neque in principiorum loco habere, nisi quod vel experientia clara, vel demonstratione nitatur. Quamobrem de condenda hypothefi, unde ratio reddatur a priori phænomenorum naturæ, sollicitus non est; sed causas speciales partim ex observationum circumstantiis, partim experimentorum ope eruit: unde tractatio generalis alium prorsus induit habitum, quam quo vulgo in Systematibus physicis vestitur. Continetur eadem parte prima, quæ de corporibus eorumque proprietatibus in genere agit. C. I ex principiis metaphysicis repetit, corporum tanquam entium compositorum essentiam structura eorundem absolvi, & lectorem ad Metaphysicam ablegat, ubi corporum generalia attributa explicavit. Miram Naturæ in di-

viden-

videendo subtilitatem per experimenta & observationes stabilit, rejectis argumentis pro divisibilitate materiæ in infinitum, ex Geometria vulgo petitis, cum corpus geometricum tanquam imaginarium a reali differat, atque in eo inprimis concipiuntur partes solo loco differentes & tantum possibiles, in hoc vero singulæ vi principii indiscernibilium a se invicem differant partesque actuales unicæ locum habeant. Ostendit autem, omnes de continui compositione difficultates inde ortum trahere, quod partes possibiles, quæ omnes una locum habere nequeant, cum actualibus confundantur, quod exemplo numeri compositi declarat, cujus partes possibiles non una locum habere possunt, sed varia gignunt partium systemata. Interim tamen probat, quod *Leibnitius* asseruit, materiam actu in infinitum esse divisam. Vacuum vi principii rationis sufficientis explodit & omnem materiam, etsi per se motui resistat, ac ideo motum semel impressum immutatum conservet, donec a causa externa statum mutare cogatur, constanter moveri probat. In corpusculis autem imperceptibilibus differre motus tum ratione celeritatis, tum ratione directionis. Cum vero hac ratione materiæ essentialis non sit, sed eidem potius propter vim inertix repugnet; ideo in corpore præter materiam & essentiam vim motricem admittit, quam *naturam* appellarunt veteres, unde motus secundum certas regulas resultant. Enimvero verendum non est, ut hac ratione a motu ad causam primam Deum, naturæ autorem, ascendere non liceat, legum enim motus principia in sapientiam Numinis cum ratione liberrime decernentis tandem resolvuntur methodo prorsus demonstrativa. Misis quæ in corpore metaphysicæ considerationis sunt, ad ea accedit Autor, quæ scopum physicum propius feriunt. In omni corpore materiam cohærentem ab interlabente distinguit, quarum ista cum corpore movetur & impetum facit, hæc autem libere motus suos a motu totius diversos exercet. Illam de quo in constantem & variabilem subdividit. Ex diversitate hujus materiæ & motu non solum principia mutationum, quæ corporibus accidunt, generalia deducit, sed & mox in specie monstrat c. 2, quodnam discrimen rerum e materia constante, c. 3, quodnam

ex variabili & interlabente resultat. A constante deducit densitatem & raritatem, porositatem, duritiem, varias corporum durorum affectiones, veluti fissibilitatem, secabilitatem, friabilitatem, fragilitatem, tenuitatem, crassitudinem, asperitatem, lævitatem, firmitatem &c. a variabili & interlabente intumescantiam, fluiditatem, molliem, calorem, frigus, gravitatem, elaterem derivat. De singulis varia demonstrantur, quæ recenseri prolixum nimis foret. Parte secunda structura mundi exponitur. C. 1 de corporibus mundi totalibus in genere differitur. C. 2 in specie de Sole ostenditur, quod sit corpus igneum, non tamen purum seu elementare, circa axem convertibile, figura spherica præditum seu potius spheroidica, atmospheræ cinctum. Explicatur etiam modus, quo lumen a Sole producitur, nec propagationem luminis a *Ramero* & post eum a *Newtono* definitam cum distantia fixarum a terra consistere probatur. Atque hac occasione omnem de lumine doctrinam fusius persequitur & heterogeneitatem radiorum *Newtonianam* a priori deducit Autor. Colores fixos ad modum emphaticorum gigni singulari quadam ratione docet, tandemque addit, quomodo Sol radiis corpora, quæ illustrat, calefaciat. C. 2 & 4 lunæ ac planetarum, tam primariorum, quam secundariorum, cum tellure similitudinem evincit, quæ sufficit, ut ad idem genus referri possint: c. 5 vero fixarum cum Sole affinitate stabilitate de Cometis quoque & stellis novis differit. C. 6 denique Systematis mundani rationem ex phænomenis & jactis antea fundamentis deducit. Parte tertia status Telluris nostræ in specie sub incudem revocatur. Postquam igitur C. 1 rationem reddidit figuræ ac motus vertiginis telluris, c. 2 aerem contemplatur telluri circumfusum, & ex ejus proprietatibus per experimenta stabilitatis in Experimentorum Tomis variorum in eo obviorem rationem reddit, quorum inter alia spectant crepusculorum doctrina & refractioni potissimum tribuenda phænomena, veluti quod luna gibbosa possit in ortu vel occasu induere faciem plenæ. C. 3 causas ventorum distinctius recenset, quibus elateris aeris æqualitas tollitur, eorundemque proprietates enumerat. C. 4 tempestatum fixarum pariter & vagarum causas assignat manifestas, ita ut, adhibitis Autoris principiis, singularium tempestatum rationes reperire

rire liceat: cujus quidem rei specimen olim ipse dedit in dissertatione de hieme extraordinaria A. 1709. C. 5 vaporum genesis & accidentia una cum nebularum atque nubium ortu & proprietatibus exponit, & quomodo hinc ros, pruina, pluvia, nix & grando generetur, c. 6 docet, ubi multa alia illustrantur, quæ ad hæc meteora spectant. C. 7 iridis naturam cum ceteris meteoris emphaticis dilucidat, usus in iride *Cartesii*, in halouibus, parheliis & parafelenis *Hugenii* principiis. Redditur etiam ratio nonnullorum phænomenorum hætenus a Physicis non consideratorum, veluti Solis cælo sereno palleſcentis ac umbræ in horologio solari retrogradæ in Gallia observatæ, causam in reflexionem conjiciens factam in grandine nivosa & in refractionem factam in glaciali, vaporibus communibus ad id efficiendum minime sufficientibus. C. 8 de fulgure ac tonitru ceterisque meteoris ignitis agit. Cum fulgur consistat ex sulphureis exhalationibus ac: censis, quæ judice Nostro ex aliis simplicioribus invicem permixtis in aere generantur, effectuum rationem, aliorum quidem a flamma, aliorum a vi fragoris, aliorum denique a vi aeris elastica per fulgur mirifice intensa arcessit, asserta singula exemplis confirmans. Theoriam auroræ borealis, quam in Actis A. 1716 p. 368 recensuimus, novas observationes interea nactus, perficit. Nimirum cum arcus alicubi coloribus variegatus fuerit conspectus, necesse est lumen admodum intensum in vaporibus fuisse refractum. Materiam igitur arcus diversam statuit a materia luminosa, quarum hanc multo superiorem ista sumit & hanc hypotheseſin circumstantiis phænomeni singularibus admodum convenientem probat. C. 9 de fontium origine, de fluminibus & oceano dilquirit, ubi etiam de fluxu & refluxu maris tractat, *Newtonianam* hypotheseſin *Cartesianæ* præferens. C. 10 de terra & fossilibus atque terræ motu agit, ubi & phænomenorum magnetis rationem reddit ex atmosphæra magnetica certis legibus per lapidem circulante. Ultima seu quarta parte ad vegetabilia, animalia, bruta & hominem accedit. C. 1 de vegetatione plantarum verba facturus, de anatomia earundem nonnulla præmittit, ubi *Malpighium*, *Grewium*, *Lecuwenbækium* & *Thümmigium* commendat, quorum industriæ debetur, quod in hoc genere laudem

dem meretur. Quoniam vero observationes microscopice non sufficiunt ad subtilissimam structuram partium organicam detegendam, ideo novum excogitavit modum utendi ea in re antlia pnevmatica, quo feliciter usum esse *Thümmigium*, jam alibi annotavimus. Fuscus disquirat de plantarum nutrimento, de præparatione succi nutritii & de motu ipsius, tandemque c. 12, ubi nonnulla de vita & morte plantarum in medium protulit, difficile argumentum de generatione plantarum enodat. Inde c. 13 ad nutritionem hominum & animalium brutorum progreditur, ubi de ciborum masticatione, deglutitione, digestionem, chylificationem, nec non de chyli sanguificatione, sanguinis circulatione, animali secretionem, corporis nutritionem & augmentationem, atque insensibili transpirationem ita tractat, ut singulorum rationem ex organorum structura derivet. C. 14 mutationes exponit, quæ in organis sensorii contingunt, dum sentimus, ubi etiam de sono tum directo, tum reflexo, itemque de loquela differitur, structuræ organorum conformiter. C. 15 motus musculorum cum respiratione mechanice explicatur & tandem C. 16 generationis ex recentiorum observationibus atque experimentis theoria conditur, vitæque ac mortis ratio declaratur: in quo difficillimo argumento nihil sumitur, quod non observationibus atque experimentis confirmetur, quod & in ceteris observavit Cl. Autor, operam daturus, ut theoriæ physicæ, quas proponit, immotæ persistant, ulterioribus observationibus ac experimentis in posterum confirmandæ, perficiendæ & extendendæ.

---

Erratum.

In Actis Eruditorum Anni superioris Mense Novembri pag. 536 lin. 18 pro *Job. Seibizius* lege *Johannes Christianus Seitzius*.

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Novembris Anno MDCCXXIII.*

D. COVEL'S ACCOUNT OF THE  
Greek Church &c.

i. e.

NOTITIA PRÆSENTIS ECCLESIAE GRÆ-  
*cæ, cum Animadversionibus ad hodiernam ejus doctrinam  
& disciplinam, speciatim de Eucharistia, & reliquis sex  
eorum sacramentis, collata cum F. Goari Notis ad Rituale  
sive Euchologium Græcum, Autore JOHANNE CO-  
VEL, Th. D. & Magistro Collegii Christi in  
Acad. Cantabrigiensi.*

Cantabrigiæ, sumptu Corn. Crownfield, & Londini, apud Jac.  
Knapton, &c. 1722, fol.

Alph. 5 pl. 4.

**A**Utor doctissimus jam quinquaginta abhinc annis Regis  
Angliæ Caroli II in aulam Ottomann. legato, Dan. Har-  
veio, a Sacris fuit: ad quod munus suspiciendum, non ulti-  
mum ipsi stimulum addidit hodiernæ Ecclesiæ Græcæ rationes &  
statum penitus cognoscendi cupido. Fervebat eo tempore in Gal-  
lia, potissimum inter Joh. Claudium, ministrum Ecclesiæ Re-  
formatæ Carentonensis, & inter Antonium Arnaldum, alios-  
que partium Pontificiarum, controversia de *perpetuitate fidei* cir-  
ca sacram Eucharistiam. Et quoniam in ea non minimi ponde-  
ris argumentum a consensu Ecclesiæ Græcæ peti videbatur,  
transubstantiationis fautores opera Marchionis de Nointel, Re-  
gis Galliæ Ludovici XIV ad eandem aulam legati, multorum

000

mona.



monachorum, Abbatum, Episcoporum, Metropolitanorum & Patriarcharum Græcorum testimonia obtinuerant, prorsus ad præscriptum concilii Tridentini composita, quorum *αὐτόγγραφα* quædam in Abbacia S. Germani Parisiensi hodieque ostenduntur. Cumque nonnulla, jam tum typis descripta, magnifico passim jactarentur, Theologi Cantabrigienses, & alii, Nostrum, in terras Orientales profecturum, obtestabantur, ut Græcorum ea de re sententiam diligentius exploraret. Postea ipsius etiam Joh. Claudii quindecim quæstiones, de Græcorum doctrina, testimoniis pro transsubstantiatione datis, & de Concilii contra Cyrilli Lucaris Confessionem habitis, per Jacobum Cranfordium, Anglico apud Venetos legato a Sacris, ad eum mittebantur.

Hinc, aucto inquisitionis studio, materiam præsentis operis collegit, post multas remoras nunc demum in lucem publicam emissi. In præfatione rationem & auctoritatem testimoniorum Græcorum, qualia ab ipso legato Gallico sæpe sibi ostensa esse refert, pluribus exponit. Ac initio quidem, pleraque non a Græcis ipsis confecta, sed a Latinis quibusdam emissariis præscripta fuisse, vel hinc probat, quod 1) sint supra captum Græcorum, utpote terminis Scholasticis, Latinorum propriis, & ex Bellarmini libro de Eucharistia petitis, referta, ut de *substantia panis annihilata, & transsubstantiata in verum corpus Christi, de sola specie & accidentibus panis & vini remanentibus*, &c. Harum enim subtilitatum Scholasticarum nec sonum, nec sensum Græci norunt, qui, hodie omnis fere eruditionis expertes, ultra formularum suarum liturgicarum lectionem & recitationem, ad ordines Sacros recipiendos ipsis sufficientem, vix sapiunt. 2) Quod nonnulla contineant, communi Græcorum doctrinæ aperte contraria, ita e. g. *utraque species, sive panis, sive vini, totum corpus Christi esse*, dicitur in testimonio Patriarchæ Antiocheni, cum tamen satis constet, Græcos omnes, sub utraque communicantes, *concomitantia* figmentum explodere. 3) Quod Lutheranorum & Calvinistarum doctrinæ, Græcis non nisi ex missionariorum Latinorum narrationibus notæ, directe opposita sint, & in illos, ac nominatim in Joh. Claudium, quasi hæ-

reti-

reticos, falsam suam doctrinam Ecclesie Græcæ per calumniam affingentes, invehantur, & subinde has ac similes formulas ingeminant: *Calvinista Gallici dicunt, heretici hi credunt, prævaricatores illi putant &c.* 4) Quod testimonia quædam, in diversissimis locis subscripta, iisdem articulis sive capitibus, imo iisdem pene verbis consent, atque adeo eundem haud dubie architectum, eumque Latinum habuerint. Hunc porro, Noster conjicit, fuisse *P. Michaelem, S. J.* a legato Gallico in hoc negotio ad Maronitas aliosque missum, & ut præcipuum totius consilii autorem commendatum. Interea Græcos quosdam formulis hæc testimoniorum sibi oblatis subscripsisse, Noster ultro agnoscit. Sed illos idoneos de communi totius Ecclesie Græcæ hodiernæ, nedum antiquioris, testes esse, pernegat. Quod denique Synodus Hierosolymitana A. 1672 ejusdem legati Gallici consilio & instinctu, præside Dositheo, habita, contra Cyrilli Lucaris confessionem decrevit: *nullum ullius Patriarchæ de religione sive doctrina fidei scriptum pro patriarchatui, publico & authentico agnoscendum esse, nisi fuerit Synodale, hoc est in Synodo Episcoporum examinatum, post maturam deliberationem communi omnium consensu approbatum, & omnium Patriarcharum subscriptione munitum;* idem Noster omnibus illis emendatis Græcorum quorundam pro substantiatione testimoniis pari jure opponendum censet. Nam subscripsisse, ait, nonnullos, e. g. ex *Maronitis*, quos cum Romana Ecclesia penitus in gratiam rediisse, ipsimet Romanenses pridem jactitarint, & ex *Armeniis*, qui sub tribus Patriarchis in diversissimas sectas & factiones divisi, capitali odio inter se dissideant, & supina insuper ignorantia laborent: subscripsisse nomine *Mengreliarum*, *P. Zampi*, qui ipse se Missionarium vocat, ut interpretem, sed sine dubio totius testimonii autorem, & Episcopum Georgianum, in Collegio Romano de propaganda fide educatum: subscripsisse denique multos alios testimoniis sibi non intellectis, partim ignorantia & simplicitate, partim odio Calvinistarum, quos emissarii Romani tanquam abominandos hæreticos iis invisos reddiderint, partim artibus Jesuiticis, partim autoritate legati Regis Gallie, qui in Oriente vulgo *communis Christianorum*

*protector & primogenitus Ecclesie filius* dicatur, autoritate, splendore & patrocinio inductos. Exempli causa citatur Methodius, Patriarcha CPtanus, qui a Parthenio dejectus, in palatium Marchionis de Nointel, quasi in asyllum, se recepit, & opera illius in locum suum restitutus, eodem tempore amplissimum pro transubstantiatione testimonium, Græce & Gallice scriptum, nomine suo insignivit. Ubi vero Patriarcha subscripsit, Metropolitz, Episcopi, Abbates & Monachi, ab illo pendentes, subscriptionem sine periculo spartæ suæ amittendæ recusare vix possunt. Qualis vero & quanta sit hodiernorum Patriarcharum & Episcoporum Græcorum doctrina, religio & autoritas, vel hinc judicare licet, quod post captam a Turcis CPLin munera sacra Ecclesie Græcæ venalia fiat, & pro illorum arbitrio, non dignissimis, sed plus licitantibus addicantur, atque adeo Patriarcha eligatur, quem *χρυσός, & Χρυσός*, designat, ut inter ipsos sedis Romanæ assecclae scribit Habertus Archierat. p. 320. Cum vero nulli plus licitari vel velint, vel possint, quam partium Romanensium homines, hinc factum est, ut Græci horum placitis addicti, quos Noster *Latinizator* vocat, passim irreperint. Hos igitur transubstantiationem, ex Collegio Romano de propaganda fide ad se ductam, approbare, nemo miretur: quamvis illa Græcis antiquioribus ne nomine quidem nota fuerit. Nam p. XXXVIII. vocabulum *μυστηρίου*, quod in omnibus lexicis pariter ac scriptoribus antiquis frustra quæras, in literis, quæ Imp. Michaeli Palzologo tribuuntur, A. 1274 ad Concilium Lugdunense datus, primo omnium adhibitum, postea vero cum in Concilio Florentino, ubi multa quidem de consecratione elementorum disputata, sed de modo *μυστηρίου*, quo scilicet illa fiant corpus & sanguis Christi, nihil determinatum reperimus, tum in Confessione, quam Gennadius Patriarcha CP. post captam CPLin primo Imperatori Turcico exhibuit, aliisque hujusmodi monumentis Græcorum publicis, vicissim omissum est. Inter Clericos Græcorum nativos nec millesimus quisque de hac controversia quicquam novit, & plerique omnem de *μυστηρίοις* illis, ut vocant, *μυστηρίοις* sermonem plane refugiunt. Quid tamen nonnulli eorum, quos Noster a Latinizatis æque ac Latinis, trans-

sub.

substantiationem asserentibus, distinguit, responderint, operæ pretium videtur ipsiusmet verbis recensere: *A Græcis*, inquit, *domi educatis nunquam aliam accepi responſionem, quam hæc male applicata axiomata: Deus est omnipotens, quia igitur Chriſtus dixit: hoc est corpus meum, licet merus tantum panis adhuc eſſe videatur, tamen eſt verum corpus (ἀληθινὸν σῶμα) & vera caro Chriſti, ſecundum divinam diſpenſationem, (καὶ ὡς ἴην θεῶν ἐκνομοποιεῖν) credendum potius eſt verbo potentie ejus, quam ſenſibus meis errori obnoxiiis. Si quæras, cur verba inſtitutionis non æque ac hæc & ſimiles locutiones, Chriſtus eſt porta, petra, vitis &c. ſenſu figurato potius, quam literali accipiantur, non niſi vulgares & populares reſponſiones ab iis expectaveris.*

Hinc igitur ſumta occasione dogma pariter ac hiftoriam Euchariftiæ, & ſpeciatiim tranſubſtantiationis, quinque capitibus, qui *Librum priorem* abſolvunt, copioſe exponit. *Libri vero poſterioris cap. I* quinque reliqua myſteria, ſive ſacramenta nova, quæ Græci recentiores a Latinis acceperunt, & cap. 2. idololatriæ & cultus ſacrorum hiftoriam per cenſet. *Speciatiim Libri I caput II* continet *privata quadam cogitata de communionem Chriſtiana*, ut habet inſcriptio. Iſta vero cogitata privata huc maxime redeunt, quod S. Coena a Chriſto inſtituta ſit in locum poſtcœnii Paſchalis Judaici, æque ac Sacramentum Baptiſmi in locum Baptiſmi Proſelitorum, qui fuerit appendix circumciſionis Judaicæ. Itaque verba: *hoc eſt corpus meum*, eodem ſenſu accipit, ac formulam illam Paſchalem Judæorum: *hic eſt panis afflictionis, quem comederunt patres noſtri in Ægypto*. Quafi dicatur: hoc edimus in memoriam panis illius, quem patres noſtri comederunt in Ægypto. Expoſitionem hanc, a Buxtorſio licet, Grotio, Hamondo & aliis pridem propoſitam, eo ſaltem nomine privatam dixeris, quod nunquam publico Chriſtianæ Eccleſiæ conſenſu recepta fuerit, neque ex ſacris literis probari poſſit, atque adeo ſit *ἰδιώτης ἐπιλύσεως*, 2 Pet. I v. 20. *Caput II* ex Liturgia Chryſoſtomi, qualis extat in Euchologio Venetiſ 1673 edito, & hodieque in ſacris publicis Græcorum uſitata eſt, eas partes exhibet, quæ proprie ad S. Euchariftiam ſpectant. *Caput III* annotationes ad Liturgiam illam complectitur, in quibus Goari aliorumque

- P. 34. que Romanensium expositio subinde emendatur. Ita solemnem pompam introitus, ut vocatur, majoris, qua Græci panem & vinum, nondum consecratum, ex prothesi per mediam Ecclesiam in mensam sacram deferunt, a circumgestatione & adoratione corporis Christi Pontificia multum differre, demonstratur. Per
- 36 & 41. Sacrificia, in Græcorum Liturgiis memorata, intelliguntur aut *προσφορὰι* sive oblationes donorum, aut sacrificia laudis, quæ discrete *λατρεία λογική* vocantur. Invocatio Spiritus Sancti, ut panem faciat corpus Christi, Græcis usitata, transubstantiationem Romanensium destruit potius, quam confirmat, quandoquidem formula illa longe post verba institutionis: *hoc est corpus meum*, quibus transubstantiatio Latinis jam facta esse creditur, a Græcis recitatur, & hoc tantum vult, ut Deus panem consecratum in nobis (*ἐν ἡμῖν*) faciat corpus Christi, h. e. nos dignos reddat convivas, qui illud non ad iudicium, sed ad animæ salutem accipiant, sicut *ἐπιλήσῃ* illam Græci ipsi in Concilio Florentino exposuerunt. In *capite IV Cl.* Autor sententiam suam proponit de origine & significatione ritus, quo Græci portiones quasdam (*μερίδας*) panis eucharistici Christo, B. Mariæ Virgini, aliisque Sanctis & Episcopis, defunctis pariter ac vivis, assignare solent. Communionem videlicet cum universa Ecclesia, triumphante & militante, juxta ac cum Christo capite Ecclesiæ, per illum repræsentare videntur: id quod similitudine epularum, sacrificiis cum Paganis, tum Israeliticis olim subjungi solitarum, illustratur. *Caput V* continet observationes quasdam circa originem & progressum dogmatis Pontificii de transubstantiatione, & de conatibus illud per totum orbem Christianum propagandi. Qua ratione transubstantiatio, in Occidente a Seculo IX & X sensim inuenta, & post contrarium Berengarii errorem damnatum, auctoritate Innocentii III in Concilio Lateranensi inter articulos fidei Romanæ relata fuerit, alii quoque exposuerunt. Orientali Ecclesiæ Latini eam quidem jam in Concilio Florentino obtrudere studuerunt, ut in quo *de panis in Eucharistia transmutatione* disputatum fuisse, Caranza refert. Sed in Actis Synodi nihil de hoc dogmate definitum reperitur, & Græci panem ac vinum per preces sacerdotis, generali tantum vocabulo,

bulo *τελεσθῆαι*, h.e. consecrari professi sunt. Quod enim vocabulum hoc per *transubstantiari* ab interprete Latino, *ad mentem Theologorum*, puta Romanensium, verum sit, ipse Richardus Simon ingenue profitetur. Præcipue vero Ecclesia Græca, post captam a Turcis CPlin servitute oppressa, domesticisque infidiis & virorum doctorum inopia laborans, Pontificiorum infidiis patuit, per emissarios suos id enixe agentium, ut Græci placitis Romanensium imbuerentur. Quo studio id jam Seculo XVI consecuti sunt, ut Joasaphus, Patriarcha Constantinopolitanus, qui Scholas, Romanis invisas, Constantinopoli instituerat, throno suo dejiceretur, & Metrophanes, quem propter unionem cum Latinis initam Græci antea communione sua excluderant, in locum ejus eveheretur. Nihilominus postea Patriarcha Jeremias, ex commercio literarum cum Theologis Würtembergensibus notus, & successores ejus novo *μετεστώσεως* vocabulo adhuc abstinerunt, neque modum præsentis corporis & sanguinis Christi in S. Cœna determinarunt, donec Gabriel Philadelphensis, Meletius Syrigus & alii horum similes, præcipue Cyrilli Lucaris adversarii, hujus odio cum Romanensibus conjuncti, illud etiam in confessiones suas admiserunt. Quod enim Gennadius, primus post captam a Turcis Constantinopoli Patriarcha, id usurparit, Richardus Simon nullo idoneo testimonio demonstrare potuit. De Meletio, præcipuo famosæ illius *ὁρθόδοξε ὁμολογίας* autore, tanto minus id mirandum est, quod in Italia quondam literis operam dedit, & maximam Theologiæ suæ partem ex Bellarmino hauserit. Ceterum Latini, non contenti placita sua Græcis junioribus per emissarios suos, & Collegium de propaganda fide, hoc ipso consilio Romæ constitutum, affricuisse, insuper etiam liturgias Orientales corruerunt. In missali Armeniano, Romæ 1642 edito, verba *ἐπιπέσεως* Græcæ, addito vocabulo *consecratum*, tali modo interpolaverunt: *Fac (consecratum) panem hunc corpus Christi, & (consecratum) calicem ipsum sanguinem.* Et in liturgia Æthiopica, Romæ 1649 edita, pag. 153 eandem ita ad mentem suam detorserunt: *mitte Spiritum S. tuum super panem hunc, videlicet corpus Christi, ut testatur eum esse corpus Christi.* Tacemus

p. 141.

126.

10.

cemus brevitatis studio, quæ in eodem hoc capite de Cyrilli Lucaris adversariis & interitu, de ὁμολογίας modo dictæ autoribus, de Synodo Hierosolymitana A. 1672 habita, de Dosithei apologia, & aliis eo spectantibus copiose disputantur. In *Libri II cap. priori* septem mysteria seu Sacramenta Græcorum examinantur, quæ præter Sanctam Eucharistiam & Baptismum, a nobis concessa, sunt (1) unguentum chrismatis, sive confirmatio, (2) ordinatio Clericorum, (3) matrimonium, (4) confessio peccatoris & pœnitentia, (5) oleum precum, quod Latini pro unctione sua extrema amplectuntur. Nam Dositheus in Synodo Hierosolymitana, prorsus ad mentem Latinorum, nec plura, nec pauciora ab Ecclesia Græca admitti, adversus Cyrillum Lucarem pronunciavit, licet hunc eorum numerum Seculo demum XII a Petro Lombardo ita definitum esse, constet, & Græci de iis a se ipsis, pariter ac Latinis dissentiant. Nam Sacramentum seu μυστήριον definiunt ritum a Domino nostro institutum, per quem unusquisque fidelium sub specie aliqua visibili invisibilem gratiam Dei accipit. Vide ὀρθόδοξον ὁμολογίαν P. I quæst. 99. Sed hæc definitio novis illorum Sacramentis parum congruit. Nam e. g. μῦρον ἰδὲ χρίσματιος, quod Latinorum confirmationi respondere putatur, demum post Apostolorum tempora in locum χειροθεσίας successisse, ultro cum Bellarmino agnoscunt; vide ejusdem ὁμολογίας quæstionem 104. Quodsi vero ceremonias quascunque Ecclesiasticas a sacerdote peractas, in quibus signo cuidam externo & visibili promissio gratiæ divinæ & invisibilis jungitur, Sacramentis accensere licet, Græci multo plura, quam septem, habebunt Sacramenta. Nam si vel solam initiationem infantum spectes, hi (1) octavo post nativitatem die, quo nomina iis solenni ritu imponuntur, a Sacerdote signo crucis in fronte, ore & pectore signantur, addita hac precum formula: *lumen faciei tuæ, Domine, signetur super servo tuo N. N. crux unigeniti tui Filii signetur in corde ejus, concede, Domine, ut sanctum Nomen tuum quiescat super eum, & nunquam abnegetur.* Quas preces Goarus in Euchologio p. 106 vocat tres Gratias totidem signis crucis respondentes. Similes ceremoniæ & precum formulæ adhibentur (2) die XL, quo puerpera primum cum infante

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCLXXIII. 481

fante suo Ecclesiam ingreditur, (3) in catechisatione, (4) in Exorcismo, (5) in consecratione aquæ Baptismatis, (6) in chrismate priori Baptismum proxime præcedente, quo Sacerdos signum crucis fronti, oculis, naribus, ori, auribus, pectori, manibus, pedibusque illinens, dicit: *Servus Dei N. N. ungitur oleo lætitia in nomine Patris, Filii & Spiritus S. & nunc & semper, & in secula seculorum.* Tum demum (7) Baptismus sequitur, quem Græci æque ac Latini primum Sacramentum vocant. Vulgo hic a Græcis non nisi trina immersione peragi creditur. Sed noster Constantinopoli sæpe se vidisse, testatur, Sacerdotem infanti, in patina, vel alio vase, cui aqua infusa est, sedenti, & læva manu sustentato, calidam dextra haustam super caput fundere sive aspergere. (8) Baptizato vestis induitur a Sacerdote, dicente: *Servus Dei induitur veste justitia,* reliqua. Quo solo ritu interjecto, statim succedit (9) Chrisma illud posterius, *μύρον τῶ χρισμάτος*, quod Latini pro confirmatione sua amplectuntur, & Græci horum auctoritatem secuti, inter septem Sacramenta secundo loco nunciant. (10) Septimo post Baptismum dis Sacerdos infantem baptizatum, & semel iterumque unctum in templo aqua pura abluit, his utens verbis: *Iustificatus & illuminatus es:* deinde sponsia eundem abstergens, pergit: *baptizatus es, illuminatus, unctus oleo, sanctificatus & lavatus in nomine Patris, Filii & Spiritus S. nunc & semper, & in secula seculorum. Amen!* Et hunc ultimum ritum multo aptius pro confirmatione Latinorum, quam chrisma, quod in multo pluribus ab ista differt, & non nisi appendix baptismi est, assumi potuisse, Noster judicat.

p. 186.

In Capite posteriori, quod de imaginibus & cultu Sanctorum inscriptum est, discrimen inter iconolatriam Græcorum & Latinorum ob oculos ponitur. Est enim utrique imagines colunt, tamen illi (1) nullas habent imagines Dei, & ipse Dositheus, cum quo Noster collocutus est, adhuc arcte tenuit J. h. Damasceni, acris licet alioquin iconolatriæ defensoris, sententiam, quod Dei invisibilis, incorporei & infiniti nulla fieri possit imago, figura aut similitudo. Contrariam Latinorum praxin & sententiam Noster data opera impugnat, & Bellarmini rationes pro ea



- p. 352. allatas confutat. Multo minus Græci (2) statuas vel picturas S. Trinitatem representantes admittunt, immo nec Christi crucifixi imaginem apud Græcos se vidisse Noster meminit, si unicam excipias, quam in obscuri cujusdam loci sacellum Sacerdos ejus Roma attulerat. Præter hanc vero nullam, vel Christi, vel (3) quamcunque aliam effigiem religionis causa sculptam vel fabricatam, in ullo Græcorum templo se reperire potuisse, sancte testatur, licet Leo Allatius L. III de consensione c. 15 §. 16 nihil frequentius apud Græcos esse, impudenter asserat.
354. (4) Neque angelis apud Græcos picti Covelio unquam obven-  
runt, utpote qui, propter naturam suam spiritualem, non magis ac Deus ipse pictura quadam sensibus representari possint. Qua occasione suam de apparitionibus angelorum sententiam
356. seqq. proponit, & has nonnisi per vivam quandam imaginationem mentibus hominum impressam factas esse, putat, idque ex Num. XXII v. 23, cap. XXIV v. 16, 2 Reg. VI v. 16, Act. X v. 3, aliisque Scripturæ locis, confirmare studet. Pictas San-  
ctorum imagines in Græcorum æque, ac Latinorum templis frequentissimas esse, non negatur. Sed tamen si eas εἰς κακοποιῶν, ad ornatum, quin & memoriz causa, retineri posse, Dositheo conceditur, tamen βιβλία τῶν αἰματῶν ab eo minus recte vocantur, cum non nisi iis, qui historias sacras legerunt, vel audiverunt, inservire possint. Multo minus δελίαν five cultum religiosum, quem pariter ac Latini a τημῆ five honore civili distinguunt, iis exhibere fas est: id quod contra communem utrorumque errorem pluribus demonstratur, & vana Pontificiorum δελίας ab ὑπερδελία & λατρεία distinctio exploditur.
399. Ecclesia Anglicana nondam crucis figuram, ut monumentum passionis & mortis Christi, hodieque in templis ac locis quibusdam publicis retinet. Sed omnes imagines Dei, S. Trinitatis, Christi crucifixi, & Angelorum, pariter ac delubra & statuas Mariæ virginis, aliorumque Sanctorum, propterea quod idololatriæ occasionem præbeant, ejecit. De picturis idem sentit, quod Synodus Parisiensis, Imperatore Ludovico Pio habita, memorie tantum & instructionis causa, templa iis exornari posse.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 483  
**TRACTATUS DE TACITA ONERUM ET**  
*conditionum repetitione D. DOMINICI AB AGVIRRE*  
*Comitis Massórensis, nunc Regentis in inchoato regio supre-*  
*mo Hispanico Consilio Aulico Viennensi, cui accessit ejusdem*  
*Autoris Discursus super officiis Venalibus*  
*Generalitatis Cataloniæ.*

Viennæ Austræ, typis Wolfg. Schwendimann, 1721, fol.

Alph. 5 plag. 12.

**S**criptus est elegantissimus iste tractatus occasione controver-  
sæ cujusdam forensis, eaque finita pulchram hanc elabora-  
tionem, sed & extensionem ad alia Juris capita, quæ litem illam  
non tangunt, fuit nactus. Venerat olim ad Ill. Comitem, Do-  
minicum ab Agvirre, in Barchinonensi foro tunc causarum ma-  
joris momenti patronum ac oratorem, & in Archigymnasio Ju-  
ris Professore publicum, clarissima femina, Anna Maria Re-  
nart, vidua, gravissimam ei litem patrocinaturum. Susceperat  
etiam hoc onus Noster, ac moverat litem adversus Franciscum  
Puig, detentorem ac donatarium extraneum amplissimæ here-  
ditatis Francisci Castello, quam vindicandam sibi cupiebat An-  
na Maria ista. Ponderatis etiam diu conjecturis ex testamento  
resultantibus, causæ victoriam is non temere sperabat. Post ali-  
quot annos, quum esset Noster jam diu Regius Senator Cata-  
loniæ, obiit Anna Maria Renart, instituto herede conventu Pa-  
trum Carmelitarum excalceatorum civitatis Gerundæ; deside-  
rabat enim devota hæc mulier bona sua convertere ad pium opus  
Ecclesiæ. Dixit igitur Noster, sub rubrica tamen alterius advo-  
cati, justitiam Conventus Carmelitarum indubitam esse ac in-  
controversam. Franciscus enim Castello Joanni Josepho filio  
suo, heredi instituto, substituerat per fideicommissum Rapha-  
elam, filiam suam, sub conditione, si Josephus sine liberis de-  
cessisset: si autem Raphaela præmoreretur, istius filios: gra-  
vans etiam eandem, si sine liberis decederet, de restituenda tota  
hereditate Annæ Mir, nepti testatoris ex sorore, & ea præmor-  
tua, ejus filiiis. Similiter gravabat hanc Annam Mir, si sine li-

beris decederet, de restituenda hereditate Otiliæ, ex altera sorore nepi, eaque præmortua, ipsius filii. Pariter Otiliæ, sine liberis decedenti, substituit per fideicommissum Mariam Pasqual, & ea præmortua, illius filios: gravans hanc rursus, sine liberis decedentem, in favorem Margarethæ, neptis itidem ex alia sorore, & ea præmortua, filiorum ejusdem: rogans etiam eandem Margaretham, sine liberis decedentem, ut hereditatem restitueret Mariæ Bors, nepi testatoris ex sorore, & illa præmortua, istius filii: annectens denique similes alios vulgarium & fideicommissarum substitutionum gradus, in favorem aliarum personarum, & filiorum earum, totiusque suæ descendentiæ. Testatori huic tam cauto successerat ob deficientiam Jo. Josephi, Raphaela, & cum per annos plures possedisset hæreditatem, præmoritur Anna Mir, nullis relictis liberis: post Annam Mir præmoritur etiam anno 1663 Otilia, relictis tamen duabus filiabus, Francisca & Theresia. Anno demum 1665 obit etiam Raphaela. Successio ergo a die mortis Raphaelæ deferenda erat filiabus Otiliæ: venerat autem hereditas in manus extranei cujusdam, putativi heredis Raphaelæ. Vindicant ergo eam Francisca & Theresia, atque obtinent per sententiam Senatus Regiæ Cataloniæ, latam die XI Octobr. 1672. Duæ autem hæ sorores, sine liberis iterum obeuntes, donant universam itidem hereditatem extraneæ, Francisco Puig. Prædefunctis igitur omnibus reliquis substitutis intermediis, superstes erat nostra Anna Maria Renart, filia Mariæ Bors, & credebatur illa, tanquam ultima vocata, habuisse liberam dispositionem bonorum universalium Francisci Castello, testatoris, adeoque instituendi Conventum Patrum Carmelitarum, atque hos recte vindicare bona illa contra donatarium extraneum Puig, & ceteros stertios possessores. Versari enim totam litem in calu repetitionis legalis & tacitæ, vi *L. unica §. 4, 7, 9. C. de caduc. toll.* ubi Justinianus confirmat Rescriptum Imp. Severi & Antonini Bassiani Caracallæ: relatum ab Ulpiano in *L. 74 ff. de Legat. I* & *L. 61 §. 1 ff. de legat. II*, sed clarius expressum a Diocletiano & Maximiniano in *L. 4 C. ad SC. Tribell.* Cæteres enim, qui post Severum & Antoninum floruerunt, ipsosque postea JCIos Romanos,

taci-

tacitam hanc & legalem repetitionem onerum & conditionum agnovisse: & hoc constare ait Ill. Comes ex *L. 28, L. 62, L. 65 §. 3, L. 77 §. 7 & 15 ff. de Legat. II, L. 9 ff. de usu & usufr. leg. L. 78, L. 87 §. 4 ff. ad L. Falcid. L. 2 ff. de his, quæ in testam.* Sed & favere nobis textus, ante illud Rescriptum prolato, *L. 29 ff. de Legat. II, L. 9 ff. de usufr. leg. L. fin. ff. de his, quæ pro non script. hab. L. 26 §. 6 ff. de fideicommiss. libert.* Rationem autem, quæ moverit Severum & Antoninum ad inducendam hanc præsumptionem animi testatoris ad repetendum onus, ceu certam & probatam, hanc fuisse; quia vulgaris substitutio sit quædam subingressio seu repositio substituti in locum instituti: subingressio autem fiat regulariter cum iisdem qualitibus, honoribus & oneribus. Juxta naturam enim institutionum præsumit lex, testatoris mentem fuisse, eadem gravamina repetere; dummodo contrarium ex conjecturis non appareat. Intrat ergo Lex in aliquibus dispositionibus, & præsumit, testatorem repetere voluisse, sed repetitionem illam scribere omisisse. Itaque præsumit, quod si testator cogitasset, Cajum esse præmortuum, gravasset etiam Ti- C.2 §.15 u.2 tium in favorem Sei. Neque ob stare textus, in *L. 3, L. 4, L. 10 §. 2, L. 25, L. 26 ff. si quis omiff. caus. testam.* fundantes se in Edicto Prætorio contrario. Nam & Edictum illud editum fuisse longe ante Rescriptum Imp. Severi & Antonini. Totum autem cardinem difficultatis consistere adhuc in eo, ut inquiratur, quando versemur in terminis Consilii XXI *Oldradi*, repetitionem negantis, per *L. 114 §. 13 ff. de Legat. I, L. 17 §. 7 ff. ad SC. Trebell.* &c. Et, quando versemur in casu nostræ *L. un. C. de caduc. toll.* repetitionem concedentis. Si igitur Cajus præmortuus, & postea Titius sine liberis, fideicommissum, quod Cajo restituendum fuisset, si vixisset, vi *L. un. restitui debet subsequenti*, mediante tacita & legali illa repetitione. Contra procedit Consilium XXI *Oldradi*, si conditio mortis Titii, *sine liberis*, defecerit, ob supervenientiam filiorum ejus. Cujus conditionis defectus omnes etiam concatenatos gradus evacuat. Sicut igitur filix dux, Francisca & Theresia, ingrediebantur in locum Otilix, matris præmortuæ; ita Anna Maria Renart intrat in locum earundem filiarum præmortuarum. Prolixe respondet etiam Noster ad omnia dubia

dubia, quæ ab adversa parte Francisci Puig vel mota fuerant, vel potuissent excitari; ut cernere queas, victoriam fuisse in propinquo. Neque tamen diserte expressit Noster, an per sententiam vicerit, nec ne. Inuit potius passim, per errorem fuisse suppositum, partes vertari hic in casu *Oldradi*. Sic in summario c. 2 n. 27 §. 16 citatur iudicium tantum Auctoris nostri super casu præsentis, iudicis autem decisum vulpiam. In dedicatione ait de se ipso: *indubitatam certamque justitiam, subtilem tamen, raroque contingentem, fore censui*. Quid autem Senatus Cataloniæ censuerit, tacet. Nemo negaverit, plurimos hic textus insigniore cura, quam vulgo fit, evolvi: tum vero *L. 14 C. de fideicommiss.* deinde *L. pen. ff. de vulg. & pupill.* Inferuntur etiam variz sententiæ in Senatu Regio: Cataloniæ, Nostro referente ipso, inter partes pronuntiatæ. Locum præterea Sexti Aurelii Victoris, *de Caesaribus c. 14* ita tangit, ut appareat, eum literaturam quoque elegantiore inter ipsa seria textuum Romanorum peramasse. In universum scribit ubique graviter, acute & profunde: optamusque, eum plures ejusmodi Tractatus edere, vel ab aliis edi. (Addi hic poterit ob affinitatem argumenti *Proces sur la Substitution de Ric*, in Diario, Journal des Savans, Mart. 1723.) Nondum autem recitavimus themata prolixissimi capitis V, quæ a superiore controversia Patrum Carmelitarum deflectunt, & varias donationum, aliorumque contractuum species, jus etiam aurescendi, tandemque fructus Beneficiorum Juris Canonici pervagantur, & indagant, an etiam ibi detur illa tacita & legalis onerum & conditionum repetitio? Sed malumus ista omnia eruditus Lectorum oculis perlustrari, quam sterili hac opera a nobis, & per tumultum recenferi. Discursus ejusdem super officiis Cataloniæ exhibet descriptionem status publici patriæ suæ, circa quædam officia & jura illorum Officialium maxime. Posse scilicet officia antiqua alienari inter vivos, ita ut Deputati Cataloniæ non immisceant se titulis alienationum. Sufficere, quod Officialis accedat ad illorum Consistorium, & dicat, *ego resigno officium meum in favorem Petri, & supplico, ut ei conferatur, & tradatur possessio*. Teneri etiam Deputatos officium illud resignatario conferre, si persona sit capax & idonea.

C. 2 §. 7  
n. 37 ff.  
C. 2 §. 14  
n. 12 ff.

nea. Sufficit autem fieri renunciationem in ultimo etiam vitæ instanti: necis autem tempore & repentinæ mortis, coram Notario & testibus. Et heres defuncti potest explicare alium idoneum resignatarium, de quo in eventum cogitavit testator ac censuit. Licitum quoque esse supremo Principi vendere ejusmodi antiqua officia, non habentia jurisdictionem, sed exercitium & laborem solum; si emptor sit dignus, pretium moderatum, & urgeat publica necessitas pecuniæ, aliunde commode non comparandæ: nisi, quod D. Thomas in consultatione ad Sereniss. Ducissam Brabantæ, Opusc. XXI, dissuaserit ei hanc viam; *frequenter enim magis idoneos esse pauperes, nec posse emere: aut si magis idonei illi etiam sint divites, talia officia eos non ambire, nec inhiare ad lucra ex officio acquirenda. Rectius igitur eligi bonos & idoneos, & si necesse fuerit, etiam invitos compelli.* Paruisse etiam Ducissam huic consilio. Materiam tamen hanc recepisse temperamentum per totam Europam. In Catalonia officiales hos existere in immemoriali possessione: nec posse ista officia & facultatem resignandi inter vivos a supremo Principe iterum tolli aut revocari, sine publica causa & necessitate; ne quidem in foro externo: ita ut actus, auferens jus tertii, & alteri tribuens, sit nullus. Etiam in casu malæ administrationis non posse hosce Officiales suis officiis privari, sed solum ab ipsorum exercitio: cogendo eos ad personam aliam idoneam substituendam, cum eodem salario. Esse eos successores non universales, sed particulares, per proprios & singulares contractus primitivorum officialium, qui a Curii generalibus officia compararunt. Et ideo deberi observari a Regia Majestate & Curia. Nunquam etiam extitisse, nec hodie extare causam publicam, ob quam ab eorum obtentoribus auferri possint. Causam enim publicam esse debere talem, ut directe respiciat omnium commune bonum, nec sufficere utilitatem Fisci: & adhuc necesse esse, ut domino detur pretii satisfactio pro re ablata. Alias enim non daretur fides publica, & cum dolo procederetur. Scripserat Discursum hunc Ill. Autor anno 1692 (quia Juris Officialium ab anno 1683 & 1686 conscius erat,) in notitiam sublimiorum Virorum, & ob defectum instrumentorum alienationum in Archivo

chivo Domus deputatorum. Cumque res Cataloniz hodie turbatae sint, maxime quae pertinent ad ejus Generalitatem, cujus eximius magistratus suspensus reperitur, & notitia horum officiorum ac eorum-jurium facillime perire possint, non potuisse majorem existere necessitatem edendi hujus opusculi, quam nunc, arbitrabatur: quod Deo miserente, ac veniente oprato casu, a viris doctis & sapientibus accuratius sit expediendum.

**GERARDI NOODT, J.C. ET ANTECESSORIS, amica Responsio ad difficultates, Julio Paulo, sive libro de Partus expositione & necis, imper motas a Viro Amplissimo CORNELIO VAN BYNKERSHOEK, J.C. & in suprema Hollandia, Zelandia & Westfrisia Curia Senatore, opusculo de Jure occidendi, vendendi & exponendi liberos apud Romanos.**

Lugduni Bat. apud Jo. van der Linden Jun. 1722, 4.

Plag. 3.

**D**Uplex in scriptione hac pereleganti quaestio facti est. Una: quam diu parentibus in foro Romano fuerit permillum, liberos natos, antequam suscepti, agniti, alique jussi essent, pro arbitrio exponere aut necare, & quo tempore sorda illa atque impia consuetudo desierit? Volebat Viri Ill. a veteribus Jctis, quibus nihil humanius, nihil benignius sol unquam aspexerit, amoliri maculam illam, ac si ea facinora putassent tantum contraria boni Viri officiis, non autem contraria legibus: & jure Pandectarum licuisse si non liberos adultos, infantes certe & partus recentes projicere, mergere, occidere, exponere. Deservuisse potius dixit rigidam illam patriam potestatem sensim sub Trajano jam adeo, Hadriano, vel Antonino Pio, & inoribus fuisse subactam, accessisse demum publicam autoritatem cum veterum Jctorum, tum Principum, Constantini, Theodosii & Valentiniani, quae tantum facinus plene solenniterque vindicaverit, plena parricidii. Dictum de eo *Act. 1720 p. 363 ff.* Hic quum videret

deret magnæ famæ Jocus Gerardus Noodt, pleraque omnia, quæ ipsi incidissent de mente Julii Pauli, in *L. 4 D. de agnosc. & alenid. lib.* sollicitari, in amica hac responsione probationem suam petit a testibus & exemplis illius temporis, cujus usum uterque hic investigare voluit. Incipiens igitur a testibus Christianis, Justinum Martyrem ait in Apologia II ad Antoninum Pium confirmare, infantum expositionem ac necem inter alios populi Romani mores jure publico licitam tunc atque impunitam relinqui. Minucium Felicem, juris Romani peritum, sub Severo & Antonino Caracalla testari, esse foeminas, quæ in ipsis visceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant, antequam pariant. Tertullianum sub Septimo Severo, in Apologet. c. 9 dicere, *iplos etiam Praefides provinciarum liberos suos impune & necare & exponere.* Et ad Nationes lib. I. c. 15; *Non aliter vos quoque infanticida, qui infantes editos enecantes, legibus quidem prohibemini; sed nulla magis leges eluduntur.* Sub ipso Constantino adhuc Lactantium dixisse, *L. 6 c. 20,* apud homines pro licito haberi, recentes natos oblidere: quæ vel maxima sit impietas. Et in *epitome c. 4* vetus præceptum, *non occidere,* sic accipi debere, tanquam jubeamur nec infantes necare aut exponere. Inter Gentilium testes Apulejum, juris Romani non minus curiosum, sub Divis Fratribus de hac re ceu licita lib. 10 Metam. loqui, *ut protinus necaretur, quod editum esset;* perinde uti Plautus, Amphitr. I, 3, *quod erit natum, tollito;* & Terentius, Andr. I, 3, *quicquid peperisset, decreverunt tollere.* Exempla partus expositi tum a matre tum a patre, esse in *L. 29 ff. de manumiss. testam. & L. 16 C. de nuptiis.* Si autem non dicatur in textibus expositionem fuisse licitam jure Pandectarum usque ad Valentinianum, noluisse Justinianum illos recitari, ceu abrogatos & inutiles. Et contra ne per consequentias quidem probasse assertum suum Corn. van Bynckershoeck. Expositionem enim & necem infantum non fuisse partem vel effectum patriæ potestatis, neque adeo cum hac abrogatam. Ortam potius ex eo, quod embryo sit adhuc pars matris, velut planta uteri, nondum animal, nedum homo. Editum etiam partum perinde olim habitum; quamdiu non esset susceptus, agnitus, &



ali jussus. Idem hoc principium crudele secutum populum Romanum, *L. 9 §. 1 ff. ad L. Falcid. L. 1 §. 1 ff. de ventr. inspici.* a Stoicis & Philone Judæo acceptum. Tandem matri æque ac patri ademptum fuisse, quod hæctenus permissum a Valentiano: quamvis in potestate matris liberi nunquam fuerint. Peregrinis ipsis fuisse antea permissum, qui non habuerint jus patriæ potestatis. Nullam porro extare constitutionem Trajani, his, quæ diximus, contrariam. Coegisse illum patrem emancipare filium, ob scævitiã, quodque fecerit ei male & contra pietatem. Id vero legem ipsam jam ante voluisse, ac bene sperasse de naturali pietate patris. Mansisse igitur patri etiam tunc jus suum vitæ ac necis integrum: fuisse enim decretum principis singulare, & in facto singulari. Antoninum Pium in *L. 1 §. 15 2 ff. de his qui sui vel alien. jur.* non loqui de jure patris in liberos, sed domini in servum, qui pro nullo haberetur. Neque concludere hoc argumentum, a simili sumtum, necessario, sed probabiliter tantum. Hadrianum in *L. 5 ff. de Leg. Pompeja de parricid.* deportasse patrem in insulam, quod filium necasset, qui novercam adulterabat, in venatione; fecisse enim hoc latronis magis quam patris jure. Sed etiam hoc decretum fuisse personale & singulare, neque trahendum ad exemplum, vel constitutionem generalem posse inde fieri. Primarium textum Pauli in *L. 4 ff. de agnosc. & aliend. liber.* non continere regulam juris, Juri Romano illius ætatis congruam, sed præceptum morale, juri tunc recepto contrarium. Potuisse Paulum etiam in libris *sententiarum* de utrisque agere: in *L. 4* autem superesse nobis tantum alteram partem illius textus, quæ moralis sit. Similiter dicere Paulum in *Collat. LL. Mosaic. & Rom. Tit. 7, melius facere, qui furem nocturnum vel diurnum non occidit, sed magistratui tradit.* Hos textus Pauli igitur, hominis privati, vim legis accepisse demum per Theodosium & Justinianum: etsi semper pugnaverint cum malis moribus fori Romani. Iterum juxta Julianum *§. 9 l. de nuptiis, & L. 12 §. 1, 2, 3 ff. de rit. nupt.* rectius & jure facturos, qui ab hujusmodi nuptiis abstinent. Si repetas jam hæc omnia breviter, Justinus Martyr purgat innocentiam Christianorum adversus gentiles: *neminem persequimur, neque impium*

*pium quid committimus, pueros etiam recens natos exponere, improbum dicimus. - ne quis expositorum, si non fuerit sublatus, moriatur, & homicide fiamus. Idem ad Diognetum, Uxores ducimus, sicut omnes; liberos procreamus, sed fetus non abjicimus. Neque mens Viri illustris fuerit, Trajanum vel Hadrianum aut Antoninum Pium uno ictu, vel statim ad legem latam, concidisse consuetudinem suæ ætatis inveteratam. Sensum autem, & per mores Principum meliores fuisse subactam. Minucius itaque Felix, Tertullianus & Lactantius facile adhuc poterunt mala exempla Gentilium hic allegare: nam & canones Conciliorum deprehendebant necantes fetus atque exponentes, & pœnas iis decernunt, *Can. 91 Concilii VI in Trullo, Can. 21 Concilii Ancyrani, Can. 2 & 33 Basilii ad Amphilocho.* Matthæus Blastares *Syntaxm. III c. 28, 29.* Sed & Minucius, iis parricidium objiciens, cum Tertulliano innuit, legibus hæc prohiberi etiam inter Gentiles. Lactantius similiter *L. 5 c. 9, natos ex se pueros aut strangulant, aut, si nimium pii fuerint, exponunt; qui nec culcum metuant: Senecam ibidem laudans, morum vitiorumque publicorum accusatorem acerrimum.* Fitque hoc *Controu. 26 & 33.* Eodem pertinet locus Apuleji. Apud Plautum vero & Terentium, *tollere partum*, duobus istis locis non est necare vel exponere, sed educare, suscipere. Sed nec desunt exempla Gentilium paulo *moratiorum.* Plutarchus Lycurg. f. 49: *arbitrium tollendi partus non erat pœnis parentes, sed portabant in locum, λέγον, ubi seniores jubebant eum tolli, τρέφειν ἐκέλευον, si membris robustis esset: jamque nutrices ejus curam agebant μετὰ τῶν γυναικῶν.* Clemens Alexandrinus, qui post Plutarchum scripsit, *Strom. Lib. 2 f. 293: Erubescant Græci, & si quis est alius, legem nostram insectari.* Ibidem vero laudat Romanos. Ad *L. 29 & 16* non deficere videatur responsio, data *c. 9 p. 21 ff.* Neque quæras antiquiores leges omnes, vetantes & punientes hos mores in Pandectis & Codice. Incipiunt enim ab Hadriani demum temporibus, paucis relictis antecessorum intactis: ideoque & veterum Juristarum commentarii ad priscum Jus Prætorium in spongiam, maximam partem incubuerunt. Interim spernendi non sunt textus in *L. 3 C. de patr. potest. L. 2 ff. ad L. Cornel. de Sicar.**

Sicar. *L. 11 ff. de lib. & post. hered. iustit. L. 13 f. ult. ff. de Remi-  
lit. L. 16 §. 2 ff. de pœn. L. 1 §. 2 ff. de obseq. parent. & patr. po-  
test. juncti cum L. 34 §. 1 ff. de contrah. empt. L. 15 ad L. Fab. de  
plag. L. 37 C. de liberal. caus. L. 6 C. quæ res pign. oblig. poss.  
L. ult. ff. quæ res pign. vel hyp. dat. oblig. non poss. L. 1 C. de patr.  
qui fil. suos distrax. Ulpianum, vel Papinianum expositionem  
vel necem partus derivasse ex schola Stoicorum, quod fœtus ala-  
tur in utero, instar plantæ, & jure possit abjici, quia nondum sit  
animal, nedum homo, non liquet omnino. Soli Empedocli sen-  
tentiam istam, qua Pythagoræo, tribuit Plutarchus, *de placit.  
Philos. L. 5 c. 15 & 26.* Galenus contra, qui vixit in aula Antonini  
Philosophi, & Stoica lemmata juvenis adhuc didicerat, toto li-  
bro, *an animal sit id, quod in utero est*, cum Hippocrate ne dubi-  
tavit quidem de eo. Et Stoici induci in istum errorem facile po-  
terant, quum putarent, in utero concipi tantum corpus, animam  
autem edito jam partu extrinsecus demum imprimi. Plutarch.  
*de repugnant. Stoic. f. 1052 seq.* Ulpianus autem *L. 1 §. 4 ff. de ven-  
tre in poss. mitt. satius est*, inquit, *sub incerto ejus, qui edetur,  
ali etiam cum, qui exheredatus sit, quam cum, qui non sit exhero-  
datus, fame necari; & §. 9, ne, qui speratur, ante vitam necetur;  
& §. 1, qui non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam  
reipublicæ nascitur.* L. cus Philonis Judæi, *de vita Mosi*, excus-  
sus est p. 363 seq. *S:ct. 8 Tom. VII Suppl.* Divus Trajanus cogens ob-  
scavitiam patrem, filium emancipare, noluit ei relinquere jus,  
quod antea dicebatur habere pro arbitrio. *L. ult. ff. Si a parent.  
quis manum sit.* Si contra pietatem nihil patri licuit in adultum,  
numquid potuit licere ei vel in fœtum in utero, vel in partum  
vix editum, qui iram patris mereri non poterat? Si sufficeret,  
legem bene sperare de naturali patris pietate, neque a Valentini-  
ano quidem spes ista adimenda fuerat. Sin singulare Trajani hoc  
decretum fuit, neque in exemplum trahendum, dicendum est,  
patrem male filium & contra pietatem non affecisse. Si autem  
affecit, nihil hic occurrit, quod non in exemplum allegari con-  
tra omnes alios debuerit postea a Constantino. Gajum in *L. 1  
ff. de his qui sui vel alien. jur.* eandem constitutionem Divi Pii re-  
citare, quam Ulpianus *L. 2* exhibet, nemo ambigit. Quæ si exta-  
ret*

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 493

ret integra, appariturum foret, patrie etiam potestati jam tunc obicem positum. Utitur hoc argumento Noster in *L. 4 ff. de agnos. & alend. lib.* Certum est, Antonium Pium in constitutione hac de jure dominorum non considerasse, an servus jure Romano pro nullo habendus sit; sic etiam servum nostrum non eodem gradu tueretur cum servo alieno; nec secundum *L. Cornelianam de Sicariis*, eandem poenam comminaretur. Nunc addit, *venire jubo servum, ita ut in potestatem domini non revertatur*: plane sicut paulo ante Trajanus cogebat patrem emancipare, ut filius in potestatem ejus non revertatur. Si Hadrianus patri relinquere patriam potestatem voluisset, pro arbitrio exercendam, non deportasset in casu *L. 3 ff. de Lege Pompeja de parricid.* in insulam. Si autem illa seculo Hadriani debebat in pietate, & omnino non amplius in atrocitate consistere, deportandus utique erat. Hoc enim tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano erant, licebat supra modum, & sine causa legibus cognita, in familiam sevirere. Perit ergo effugium de decreto Hadriani personali & singulari: aut convellerentur hac ratione textus omnes similes. Paulum in textu primario *L. 4 ff. de agnos. & alend. lib.* non pronunciasse regulam juris, ex innatis principiis resultantem & infallibilem, & necessariam convenientiam cum ipsa natura rationali, sed suasionem tantum moralem, quae indicet, melius esse, partum tollere, suscipere, alere, quam pervocare, abjicere, alimenta negare, & hanc tamen suasionem mereri nomen praecepti juris, primus utique dixit Noster, & antea forte nemo. Plane aliter Ulpianus ex Juliano, & Rescripto Divi Pii, quod non exstat, in *L. 1 ff. 13, 14, 15 d. t. Licet patri non agnoscere partum, si mulier facta divorcio, Scito non paruerit; ad id tantum; ut pater alere eum cogatur, si confiterit, eum filium esse.* Iterum: si maritus non negaverit, uxorem esse praegnantem, non utique suum illi partum ideo effici, cogendum tamen alere. *Ex his apparet, siue uxor omiserit, siue maritus neglexerit parere Scito, quod omnimodo maritus natum cogitur alere: secundum Divi Pii rescriptum.* Si pater cogitur alere natum, etiam cum uxore adhuc litigans super eo, utique necat partum, qui eum abjicit, qui alimenta negat, & qui exponit, nulla omnino lite simili

existente, sed ex mero jure mariti prætensio, & juxta disciplinam istius seculi. In *Collat. LL. Masais. & Rom. Tit. 7* ait Paulus, licere, in foro externo scilicet, furem occidere nocturnum, sed secundum conscientiam internam melius facere, qui eum magistratui offert, citra periculum scilicet salutis suæ. Sic Julianus in *§. 9 l. de nuptiis*, & *L. 12 §. 1, 2, 3 ff. de ritu nupt.* quoad licentiam forensis posse nuptias illas contrahi, rectius tamen & jure facturos, qui abstinere; non per modum consilii & suasionis, sed ex dictamine justitiæ illius, quæ consistit in puncto, ac per se obligat, etiamsi ad responsa Prudentum nunquam accessisset vel auctoritas publica D. Augusti, vel ratio legis civilis per Imperatores recentiores. Alia est inspectio monitorum mere moralium, quæ vocantur *prudentiæ*, quæque multum abeunt ab eo, quod intrinsece justum est vel injustum, & ut moralia pleraque, plurimas habent exceptiones. Consentitque Noster, tria illa præcepta Ulpiani *L. 10 §. 1 ff. de justit. & jur. velle*, ut si leges conjunctionem humanæ societatis non juvent, eis non serviat vir justus, sed potius societati, *c. 10 p. 366*. Altera quæstio est, quando abortus mulieris, sponte sumpto medicamento, pro crimine haberi in foro Romano, & puniri cœperit? Dixerat Noster *c. XI p. 368*, Gentiles & Christianos laudasse fœminas ab eo abstinere; id vero tum non legis, sed præcepti iterum moralis fuisse. Et Impp. Severum & Antoninum paulo post in *L. 4 ff. de extraordinar. crimin.* traxisse illud ad regulam juris, atque ad necessitatem legis: juncta *L. 30 ff. de panis*. Cumque Illustris Dn. van Bynckershoek *c. 7* alio flecteret, neque cum illo staret, contendit, innuptam impune fœtum abigere; quia sit is adhuc pars matris, de quo antea. Loca Juvenalis & Senecæ testantur de corruptissimo seculo: Ovidius contra & Tertullianus & Athenagoras de dictamine rectæ rationis ex principiis nobiscum natis, & obligantibus etiam Ethnicos. Uterum non esse uxoris, sed mariti, dicunt veteres JCi atque Impp. qui ventri custodem voluerunt apponi, ne marito supponatur partus, aut is liberis fraudetur, & memoria nominis, & subsidio generis, herede familia, cive Respublica. In *L. 8 ff. ad Leg. Cornel. de Sicar.* captat voculam, *exiget*, scilicet a tempore illius Rescripti Divorum Fratrum.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 495

trum. In *L. 10 d. 2.* autem similiter dicitur, *capitis pena plectetur.* Incendiarius igitur eam poenam ab illa demum ætate Ulpiani accepit. Seculo Ciceronis nullam Romæ legem extitisse de abortu, ideoque eum accersivisse exemplum mulieris Milesiæ longe ex Asia, de statuto civitatis alicujus Græcæ, rei capitalis damnatæ. Cumque illud non pertineret ad forum Romanum, Divos fratres imposuisse in casu simili exilium temporale, & jam Romæ cœpisse abortum crimen esse. Sed de Milesia dictum abunde *p. 362 Supplem.*

**CHRISTOPHORI AUGUSTI HEUMANNI**  
*Pociles, sive Epistolarum miscellanearum*  
*Tomus I. Liber II.*

Halæ, in officina Rengeriana, 1723, 8.  
Plag. 12.

**L**ibro primo *Pociles* Heumannianæ, quem non ita pridem recensuimus, succedit nunc secundus, cujus *Diff. I* liber canonicus Ruth ad auctorem Davidem tribus refertur argumentis. Supponens scilicet Cl. Autor, Davidis ævo historiam illam literis fuisse mandatam, observat, Davidem in ea bis nominari omissio titulo *regis Israelis*. Alius vero si fuisset libri istius scriptor, cur is non videatur illum titulum omissurus fuisse, aliquot causas profert in medium. Alterum suæ sententiæ argumentum inde petit Cl. Autor, quod nemo præter Davidem circumstantias illius historiæ cognitas videatur habuisse. Tertio denique scopum illius libelli considerans, eo potissimum sine vulgatam esse credit a Davide hanc historiam, ut telum eriperet adversariis suis, eum a Saulis morte pro Rege etiam ideo non agnoscentibus, quod proaviam haberet Moabitidem e populo Israelitis exosissimo. Addit, stylum libri admodum congruere cum Davidis stylo. *Diff. II* Groti, Cæci Hadriensis, *Orationes* breviter recensentur. *Diff. III* totum Caput secundum *Apologetici Tertulliani* diligenter partim illustratur, partim emendatur. *Diff. IV* grave aliquod mendum tollitur e proœmio *Pomponii Mela*, ne in novissima quidem editione, quæ non ita pridem Abr. Gronovii cura prodit, anim-

ad.

adversam. *Diff. V* Cuperi *Paratitla Ovidiana* examinantur, ac simul ostenditur, ejus si sequenda sit in methodus, ab Ovidio prima fabula luculenter describi historiam Reformationis Lutheranz ac Pacis Westphalicz. *Diff. VI* historia exponitur de Christophoro Lucio, Philosophiz Magistro, inde a nativitate oculis capto. *Diff. VII* Petalossii sententia de Jonz Prophetz cetero paucis defenditur. *Diff. VIII* natales inquiruntur vulgatifimz appellationis, *Salmeuser*, eaque corrupta esse judicatur e nomine *Schulmeister*. *Diff. IX* corruptas quidam locus in Luciani *Philoparide* emendatur. *Diff. X* diluuntur argumenta, quz Cl. Fabricius opposuerat sententiz Autoris de *Symposio Laetantii*. Hoc facto docetur, *Marcellum Palingenium*, cujus *Zodiacus vite* nemini ignotus est, esse scriptorem *Ψευδώνυμον*, ac latitare sub eo nomine M. Antonium Flaminium. *Diff. XI* Marbodi Rhedonensis *Sententia* partim emendantur, partim explicantur. *Diff. XII* duo Capita Orationis Milonianz gravibus mendis liberantur. *Diff. XIII* pzemissa disputatione, qua ostenditur, vulgarem & ab omnibus probatam vocis *ἐθνομωσία* etymologiam esse falsam, discrimen ostenditur inter *enthusiastar* & *fanaticos*. *Diff. XVI* (nam *Diff. XIV* & *XV*, quibus inscriptiones lapidarię duz exhibentur, praterimus,) copiose illustrantur loca Pauli i *Timoth. III*, 1-7 & *Tit. I*, 6-9 quibus sanctissimus Apostolus virtutes doctoris ecclesiastici persequitur.

CHRISTIANI SCHLEGELII, SERENISS.

*Duci Saxo-Gothano a Secret. & Antiquit. de  
Nummis Abbatum Hersfeldensium  
Apotelesma.*

Gothz, stanno Reyheriano, 1723, 4.

Plag. 16 $\frac{1}{2}$ , Tabb. *Æl.* 6.

CUM haud ita pridem in pago Rehtedensi, tertio ab urbe Gotha lapide sito, magna vis nummorum bracteatorum reperta esset, Cl. Schlegelius *ὁ μακροχρόνιος* copiam nactus est hunc libellum concinnandi. Illi vero hoc casu ex terra eruti sunt.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 497

sunt. Ruricolæ alique mercede conducti dum terram, ad novæ ædis fundamenta jacienda, effodiunt, inciderunt præter expectationem suam in sepulchrum hominis, saxo prægrandi incisam, alioque lapide aptæ magnitudinis contactum. Hunc unitis viribus loco moventes, hominis inveniunt cranium, ossa, cineres, & urnam figulinam nummis argenteis adimpletam. Isti rerum omnium ignari concurrunt, vasculum inspiciunt, nummos pro placentalis inargentatis (*versilberse Oblaten*) habentes, urnam in terram projiciunt, postquam crustula illa orbicularia inter se distribuerunt, ut in qualemcumque rei memoriam asservarent. Factum postea est, ut aliquot ex his nummis ad Sereniss. Ducem Saxo-Gothanum mitterentur, & in manus etiam Cl. Schlegelii pervenirent. Qui, cum ex primo conspectu judicasset, esse omnes duodecimo aut decimo tertio sæculo custos, deinde etiam nomen Ludovici Abbatis perspicue in illis legisset, illustribus his monumentis adjutus, de celeberrima illa *Hersfeldensi Abbatia* ejusque *Abbatibus* justo commentario agere constituerat. Postea tamen, mutato consilio, in aliud tempus istam inquisitionem rejecit, & nummos saltem hoc opere illustrare aggressus est. Quantum tamen ex Dedicatione libri intelligere licet, alterum etiam opus adfectum, nisi confectum, reliquit Cl. Autor, quod nunc servat instructissima Bibliotheca Gothana. In eo igitur, quod nunc in manibus habemus, orditur §. VII a jure cudendi monetam, ostenditque, ut solemne est hujus generis scriptoribus, dictum jus apud solos Imperatores Romanorumque Reges fuisse, ab iisque (§. VIII & IX) etiam huic Abbatæ concessum fuisse, etsi ignoremus, a quonam Imperatore: nam de *Carolo M.* qui fundator veluti alter creditur, res valde incerta est; & potius eo inclinatur Autor, ut ab aliquo *Ottonum* hoc jus indultum esse credat. Ex ipsis nummis primo produci-tur *Hermannus*, ab anno 1162 ad 1165; Abbas Hersfeldensis, postea Fuldanus, contra ac sibi viri docti persuaserunt: ubi de cultu & habitu ejusdem, imprimis de turribus, quas frequentissime in bracteatis conspiciamus, & de nummis mnemonicis & inauguralibus, adversus Rev. Leuckfeldium quædam nec inutilia nec ingrata afferuntur. §. XI, XII & XIII; simul quinque istos



nummos male a Tentzelio & Oleario intellectos esse docetur. Sequitur §. XIV *Sigfridus*, qui ab anno 1180 ad 1200 eadem dignitate, qua Hermannus, conspicuus erat: qui vero inter hos medii fuerint, nummi non indicant, quos Cl. Autor sequitur. Excipit eundem *Johannes*, qui inde ab A. 1200 ad 1215 eidem Ecclesie præfuit, in quibusdam autem nummis *Jebanets*, vel *Jebanens* vocatur, sculptoriam partim, partim enunciantium vitio. Is vero librum in manu sinistra tenens Cl. Autori occasionem dedit, quinam ille liber sit, curatius inquirendi, §. XVI. Inde §. XVII nomen ejus Sancti hominis examinat, qui una cum Johanne in moneta conspicitur, eumque tandem *S. Wigbertum*, de quo plura pag. 76 & 77, esse concludit. Mox §. XVIII in disquisitionem vocat eos, in quibus regiam quandam personam, corona & scepro insignitam, una cum Abbate conspici licet; eamque personam Regem Francorum *Pipinum* esse, tam ex literis, quam ex historia ejus temporis, quo fere Pipinum pro fundatore cœnobii habuerunt, demonstrat. Ridiculas deinde aliquot interpretationes hujus aliorumque, maxime *Marpurgensium* nummorum, protulit: ex quibus cognoscas, quam lubrico hoc genus interpretum sæpe nitatur fundamento, & quam facile sit carbones pro Junone amplecti, §. XIX-XXIII. Revertitur deinde §. XXVI ad Pipinum; & idoneis documentis demonstrat, eum instituisse cœnobium Hersfeldense ac Fuldense: quod etiam Diplomate quodam præbat. Et pag. quidem 56 testatur, transmissum sibi illud esse a Summe Rev. Viro, Abbate *Schanzet*, qui promisit, Annales Fuldenses, Browerianis longe perfectiores, sese editurum, qui omnia Diplomata, uti scripta sunt, aeri incisa cum sigillis exhibeant. Ibi, re ita ferente, de Monasterio Breitungensi quædam contra Cl. Weinrichium admonuit §. XXVII, & antiquum sacrorum cœtum in Germania statum, pauperculum sane & nullo imperio, nec dignitate illustri commendabilem, depinxit pag. 65. Porro *Carolus M.* §. XXVIII prodit, quem honoris grata que memoriæ causa, ut Pipinum, in nummis exprimi curarunt Hersfeldenses; cujus vestimenta ideo pluribus describuntur, quo §. XXIX & XXXII imagines ejusdem, ut quidem Cl. Autor existimat, altera manu avem tenentis, illustra-

strarentur. Propterea §. XXX multa de studio venationum, quod in aulis vigerit, & principibus juventutis familiare maxime fuerit, afferuntur. §. XXXII memoratur Abbas *Henricus a Bien-garten*, qui ab anno 1127 usque ad annum minimum 1152 eidem sacro cœtui præfuit, quod pluribus §. XXXIII & XXXIV comprobatur. Infra tamen §. XLII *Henricum* potius *secundum*, qui post Johannem I ab anno 1215 in 1218 fasces sacros tenuit, in nummis agnoscere voluit. Illi igitur recte succedit *Ludovicus I* ab anno 1218 ad 1242 Abbas: qua de causa & plures eorum in ista urnula fuerunt reperta. Unus ex iis ex utroque Abbatis latere Aquilam ostendit, insigne oppidi Arnstadiensis, eo, quod Arnstadii esset cufus. Unde §. XXXV iterum probat, quod alio jam fecerat libello, Principes, Comites & Civitates dudum insignia sua in moneta expressisse; quem novitium esse morem, olim censuerat Sperlingius. Ludovico jungitur *Henricus IV de Suinrode*, qui ab anno 1278 ad annum 1300 sacræ gregi præfuit; cujus nummum Cl. Leuckfeldius, dubie tamen, Henrico Episcopo Halberstadenfi attribuit. Eum denique excipit *Johannes II*, qui ab anno 1342 in annum usque 1366 pedum apud Hersfeldenses tenuit. De reliquis nummis, quos a §. LX ad finem paucis illustrat, nihil certi in medium afferre potuit Cl. Autor, cum superiorum enarratio & faciliior, & sic satis certa ipsi fuerit. Quosdam ex istis obscurioribus Johanni I; alios Sigfrido II Archiepiscopo Moguntino; alios Ludovico, Comiti Provinciali, alios aliis vindicare laborat. Hæc in ipso opere. In annotationibus, quas cuique paginæ subjecit, mores ejus ætatis, qua nummi illi cusi sunt, & quæ ad explanationem quorundam signorum pertinent, comiter declarantur. Sed pagina statim 1 & 2 narraverat, quo casu septimo abhinc anno *florini* aliquot *aurei*, décimo quinto sæculo omnes cusi, *Frimaria*, quæ haud longe a Gotha distat, sint reperti, eorumque indiculum sub finem libelli sese daturum, ibidem Cl. Autor promittit. Sed sive immemor rei promissæ, sive fato præventus, nihil ad finem de iisdem dedit nobis legendum: nisi forte exemplum nostrum, & quæ præterea inspeximus, sint mutilata. Non absurdum autem erit, Cl. Autoris narrationi aliam hoc loco subtexere, de

*nummis* bene multis *bracteatis*, nuper in Lusatia inferiori reper-  
tis. In pago quodam, nomine *Birckbolz*, prope oppidum *Bees-*  
*scoviam* sito, sexto fere abhinc anno mulier agrestis per somnum  
vidit certo loco areæ, quæ erat circa tugurium suum, multam  
pecuniam, sed ignotæ formæ & adeo levem, ut ventus ex ma-  
nibus auferre posset. Illa hac de causa somnio suo parum læta,  
nihil eorum egit, quod homines ita admoniti solent, omnem-  
que rem pro vana neglexit. Accidit autem paucis post diebus,  
ut servus ejusdem, eodem loco tres quatuorve nummos inter  
quisquilias reperiret; quos cum ad matrem illam familias de-  
tulisset, ea, per formam & speciem pecuniæ imaginis noctur-  
næ admonita, jubet, ut, si illo, quo dixerat, loco invenisset,  
cum cura inquireret in terram, & multo plures detecturum:  
ibidem enim, dictitans, se in somnio magnam vim hujusmo-  
di nummorum collegisse. Hic mandata brevi perficit, & post  
facilem laborem majusculum vas, haud absimile *ollis* nostris *aspe-*  
*ris* atque terendo aptis (*Reibe-Asch*) nummis bracteatis omnium  
modulorum adimpletum ex terra protraxit. Paucos in oppidum  
*Beescoviam* & servus, & mater familias ferunt, curiosisque, sed  
æque ac illi ignaris, civibus vendunt. Reliquos omnes Genero-  
siss. matrona *de Marwitz*, cujus ditionis ille pagus est, decem  
uncialibus a servo redemit, & postea, ut accepimus, Berolinum  
misit. Nos denique triginta & amplius nuper admodum ex illis,  
qui *Beescoviam* delati sunt, per amicos accepimus: in quibus  
Pegavienses, Halberstadenfes, aliique; unus cum Inscriptione  
PISCAVIEN. qui nescio, an ad memoratum sæpius oppidum  
pertineat; plures vero literis evanidis, ut neque nudo, neque  
armato oculo eas assequamur.

### CHRESTOMATHIA PLINIANA;

hoc est:

**SELECTA LOCA EX C. PLINII SECUN-**  
*di Historia Naturali, ad Harduini & Job. Frid. Grono-*  
*vii editiones recognita, & passim emendata, ac annota-*  
*tioni-*

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 501  
*tionibus illustrata a JO. MATTHIA GES-  
NERO, Gymnafii Vinariensis  
Conrectore.*

Jenæ, apud J. F. Bielkium, 1723, 8.

Alph. 3 plag. 3.

**E**Dita ante aliquot annos omnium applausu Chrestomathiz Ciceroniana, cujus mentio facta est in his Actis Tom. VII Supplementorum p. 223, Clar. *Gesnerus* novam nunc, Plinianam scilicet, eruditorum judicio submittit, ad omnium fere usum accommodatam. Imprimis tamen, uti ipse scholastico munere fungitur, rebusque scholasticis addictus est, ita juvenum industriam ea adjuvari voluit. Nam cum ægre ferret, Plinii Historiam Naturalem, egregium præstantissimarum rerum thesaurum, ex quo tot juventuti salutaria depromi possent, propter pretii magnitudinem a juventute nec legi, nec æstimari, operam impendit, ut breviori via illi subveniret. Itaque omni industria totum Plinii opus volvere ac revolvere cœpit, ea, quæ juventuti notatu dignissima censebat, selegit, hæcque omnia in capita divisa, titulis materiæ insignita, & selectissimis notis illustrata, in lucem edidit, atque ita juventutem denuo sibi maxime obstrinxit. Præfationem novam alteri huic præfigi Chrestomathiz, minus necessarium duxit, quod omnia illa, quæ præmonenda fuerint, præmissa Chrestomathiz Ciceronianæ præfatione continerentur. Hoc tamen sub limine statim, ut suspitioni hominum occurreret, monuit, male illos judicatos, qui forte plagii ipsum arguerent, ac nimis religiosum in omnibus Harduini sectatorem putarent. Nam, fateri se quidem facile, ait, illa, quæ ab aliis mutuaverat Harduinus, ob rerum dignitatem conservata a se esse; ast vero simul addit, multa, in quibus veritatem offenderit Harduinus, loca a se esse emendata, multoque plura suo studio & labore fuisse addita. In ipso vero opere Cl. Gesnerus inter Plinii capita interponit nonnunquam loca quædam ex aliis Scriptoribus decerpta, quæ eadem, qua Plinium, methodo iisdemque notis illustrat. Hinc statim sub initium operis præmittit duobus capitibus vitam Plinii

majoris, ex Plinii junioris epistolis desumptam. Deinde capite V explicat e Plinio suo materiam de miseria generis humani; & hinc transgreditur ad carmen illud T. Lucretii Cari, quod idem agit de miseria hominum, idque solide explicat. Nimirum Notæ hic additæ, uti & in Chrestomathia Ciceroniana, tantum doctrinæ sapiunt, ut non soli juventuti, sed & instructiori & eruditiori ætati scriptæ esse videantur. Difficiliora loca, quæ multos sæpe commentatores cruciarunt, facili opera enucleat: quæ vero nulla obscuritate teguntur, contra quorundam Minellianorum heroum morem, merito intacta relinquunt, tum quæ rerum Physicarum & naturalium difficultate involvuntur, accurate eruit, quæ in antiquitatem & veterum mores abeunt, fide doctissimorum Autorum demonstrat, omnia exemplis testimoniisque Autorum obsignat, & imprimis observato diligenter ordine, Lectorem allicit ac detinet. Ut vero vel verbo nonnulla attingamus, Cl. Gesnerus explicat p. 10, quid fuerit apud Romanos gustatio, p. 11 notariorum munus exponit, p. 50 de cometis agit, p. 61 de anima mundi, p. 236 de Apotheosi Romanorum, p. 223 de fascino, p. 787 de oraculo Hammonis, p. 912 de Sphinge, & p. 913 de Amazonibus eruditissime disserit. Tandem quoque additur index universalis, qui locorum communium compilatoribus non poterit non esse acceptissimus.

**COM. JACOBI RICCATI APPENDIX AD**  
*Animadversiones in æquationes differentiales secundi gradus, editas in Actis Eruditorum, quæ Lipsiæ publicantur,*  
*Tomo VIII Supplementorum Sectione II*  
*pag. 66.*

**C**Um suadente doctissimo & amicissimo Viro, Nicolao Bernoullio, tunc temporis apud nostrates agente, qualescunque meditationes meas de æquationibus differentialibus secundi ordinis ad illustrem ejus Patrem Johannem Basileam transmissem, ut non nisi ipso probante Actis Eruditorum Lipsiensium infererentur; hæc cum Annotationibus egregii Juvenis, Danielis Bernoullii

Bernoullii, ejusdem Nicolai Fratris, in publicam lucem prodire. Quanquam autem me tanto scholiaste dignum haud putarem; suspicor tamen illum minus attentum se præbuisse & instituti mei rationem nullo modo fuisse assecutum.

Propositum mihi non fuit ex separatione indeterminatarum laudem quærere; hæc enim investigatio ab intentione mea longissime aberat, ut sequentia verba satis superque indicant, quæ nulla interpretatione in alium sensum detorqueri possunt. Observabam [infinitas dari formulas differentio-differentiales, ad quas pervenitur nulla adhibita constante: totidem quoque exhiberi posse, ad quas pervenire non conceditur, nisi constante in subsidium vocata: at quomodo ab invicem dignosci queant & qua ratione tractandæ sint, non ita compertum, neque obvium putabam]. Exemplo deinde allato, quod mihi subministrabat formula  $x^m dx = ddy$  ita pergebam. [Posteriores hæc expressiones, quæ sub falsa specie nobis imponunt, a veris atque legitimis læcernere, videtur esse profundioris indagationis: nihilominus certum, & quantum subjecta materia patitur, generale criterium Mathematicis examinandum propono, quod saltem usui erit in his omnibus casibus, in quibus nos calculus integralis haud deserit.]

Porro generale criterium in hoc consistit, ut assumpta ad libitum æquatione differentiali secundi ordinis, cujus integratio sit in nostra potestate, si, quacunque usurpata constante, eadem semper summatoria nobis occurrat, aut saltem, deletis constantibus, quas integrando addidimus, occurrere queat; signum est ad nostram æquationem differentio-differentialem perveniri, absque eo quod necesse fuerit constantem adhibuisse. Quod si oppositum contingat, concludere par est, sine constantis beneficio, propositam formulam per secundas differentias expressam ab æquatione elementa tantum prima involvente deduci non potuisse. Canonis hujus utilitas manifeste se prodit; cur enim infinita Problemata proponi non possunt, quæ secundas differentias necessario involvant? Quomodo autem ab hujusmodi quæstionibus Analysta se expediet, nisi noverit, quibus in casibus æquationes constantis assumptionem supponant, aut gigni queant nulla usurpata constante?

Hinc

Hinc ut methodo inservirem, & Analyſtis minus peritis morem gererem, (non enim ſolis Bernoulliis canimus,) Synthetica via, &, ut ajunt, a poſteriori procedere conſtitui, ut deinde relectis veſtigiis, rem a priori perficerem. Eligendum itaque exemplum fuit, quod in quacunque conſtantis hypotheſi integrationem non reſpueret, & propoſito ex omni parte reſponderet. Hoc autem, ni fallor, obtinui rurfus differentiando formulam (A)  $zdx = dy$ , & poſt aliquas ſubſtitutiones in ſequentem transformando (D)  $z^{m+1} dx^m dx + dy^{m+1} dz : z z dy^m ddy$ , quam inter ſimpliciores numeravi, e. i. ue reductionem ope conſtantis  $dx : q$  tali pacto ſum aſſequutus. [Pono  $dx : q = dp$ , eſt autem  $q$  quomodocunque data per indeterminatas  $x$  &  $y$ , vel earum functiones, & cum ſit  $dx : q$  conſtans, erit pariter conſtans  $dp$ . Præterea ſtatuo  $dy = u dp$ , &, ſumtis ſecundis differentiis, erit  $ddx = dq dp$ .  $ddy = dudp$ , ſurrogatis in expreſſione (D) valoribus ut ſupra determinatis, oriatur æquatio  $z^{m+1} q^m dq dp^{m+1} + u^{m+1} dx dp^{m+1} : z = u^m dudp^{m+1}$ , & dividendo per  $dp^{m+1}$ ,  $z^{m+1} q^m dq + u^{m+1} dz : z = u^m du$ , & ſummando, non omiſſa conſtantis  $g$  additione,  $g + q^{m+1} : m+1 = u^{m+1} : m+1$

$z^{m+1}$ , quæ æquatio dat  $u = z \sqrt[m+1]{q^{m+1} + gm + g^{m-1}}$ ; & quia  $dy = u dp = u dx : q$ , opportuna adhibita ſubſtitutione, occurrit

æquatio reducta (E)  $dy = z dx : q \sqrt[m+1]{q^{m+1} + gm + g^{m-1}}$  vel ſi fiat conſtans addita  $g = 0$ ,  $dy = z dx$ . Q. E. F.]

Cum igitur ſancitus canon, ad quem tanquam ad ſcopum collineant animadverſiones meæ, & de quo apud Eruditum Adoleſcentem (quod mirum proſecto eſt) altum ubique ſilentium, in tuto ſit, & extra cenſuræ jactum poſitus, exemplumque canoni illuſtrando adhibutum optime procedat; nescio quid ipſi in mentem venerit, ut me dixiſſe putet. [Recte quidem aſſerit Ill. Riccatus, methodo, quam vocat, a priori ſæpiſſime difficulter integrari, cujus integratio a poſteriori nullo negotio exhiberi poteſt.] Id ſi dixiſſem, verum utique dixiſſem; ſed extra chorum ſaltando, & propoſitionem in medium aſſerendo ab inſtituto

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 505

tuto meo prorsus alienam. Addit [ sed exemplum, quo illud probare contendit, scopo, quem habet, non sat bene respondere videtur, æquatio enim differentio - differentialis exempli loco allata hæc est (D)  $z^{m+1} dx^m ddx + dy^{m+1} dz : z = dy^m ddy$ , quam peractis nonnullis substitutionibus deduxit ex æquatione differentiali  $z dx = dy$ .] Profecto, ut constat ex dictis, exemplum finem alium toto cælo diversum respicit: & ineptus equidem fuisse, si formulam inversa methodo, & a priori a me jam integrata, pro desperata vendidissem. Interim videamus, quomodo defectum meum supplere contendat Juvenis nimis fortasse ingeniosus.

[Hæc æquatio, inquit, (D) differentialis secundi gradus haud magno negotio a priori reducitur ad æquationem simpliciter differentialem, nimirum hoc modo: Æquatio (D) æquivaleret huic  $dx^m ddx = dy^m z^{-m-2} ddy - dy^{m+1} z^{-m-2}$ ] (errorem impressionis corrigo, & in secundo termino pro  $-m-2$  exponente magnitudinis  $z$  substituo  $-m-1$ ) [quæ positis  $dy = q$ , &  $ddy = dq$ , ut integrabilitas terminorum eo melius pateat, degenerat in hanc

$$dx^m ddx = q^m z^{-m-1} dq - q^{m+1} z^{-m-2} dz, \text{ quæ integrata dat } \frac{1}{m+1}$$

$dx^{m+1} = \frac{1}{m+1} q^{m+1} z^{-m-1} + \frac{1}{m+1} q dr^{m+1}$  (per  $\frac{1}{m+1} dr^{m+1}$  intelligo quantitatem constantem arbitrariam reliquis terminis homogeneam) & tandem resubstituto pro  $q$  valore  $dy$  habebitur æquatio

differentialis gradus primi  $\frac{1}{m+1} dx^{m+1} = \frac{1}{m+1} dy^{m+1} z^{-m-1} + \frac{c}{m+1} dy^{m+1}$ , seu  $dx^{m+1} = dy^{m+1} z^{-m-1} + c dy^{m+1}$ : posito autem  $c=0$ , posteaque reducta æquatione habetur  $z dx = dy$ . Q.E.F.]

Pace acutissimi Scholiastis sit dictum, hoc nihil aliud est, quam actum agere. In ejus integrali  $dx^{m+1} = dy^{m+1} z^{-m-1} + c dy^{m+1}$ , fiat  $dr = dx : q$ ; idem permittit indeterminata arbitraria  $q$ ; erit igitur  $dx^{m+1} - c dx^{m+1} \times q^{-m-1} = dy^{m+1} z^{-m-1}$ , vel

$$\frac{q^{m+1} - c}{q^{m+1}} \times dx^{m+1} = \frac{dy^{m+1}}{z^{m+1}} \text{ \& extracta hinc inde radice } q^{m+1} - c$$



$\frac{z}{m+1} dx: q=dy: z$ . Conferatur modo hæc formula cum nostra

(E) scilicet  $dy = \frac{z dx}{q x^{m+1} + g^m + g^{m+1}}$  & patebit nullum aliud intercedere discrimen, nisi quod magnitudo constans, quam vocat  $r$  Clariss. Bernoullius, a me designatur per  $g^m + g$ . Totâ ergo differentia in hoc sita est, quod iste methodo particulari, ego vero generali, quæ ad casus infinitos difficiliores extenditur, rem sum prosequutus, ita instituti mei ratione postulante.

Quod si nonnisi de præmissa æquatione (D) sermo fuisset, ita secundæ differentiæ ad primas nullo negotio redigi poterant. Formula transeat in sequentem  $\frac{z^{m+1} dx^m ddx = ddy - dz}{dy^{m+1}} = \frac{ddp - dz}{dy} = \frac{dp}{dy}$ ; igitur  $dy = zp$ , & subrogando in primo termino loco ipsius  $dy^{m+1}$  ejus valorem  $z^{m+1} p^{m+1}$ , erit  $dx^m ddx = p^m dp$ , & integrando  $\frac{dx^{m+1}}{m+1} + \frac{cdx^{m+1}}{m+1} = \frac{p^{m+1}}{m+1}$  vel  $dx^{m+1} + cdx^{m+1} = p^{m+1} = dy^{m+1}: z^{m+1}$ . Q. E. F.

Verum ut methodi generalis, quam nonnullis exemplis, pro re nata, aptandam censui, fecunditatem demonstrem, observo ad distinguendas æquationes differentio-differentiales, ad quas pervenitur nulla ex primis fluxionibus usurpata tanquam constante, necesse non esse, eas integrare in quacunque constantis suppositione, sed sufficere, ut habeatur summatoria saltem in aliqua particulari hypothese, assumendo pro constante illam magnitudinem, cujus ope formula proposita facilius ad prima elementa reduci queat: immo si nihil aliud investigandum sit quam utrum ad exhibitam expressionem pervenire possimus nullo elemento primi ordinis pro constante designato, id consequi licet, etiam si assumptæ æquationis integratio non sit in nostra potestate.

Ut dicto fidem faciam, sit formula  $z ddx = uddy + wdy^2$ . Quantitates  $z, u, w$  usurpantur pro arbitrariis functionibus coordinatarum  $x$  &  $y$ . In primis statuatur tamquam constans fluxio  $dy$ , & ob id cum sit  $ddy = 0$  erit  $z ddx = wdy^2$ . Fiat  $dx = pdy$

$pdy$  &  $ddx = dpdy$ ; igitur  $zdpdy = wdy^2$  vel  $dp = \frac{w dy}{z}$  & integrando omiffa constantis additione  $p = \int \frac{w dy}{z}$ ; sed  $p = dx : dy$ ; ergo (A)  $dx = dy \int \frac{w dy}{z}$ . Iterum cum fit  $dp = \frac{w dy}{z}$  &  $dy = dx : p$ ; ergo  $pdp = w dx : z$  & fummando  $p^2 = z \int \frac{w dx}{z}$  vel  $p = r \int \frac{w dx}{z}$ , & collocando pro quantitate  $p$  valorem  $dx : dy$ , habebimus (B)  $dx = dy \cdot r \int \frac{w dx}{z}$ .

Sumatur modo in formula principali constans  $dx$  & fit  $ddx = 0$ ; igitur  $-u ddy = w dy^2$ . Fiat de more  $dy = q dx$  &  $ddy = dq dx$ . Hinc  $-u ddy = -u dx dq = w dy^2$ , sed  $dy^2 = q^2 dx^2$ ; ergo facta substitutione  $-dq : q^2 = w dx : u$ , & fummando neglecta ut supra constantis additione  $\frac{1}{q} = \frac{dx}{dy} = \int \frac{w dx}{u}$ , & tandem  $dx = dy \int \frac{w dx}{u}$  (C).

Rurfus cum fit  $-u dq dx = w dy^2$ , &  $dx = dy : q$ ; igitur  $-dq : q = w dy : u$ , & integrando Log.  $1 : q = \int \frac{w dy}{u}$  scilicet  $1 : q = dx : dy = c f^{w dy : u}$  hoc est (D)  $dx = c f^{w dy : u} dy$ .

Comparentur modo expressiones A, B, quæ pendent ab usurpata constante  $dy$  cum expressionibus C, D originem ducentibus ex alterius constantis  $dx$  assumptione. Quoniam ex æquatione (A) habemus  $dx = dy \int \frac{w dy}{z}$  & ex æquatione (C)  $dx + dy \int \frac{w dx}{u}$ , & utraque æquatio ex canone generali in eandem curvam definere debet, si ad nostram æquationem secundi gradus nulla adhibita constante perventum fit; ergo  $dy \int \frac{w dy}{z} = dy$

$= dy \sqrt{wdx} : u$ , hoc est  $dy : z = dx : u$ . Hac æqualitate servata, quemcunque valorem obtineat altera quantitas  $w$ , ad æquationem  $z dx = z dx ddy : dy + w dy^2$ , in qua loco ipsius  $u$  facta est debita subrogatio, pervenire possumus absque constantis auxilio.

Iterum comparentur æquationes (B) & (C) hoc est  $dx = dy \sqrt{z \sqrt{wdx} : z}$  &  $dx = dy \sqrt{wdx} : u$ , eritque  $\sqrt{z \sqrt{wdx} : z} = \sqrt{wdx} : u$ , & differentiando  $wdx : z = \frac{wdx}{u} \int \frac{wdx}{u}$  vel  $\frac{u}{z} = \int \frac{wdx}{u}$ . In

hoc quoque casu facta opportuna substitutione haberi potest formula principalis per secundas differentias expressa, & ad quam pervenire licet nulla assumpta constante. Aliæ operationes, & comparationes institui possunt, sed hæc ulterius prosequi non valeat; cum hucusque dicta satis superque methodi usum ostendant.

Redeo ad doctissimum Danielem Bernoullium, qui secundo loco inadvertentiæ me accusat, dum ab æquatione  $\text{Log. } \frac{dx}{dy} = y$ , transeo ad sequentem  $\frac{dx}{dy} = sy$ . Legendum porro erat  $\frac{dx}{dy} = cy$ , quem errorem in notis sive ipsarum similitudini, sive meæ in scribendo, vel exscribendo oscitantæ tribuam, nescio. Hoc unum scio, consequentiam esse legitimam, & cum defectus non in re, sed in speciebus consistat, corrigendus potius erat, quam notandus; hanc enim veniam damus, & petimus vicissim, ut lapsus in signis negligamus, nisi in paralogismum conclusionis definat. Vix hujusmodi errores vitari possunt, & data occasione admoneo in mea Dissertatione p. 69 n. 4, pro æquatione

$$dx = dy : q \times mg + g^{\frac{1}{m+1}}$$

$$dy : z = dy : q \times mg + g^{\frac{1}{m+1}}$$

Similiter p. 70 §. Superest, post ea verba [assignatæ conditiones adimpleantur] legendum est, an scilicet inveniri possit æquatio differentialis, quæ non mutetur ad mutationem constantis, & quæ rursus differentiatæ &c. Ita sensus, qui nullus erat, sit planus & apertus, atque humanissimo Scholiasti gratias ago, quod

quod correctioni locum dederit, & defectum sive scripturæ, si-  
ve impressionis mihi non imputaverit.

Fateor interim, me conijcere non potuisse, quid sibi velit  
laudatus Bernoullius his verbis [Postea transformat æquationem  
 $dx : dy = n^y$  (loco  $c^y$  substituam semper  $n^y$ ) in hanc  $dx = n^y dy$ ,  
ex qua colligit  $\frac{dx}{x} = dy$ , id, quod verum est, sed patet, Cl. Ric-  
catum hanc consequentiam formando, supponere  $x = n^y$ , quæ  
est ipsissima æquatio pro logarithmica, uti dudum hoc ostendit  
Pater meus. Vid. Acta 1697 p. 131; unde liquet, Riccatum de-  
labi in petitionem principii, dum supponit, æquationem esse pro  
logarithmica, quod id ipsum est, quod demonstrare sibi pro-  
posuit.]

Quod formula  $dx = c^y dy$  in alteram  $dx : x = dy$  transire queat,  
non ut demonstrandum assumi, sed ut notum supposui. Quid  
pluribus verbis opus erat in re tam facili? Mirari subit Clarissimi  
Juvenis nimiam fortasse confidentiam; quomodo enim hariolari  
potuit, me ad deductionem processisse nonnisi subrogando  $x$  pro  
quantitate exponentiali  $c^y$  & ob id petitionem principii admitten-  
do? Cum de methodo reductionis verba non fecerim, Bernoul-  
liana oppositio mera suspicio est, quæ nulli conjecturæ innititur,  
& sola negatione eliditur. Sed ipsi in re satis obvia morem gera-  
mus. Quoniam  $cx = c^y dy$ , fiat  $c^y = z$ ; igitur  $y = \log. z$ , & diffe-  
rentiando  $dy = \frac{dz}{z}$  scribo  $z$  pro  $c^y$ , &  $\frac{dx}{x}$  pro  $dy$ ; ergo  $dx = \frac{dz}{z} x$ ,  
& integrando  $z = x + a$  quo valore substituto in formula  $dy =$   
 $\frac{dz}{z}$  altera oritur  $dy = \frac{dx}{x+a}$ , vel  $dy = \frac{dx}{x}$  posita  $a = 0$ . Æquatio itaq;  
 $dx = c^y dy$  tranfit in sequentem  $\frac{dx}{x} = dy$ . Q. E. D.

Quod attinet ad Problema, nempe in formula  $x^m dx = du +$   
 $\frac{u dx}{x^n}$ , dato exponente  $m$ , determinare valores alterius expo-  
nentis  $n$ , ut succedat indeterminatarum separatio, illud non ea  
mente proposui, ut Mathematicis veteranis, & præcipue Geo-  
metri-

metricæ, ut ita loquar, Bernoulliorum familiæ impervium putarem. Cum enim ejus solutionem invenerim, dum adhuc utrum solvi posset ambigerem, cur ab aliis, quos de successu certiores feceram, enodationem non expectarem? Noveram insuper, Clariss. Virum Nicolaum Bernoullium, laudati Johannis Filium, huic quæstioni, quam ipsi amice communicaveram, elegantissime satisfecisse. Problema igitur non e trivio petum, & quod novam requirit industriam, cui bono in publicam lucem emiserim, ex nostra dissertatione colligi potest. Non enim id factum, ut quenquam lacefferem, quod profecto ab ingenio meo nimis alienum est; sed ut comparando inter se varias methodos, quibus Viri doctissimi propositum affecuti fuissent, aliquid luminis indeterminatarum separationi affunderetur. Vix fieri potest, ut singuli Analystæ eadem progressionem utantur & ut methodus unico tantum Problemati interserviat. Quod si Viri Clar. Bernoullii solutiones inventas Geometris non invident, calculi integralis fines etiam in hac parte proferent, & mihi aliquid accedet laudis, quod occasio saltem fuerim, ut talia ederentur.

*DE DIFFERENTIA NEXUS RERUM SAPIENTIS & fatalis necessitatis, nec non Harmoniæ præstabilitæ & hypotheseum Spinosæ luculenta Commentatio, in qua simul genuina Dei existentiam demonstrandi ratio expenditur & multa religionis naturalis capita illustrantur; Autore CHRISTIANO WOLFFIO, Pot. Reg. Bor. Consil. aulico, Math. & Nat. P. P. O. Societ. Reg. Brit. & Bor. Sodali.*

Halz Magdeburgicæ, in officina Rengeriana, 1723. 4.  
Plag. 11.

*MONITUM AD COMMENTATIONEM I-stam, quo nonnulla sublimia Metaphysicæ ac Theologiæ naturalis capita illustrantur; Autore eodem.*

Ibidem, in officina Rengeriana, 1723. 4.  
Plag. 4  $\frac{1}{2}$ .

Au.

**A**utor Cel. Commentationem suam dedicavit Viris Theologis, qui potentissimo Borufforum Regi a Concionibus sacris & Consiliis Ecclesiasticis sunt. Eos allocutus conqueritur, postquam altera operis Metaphysici editio fere consenuit, sparsos esse ruinosos magna temeritate nec improbitate minori publice disseminatos, quasi dogmata metaphysica de Deo, anima & mundo, quatenus cum *Leibnitianis* in celebratissimo *Theodicaea* opere traditis consentiunt, ex *Spinoza* hausta sint & religioni cum naturali, tum christianæ, omni etiam morali ac civili doctrinæ interitum minentur. Etsi autem nullum famæ periculum ex accusatione metuat, quæ nullam veri speciem habeat, nimis autem manifesta mali animi indicia prodat; e re tamen Academicæ, in qua Doctor publicus cum applausu profitetur, quæ titulis adeo odiosis onerantur, esse arbitratus, ut clamores isti quam primum retundantur. Quoniam vero, edita hac Commentatione, scriptum aliquod prodiit, in quo illa accusatio repetitur, Monitum quoddam adjecit, in quo nonnulla in Commentatione tradita uberius illustrantur. In utroque scripto contendit, se doctrinam de contingentia universi receptam Theologorum trium in Imperio stabilitarum religionum adversus *Spinosam* & *Socinianos* defendisse, & demonstrativa quadam ratione stabilivisse. Ad demonstrandam existentiam Numinis usus est argumento a contingentia universi petito, quo etiam, quamvis obscurius proposito, usus fuerit *D. Thomas Aquinas*, propterea quod expertus fuerit scrupulos contra existentiam Dei hominibus præsertim objici a fatali necessitate, quam ob necessarium causarum & effectuum nexum mundo inesse arbitrantur, & quod hoc argumentum præ ceteris demonstrativa quadam ratione urgeri possit atque attributis divinis deducendis apprime inserviat. Cum improbetur, cetera argumenta pro minus firmis haberi; non modo autoritatibus *Musæi*, *Schmidii* aliorumque Theologorum probat, quod nec ipsi eandem singulis efficaciam tribuerint, verum etiam monet, Apostolum Rom. I, 20 non definire modum, quo existentia & attributa divina ex contemplatione universi agnoscantur, & mundum speculum esse existentie divinæ ob contingentiam ostendit. Ceteras vias demonstrandi exi-

sten-

stentiam Dei a posteriori a Philosophis & Theologis usurpatas  
 primario inservire ceteris ejus attributis agnoscendis, v. gr. ex  
 finium consideratione agnosci sapientiam. Monet autem, ob ne-  
 xum existentiae necessariae cum attributis ceteris etiam ab his ad  
 istam firmiter concludi posse; sed per aliquas ambages. Etenim  
 antequam constet, mundum esse a Deo, operum contemplatio-  
 nem non sistere perfectiones divinas tanquam absolute summas,  
 v. g. provenire inde notionem sapientiae admirandae; sed non  
 absolute summæ. Neesse igitur esse, ut, antequam entis abso-  
 lute perfectissimi existentiam admittas, perfectionis absolute  
 summæ possibilitatem evincas, atque sic nos recidere in argu-  
 mentum *Cartesii*. Ita autem in genere perfectionis absolute sum-  
 mæ possibilitatem demonstrari & eandem demonstrationem ad  
 quamlibet in specie applicari posse. Cum omnis negatio ab enti-  
 tatis defectu proveniat, eam exulare ab ente omnis limitationis  
 experte, consequenter contradictionem, quæ in simultanea  
 ejusdem affirmatione & negatione consistat, in illimitato, qua-  
 lis perfectio summa, locum habere non posse. Jure autem defi-  
 nitionis inter possibilia referri, quod a contradictione immune.  
 Carpit censor subtilitates metaphysicas, quod non sint ad vulgi  
 palatum; sed Noster non in vulgi, sed Philosophorum gratiam  
 se hæc proferre fatetur. In adstruenda universi contingentia ex  
 definitione possibilium, quod ea contradictionem non involvant,  
 evincit, præter ea, quæ fiunt & existunt; alia etiam possibilia esse,  
 quæ non fiunt nec existunt. Equidem ut hæc, quæ fiunt, ad  
 actum deducantur, pendere a causarum ordine; sed alios perin-  
 de ordines æque possibiles esse, per quos cetera quoque possibi-  
 lia naturaliter actum consequi possint. Atque talem causarum  
 ordinem, quo actus nude possibilium determinatur, stylo *Leib-  
 nitiano* mundum seu universum appellat. Quoniam igitur pos-  
 sibilia contingentia in se non sufficienter determinata adeoque  
 ab intrinseco determinanda non nisi in dato causarum ordine  
 actum consequuntur; ideo dato hoc ordine, determinatur actus  
 possibilium, & hinc certitudinem habent & determinatam verita-  
 tem contingentia, quam contra *Socinianos* præscientiam divinam  
 defendentes Theologi sumunt. Illa certitudo vulgo *necessitas*  
*hypo-*

*hypothetica & conditionalis* appellatur; sed Censor *necessitatem in consecutione* vocat, & ut Autorem fatalis necessitatis reum agere & periculosus consequentiis onerare possit, sibi concedi postulat nexum rerum in consecutione sua necessarium & fatalem necessitatem *Spinoza* esse synonyma: quod idem esse ait Noster, ac precario sumere id, in quo cardo totius controversiæ vertatur. Ostendit autem Autor, se in his nihil statuere, quod sit a mente *D. Thomæ* alienum. Etenim & hunc admittere, *contingentia terminari ab extrinseco, Deum potuisse facere res alias & iis alium imponere ordinem, voluntatem Dei ponere necessitatem conditionalem in rebus, cum sit immutabilis.* Monstrat quoque consensum *Gerbardi, Bechmanni, Musæi*, Theologorum nostratium. Monet, se valde juvenem *D. Thomæ* summam Theologiæ legisse & inde lumina in hoc argumento & cognatis hausisse, non demum ex *Leibnitii* Theodiciæ, a quo non nisi appellationem *mundi* mutuatus fuerit. Quamvis autem contingentium particularium a voluntate hominum libera pendentiur rationem habendam esse non arbitretur in existentia Numinis demonstranda; docet tamen, quod etiam in appetituum actum, illæsa libertate, influat ordo causarum, quatenus scilicet mensansam sese determinandi sumit ab iis perceptionum generibus, quæ sensationum nomine appellantur, & monet, *Augustinum* ipsas etiam hominum voluntates liberas ad causarum ordinem referre, iisque magnum in eodem locum assignare. Atque hinc simul patet ratio, cur Autor noster non probeat, quod Censor dubia ab harmonia præstabilita petita ad ærluscontingentiam totius universi urgeat, tanquam minus probatam aut prorsus destructam, quoniam illa subsistit, si vel maxime ponamus (id quod tamen Noster non largitur) nullam esse contingentiam particularem. Cur enim mundus non esse posset contingens, si vel maxime homo non foret in agendo liber, aut nullus prorsus existeret? Neque vero concedit, ideo admitti progressum in infinitum, quod contingens ad actum naturaliter non determinetur nisi per causarum ordinem seu quandam universi speciem: quin potius cum contingentium series nullam contineat rationem existentiz contingentium sufficientem, hoc pacto nos



recta deduci ad causam primam, quæ extra contingentium feriem existens eorum existentia rationem sufficientem continet. Dum vero asserit, omnia in universo cum ratione spatii, tum ratione temporis inter se connexa esse; id quidem ita interpretatur, quod in quolibet corpore, si distincte intelligatur, reperiatur aliquid unde intelligi possit, cur alterius ipsi contigui sit hic status, & vicissim in quolibet statu præsentis sit aliquid, unde intelligi possit, cur futurus ipsum sequatur. Omnia nempe cum ratione summa ordinari; omnes mutationes cum ratione fieri in universo. Immo cum *Leibnitio* altius assurgit ad arcendum fatum, dum motuum regulas non necessarias esse ostendit, sed in sapientiam Numinis tandem resolvi contendit. Et ex hisce principiis tandem concludit nihil necessitatis absolutæ, nihil fati admitti in universo, Deoque relinqui libertatem per concursum miraculosum seu extraordinarium quædam immutandi, si quidem commodum ipsi visum fuerit. Prolixe ostendit, se cum in notionibus generalibus possibilium, necessariis, contingentis, tum in earum applicatione ad nexum rerum seu causarum ordinem a *Spinoza* dissentire, qui hunc mundum unicum admittit & res ac mutationes omnes immutabiles in se statuit, nec Deo quicquam aliter faciendi ac immutandi libertatem relinquit, fines ab universo arcens & perfectionem omnem a rebus auferens. Negat vero, harmoniam præstabilitam *Leibnitii* ideo, quod corpus vi illius producat motus desiderii animæ respondentem, citra physicum quendam ejus influxum contingentia totius universi præjudicare, cum actionum humanarum ab anima dependentia nil quicquam immutet in dependentia universi a Deo, seu ab intellectu ipsius quoad possibilitatem, & a voluntate ejusdem quoad actum. Immo harmoniam præstabilitam confirmare potius universi contingentiam, atque ideo ex ea existentiam Numinis necessaria consequentia inferri.

Quod systema harmoniæ præstabilitæ sit ex *Spinoza* haustum, equidem per se in auras abit: Noster tamen ex abundantissimo commentum inde refellit, quod *Spinoza* hypotheses cum eo consistere nequeant. *Spinoza* enim mentem & corpus esse unam eandemque rem, cogitationem & extensionem diversos eam.

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXIII. 515

eandem rem repræsentandi modos; *Leibnitio* contra mentem & corpus esse duas substantias a se invicem realiter diversas, cogitationem & extensionem esse attributa diversarum substantiarum. Isti seriem perceptionum & seriem motuum esse unam eandemque concatenationem, nec differre realiter, sed nostro tantum concipiendi modo, utpote nonnisi eandem unius substantiæ modificationem; secundum hunc series perceptionum in mente vi diversa produci a serie motuum in corpore secundum leges prorsus diversas & modificationes mentis diversas prorsus esse a modificationibus corporis. Utramque seriem secundum illum esse simul *natura*; secundum hunc tantum *tempore*. Immo *Spinosam*, nonnisi unicam substantiam admittentem, nullo prorsus systemate opus habere ad commercium inter mentem & corpus explicandum, cum tale prorsus non detur, nisi mens & corpus fuerint substantiæ a se invicem distinctæ. Quando vero ulterius urgetur, ob negatam animæ vim motus in corpore producendi per physicum quendam influxum, contingentia particularia locum habere non posse, nullam relinqui animæ libertatem, sicque & omnem religionem, & doctrinam moralem, atque civilem concidere; Noster primum monet, consequentias has eodem modo locum habere in systemate *Cartesii*, eandem vim negantis, ac in systemate *Leibnitii*, si quis iisdem locus esse possit: id quod tamen negat & pernegat. Libertatem enim in mente residere & in ea locum habere, quatenus per essentiam non determinata semet ipsam citra ullam coactionem internam & externam ad appetitus suos determinat, atque adeo nullum respectum involvere ad locomotivam. Docet etiam, explanationem commercii inter mentem & corpus neque in theoriam, neque in praxin morum influere: systemata enim ea fini inventa tantum differre in determinatione locomotivæ physica, in morali autem conspirare. Neminem morum Doctorem physicam locomotivæ determinationem, hoc est, modum quo spiritus animales, seu fluidum nerveum in cerebro determinetur ad influendum in musculos, unquam inter principia reposuisse, ex quibus morum honestas & decorum dijudicetur. Immo ostendit, honestatem & decorum actionum ex aliis longe principii

dijudicari. Praxin moralem ad motiva ex actionum indole derivanda redire, quibus anima in alterutra contradictionis partem vi spontaneitatis suæ sese determinatura utatur, & ad media, quibus fines intentos consequi detur, obstaculis obviis remotis. Ad hæc autem sufficere, ut constet, quinam motus mentis imperio subsint, non qua vi & quomodo producantur. Veretur, ne judicent intelligentes, talia objicientem aut doctrinas morales & civiles non intimius introspexisse, aut ab æquitate & candore quam longissime abesse. Monstrat insuper fundamentum imputationis actionum non esse motuum corporis dependentiam physicam a voluntate hominis, sed hujus potius libertatem. Neque curat objectionem, quod anima destituatur libertate, propterea quod perceptiones illas, quæ impressionibus in organa sensoria respondent, ex necessitate naturæ suæ producit: neque enim sensationes a libero arbitrio pendere in systemate communi influxus, cum nemo unquam defenderit, animam jubere, ut corpus hoc vel isto modo perceptiones producat. Immo quocunque demum modo perceptionum istud genus in anima oriri statuas, modus explicandi ortum appetituum semper idem locum habere potest, cum hi tantum supponant perceptionum istarum præsentiam, nequaquam vero modum, quo in mente exortæ fuerint. Hæc quidem palmaria controversiæ capita sunt, quæ titulus quoque attingit: cetera minoris sunt momenti, etsi Cl. Autori subinde ansam dederint doctrinas metaphysicas illustrandi. Ita e. gr. inter vanas objectiones refert, quæ sua sponte in auras abeant, quam primum intelligantur, quod æternitatem mundi defendat, quia cum D. *Thoma* affirmat, mundum non semper fuisse, ex principiis rationis demonstrative probari difficulter posse, nec opus esse, ut cum atheo in hanc controversiam descendamus: licet enim mundus semper fuisset, eum tamen non parificari Deo in æternitate, cujus esse æternum sit sine successione. Item quod animæ dematur libertas, si ejus essentia in unica vi repræsentandi universum fundetur, cum sic unam saltem habeat facultatem cognoscitivam ejusque gradum inferiores: etenim Noster unicam quidem animæ vim tribuit, sed  
non

non ideo unam facultatem, cum facultates sint diversæ agendi possibilitates, quæ ut ad actum traducantur, unica vis animæ sufficit. A sensationibus autem ceteras cognitiones oriri, cum experientia loquitur, tum a Nostro in Meditationibus Metaphysicis ostensum. Ejusdem commatis est, quando ex *Leibnitiano* theoremate mechanico de eadem virium quantitate, & e *Cartesiano* de eadem motuum quantitate in conflictu corporum conservata sequi dicitur, mundum esse æternum, quoniam hominum numerus successu temporis non potuisset augeri, cum duo, decem aut centum homines non tot motus edere possint, quam innumeræ hominum myriades una viventes. Quando enim ex illo *Leibnitius* & *Cartesius* difficultatem faciunt contra influxum physicum animæ in corpus & vicissim corporis in animam; in eo cardinem totius controversiæ versari, num Deus naturæ ordinem, juxta quem phænomena rerum materialium consequuntur, legibus superstruxerit, quæ ab animabus hominum in phænomenis iisdem constanter videntur. Dum vero ad possessionem universalem & perpetuam omnium hominum provocatur, qui commune influxus systema defenderint, cum *Cartesiani* & qui cum *Leibnitio* faciunt, inter eruditos & prudentes reliquos ne millesimam quidem partem constituent; Noster non solum monet, ad decidendas controversias Philosophicas non respiciendum esse ad pluralitatem votorum, sed prorsus negat, esse vulgo & viris doctis, quibus cum philosophia nihil commercii est, aliquod systema explicandi modum, quo commercium inter mentem & corpus absolvitur. Hi enim contenti sunt observationibus de eodem commercio per experientiam haustis, de modo autem illud explicandi minime solliciti sunt. Neque etiam opus esse, ut Theologus ulli systemati assensum præbeat: sed ipsum rectius facere, si ab explicationibus philosophicis modi, quo res contingunt, sicuti in ceteris, ita in hoc quoque argumento nodoso & difficili prorsus abstineat. Ipsi enim scopo sufficere, quæ indubia experientiæ fide constant, nimirum quod, objectis externis in organa sensoria agentibus, in mente exoriantur ideæ eadem pro ratione impressionis in organa repræsentantes, & vicissim ad liberum animi de-

cretum sequantur in corpore motus, quibus illud exequi datur. M. dum, quo utrumque efficitur, quemadmodum ab Ethico & Politico, ita etiam a Theologo tuto ignorari. Denique (ut cetera omittamus) miratur Noster, doctrinam de necessitate essentialium & actionum interna honestate, a Theologis constanter defensam, vocari matrem fatalis ac absolutæ necessitatis: id quod a Theologo affirmari non posse arbitratur, nisi justam ceterorum censuram incurrere velit. Monet etiam, qui determinatam contingentium veritatem pro absoluto fato venditat, eum cum *Socinianis* facere debere, ob id præscientiam divinam negantibus, & per temporaria decreta circa contingencia particularia anthropomorphismum introducuntibus.

*R. P. BERNARDI PEZII, BENEDICTINI  
& Bibliothecarii Mellicensis, Bibliotheca Ascetica antiquo-nova, hoc est, Collectio veterum quorundam & recentiorum Opusculorum Asceticorum, quæ hucusque in variis MSS. Codicibus & Bibliothecis delituerunt.*

*Tomus I & II.*

Ratisbonæ, sumptibus Jo. Conr. Pezii, 1723, 8.

Alph. 2 plag. 22½.

**T**antum valet vetustas ad conciliandam etiam libris gratiam, ut, quæ nostris temporibus scripta contingerentur, ea a plerisque magni fiant ob vetustatem & ope typographiæ vindicentur ab interitu. Hæc causa est, cur tot *Anecdotorum* volumina nostra & superior ætas exceperit cupidissime, nec historicos solum libellos ibi contentos, (hujus enim generis libros summo jure conservari & in publicum edi, omnes consentiunt,) sed etiam libros argumenti Theologici ac Philosophici, quibus longe meliores nostra ætate ubique locorum ac gentium eduntur. Nec proinde dubitare poterat Rev. Pezius, quin,


quin, postquam *Theſaurum* suum *anecdotorum* edendo gratissimam historicis navasse operam judicatus est, multi & Asceticos libros applausu dignaturi sint suo, quos e latebris Bibliothecarum erutos decem Tomis edere constituit. Neque nos diffitemur, eam esse hujus editionis utilitatem, ut inde discamus, qui status superioribus sæculis fuerit Theologiæ moralis. Quo quidem respectu gratulari debemus sæculo nostro, quippe quod, sive Catholico-Romanam sive Protestantem spectes Ecclesiam, aureum est in hoc genere: id quod & ii e Romanæ Ecclesiæ addictis intellexerunt, qui, teste ipso Pezio nostro in præfatione Tomi secundi, censuerunt, in libellis hic editis contineri *cænum & stramen*, atque adeo *edi eos in scandalum eruditi nostri sæculi*. Scilicet omnia hic sapiunt barbariem superioris ævi, non tractandi solum ratio, sed ipse stylus, cujus en specimen e *Tomis I p. 160: Tempore noctis cum se Abbas ad pausandum reponit, deprecetur altissimum super excessibus per eum perpetratis*. Ex utraque parte longe meliora sunt hodierna scripta argumenti ascetici, facileque idcirco careremus Peziana Collectione. Sed doctissimus Editor id dandum censuit gustui haud paucorum, qui vetera quæque venerantur & in lucem protrahenda ducunt publicam. Age igitur videamus, quid novi e vetustis monumentis afferat hic Cl. Editor. Scilicet *Tomus I* continet 1) *Anonymi Dialogum de conflictu amoris Dei & lingue dolosæ*, qui libellus est nimis plebeja sapientia præditus, quem vix quisquam sine commiseratione perlegerit; 2) *Stephani de Lantzkrana Tractatum de quatuor novissimis*: quo libro præter vulgatissimas doctrinas ac multa veterum Ecclesiæ doctorum dicta permultæ etiam fabulæ recitantur e Gregorii M. Dialogis, similibusque libellis; ac de purgatorii poenis disputatur lepidissime; 3) *Joannis Rode librum de bono regimine Abbatis*, quo officia Abbatum describuntur ratione indocto monacho dignissima; 4) *Hilarionis Danichii Saulcm & Davidem, seu tractatum de malis & bonis pastoribus*: quo quidem libro vitia Prælatorum gravi zelo describuntur, ac simul injustæ artes perveniendi ad regimen Eccle-

Eccelesiasticum; 5) *Ejusdem Sermones Capitulares*, hoc est, Orationes sacras breviores in festis habitas; quæ stylo non inepto confectæ doctrinas continent pias lectuque haud indignas: quanquam & hoc fatendum est, multa hic occurrere ad pietatem monasticam, quam Protestantes rejiciunt, pertinentia; 6) *Ejusdem Tyrocinium spirituale*, quo novitius sive tyro ordinis Cartusiani paucis instruitur.


*Tomo secundo* exhibentur 1) *Anonymi Benedictini e seculo XII liber de penitentia & tentationibus religiosorum*; 2) *Petri de Rosenbaim*, seculo XV Prioris Mellicensis ordinis S. Benedicti, Sermo epanorthoticus *de statu vita monastica sui temporis*; 3) *Michaelis*, Prioris Cartusie Pragensis seculo XIV, *Dialogus de custodia virginitatis*; 4) *Ejusdem Remediarium abjecti Prioris*, sive liber in gratiam cujusdam fratris scriptus, qui dolebat, se regiminis officio exutum esse; 5) *Hieronymi de Werdea*, seculo XV Prioris Monseensis Ord. S. Bened. *liber de profectu religiosorum*. De scriptoribus his singulis uberiores Editor suppeditat notitiam in Præfatione doctissima, maxime de Rosenhainio, nomine omnibus laudato, quotquot de scriptoribus egerunt Ecclesiasticis. Pari modo in primi Tomi præfatione de librorum eo contentorum autoribus disserit, docens, Stephanum de Lantzkrana fuisse seculo XV Præpositum monasterii S. Dorotheæ Viennensis, Ord. Can. Reg. S. Aug. de eoque nuper fusius egisse Raym. Duellium in suis *Miscellaneis*; Joannem Rode Abbatem fuisse S. Mattheæ Treveris seculo XV, Frithemio laudatissimum; Hilarionem Danichium, quem ab odio in Lutheranos singulari laudat, fuisse Priorem Cartusie Gemnicensis in Austria, vitæque excessisse A. 1646.

## ERRATA.

P. 292 lin. 29 lege seorsim. Scripseram, p. 296 lin. 10 Ieliam, lin. 14 Patet, p. 297 lin. 14 sicut, lin. 26 primo, lin. 27 XII, p. 303 lin. 10 dissidentes, p. 305 lin. 2 simpliciter, lin. 11 avriva, p. 306 lin. 8 idriva, p. 307 lin. 18 aviradam, p. 486 lin. 24 accrescendi, p. 488 lin. ult. pœna parricidii, p. 492 lin. 13 utero, p. 493 lin. 5 sic enim, lin. 21 ob necessarium, lin. 23 perfocare.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
 NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1:24



ACTA ERUDITORUM  
LEIPZIG 1723

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER STADTBIBLIOTHEK  
BRAUNSCHWEIG ZUGRUNDE

SIGNATUR: M 612 v 4<sup>0</sup>

# ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia*

*Calendis Decembris Anno MDCCXXIII.*

**MISCELLANEA BEROLINENSIA AD  
incrementum Scientiarum ex Scriptis Societati Regiæ Sci-  
entiarum exhibitis edita Continuatio I, cum  
figuris & indice materiarum.**

Berolini, sumptibus Joh. Christoph. Papenii, 1723, 4.  
Alph. I plag. 2 $\frac{1}{2}$  Tabb. æn. 8.

**P**rimum hujus operis volumen sane præclarum in Actis  
A. 1711 commendavimus p. 1 & seqq. Prodit nunc ex  
intervallo alterum, mole brevius, cum observationes  
Physico-Medicæ exulent, ob nimiam copiam in volumine pro-  
pediem secuturo locum habituræ. Non minus autem multa præ-  
clara in hac Continuatiõe secunda continentur, quam in primo  
Volumine, quod communi intelligentium applausu exceptum.  
In parte prima, quæ *literaria* est, primo loco comparet *Gisber-  
ti Cuperi* Epistola d. 14 Jul. A. 1711 Daventræ ad *Job. Carolum  
Schottum* data. Confirmat is dubia adversus antiquitatem num-  
mi argentei *Phidonis*, in Regia Brandenburgensi gaza asservati,  
quam Vol. I *Miscell.* defenderat *Schottus*. Conf. Act. A. cit. p. 2.  
Vetustati obflare putat nummi nitorem & miram elegantiam,  
cum quoad molem, tum quoad imagines: neque enim ipsi pro-  
babile videtur, *Phidonis* ætate artes jam adeo excultas fuisse in  
Græcia. Subjicitur *Schotti* responsum, qui artis pictoriæ & sculpto-  
riæ antiquitatem tuetur. Deinde notandum esse monet, in num-  
mo *Phidonis* res inanimes, vas, scutum sat rude, & urnam, cum  
paucis characteribus conspici, quæ exprimere & formare haud  
adeo difficile fuerit. Imaginem *Phidonis* ob artis imperitiam o-  
missam.

U u u

missam.

maissam. Describit quoque exactius hunc nummum eumque depingit, ut appareat, pro illius temporis simplicitate feriendo factum esse, ictu mallei super globulum argenteum in hoc paratum: unde factum sit, ut signaculum metallum æqualiter ab omni parte dilataret & numismatis figuram sat rotundam & paulo crassiorem efficeret. Prolixum responsum excipit *Davidis Solbrigii* significatio de scripturæ œcumenicæ, quam omnes gentes absque notitia linguarum legant, & intelligant, methodo facili & expedita, ad quam discendam & usu terendam, in elementorum Grammaticorum mediocriter peritis propemodum nulla, in eorundem rudibus perbrevis institutio requiritur. Commendat Autor in hunc usum (id quod etiam antehac a *Bechero*, *Sturmio*, aliisque factum, & exemplis luculenter declaratum novimus,) numerorum notas barbaras, quas vocant, vulgo *ziffas* dictas, cum sint characterum fons inexhaustus, nihil habeant absurdi, odiosi vel suspecti, cur eos adhibere quis tergiversetur, sint præterea distinctissimi, nec ullo ad eos efformandos opus sit artificio, ad significandum animi sensa maxime apti deprehendantur, & nulla propemodum sit eorum cognoscendorum difficultas. Monet igitur, numeros ad millenarios sat multos suo ordine esse conscribendos, singulis singulas res, quas significant, vocabulis non ambiguis affigendas: conscribendos ex his duos libros, qui claves sint scripturæ œcumenicæ, synthetica altera ad exarandam & componendam hanc scripturam, altera analytica ad eandem recludendam & intelligendam: constituendum porro Alphabetum œcumenicum, quo non novæ fingantur literæ, vel nostræ aliis obrudantur, sed ratio ostendatur, qua nomina propria, & soni alii quicumque, sic scribantur, ut quælibet gens suis ea literis legat: utendum etiam aliquo subsidio, quo efficiatur, ut numeris abrogata, ubi opus erit, rerum significatione, vis sua numerica redeat. Addit, a se claves lingua Latina, Germanica & Gallica sic esse elaboratas, ut propediem prelo committi possint. *J. G. Wachterus* de lingua codicis argentei disserit, qui e monasterio *Wertbinensi* ad *Ruram Westphalia* a milite Suecorum avulsus, *Upsalia* adservatur, & 4 Evangelicorum interpretationem antiquo Germanicam continet. Defendit autem communem sententiam, fragmentum

versionis *Gotbica* ab *Ulfila* Episcopo concinnatae codice argenteo contineri, duabus potissimum rationibus adductus, 1) quod *Wallafridus Strabo*, libro de rebus Eccles. c. 7, de *Gotbis* & versione *Gotbica* verba faciens, codicem argenteum pene digito monstraverit, 2) quod lingua istius codicis patriæ suæ haud obscurus index sit. *Justus Christoph. Dithmarus* in observatione historica probare contendit, *Woldemarum I* Marchionem Brandenburgensem gentis *Afcania* ultimum fuisse; *Woldemarum* vero *II* & *Joannem IV*, qui post illum Marchiæ *Brandenburgensi* ad annum usque 1322 vel 1324 præfuisse dicuntur, confictos esse. *J. L. Frischius* etymon nominis *Weser* (*Visurgis*) fluvii Germaniæ evoluit. Fluvii *Fulda* & *Werra*, prope oppidum *Münden* in ditione *Hannoverana* confluentes, communi nomine *Weser* ab accolis & Geographis appellantur. Noster *Weser* & *Werra* unam eandemque vocem esse arbitratur: ex *Wesera* factam esse vocem *Werra* mutatione olim frequenti contendit. Exponit idem significationem nominis *Montacoc*, quod Comiti cuidam *Hennebergensi* olim datum fuit. Vocem componit ex vocibus Gallicis *Mont à Coc*, sive *Coq*, quæ Germanice sonant *Zahnenberg* sive *Hennenberg*.

In parte altera, quæ mathematica est, *Jacobus Hermannus* continuat schedialina suam de punctis stationum in orbitis planetariis determinandis. *Vol. I* scilicet solutionem dederat casus simplicissimi, quo orbis supponuntur circulares concentrici & in eodem plano: nunc vero solvit casum, quo orbitæ sumuntur ellipticæ & varie ad se mutuo inclinatae. Addit tamen coronidis loco aliam adhuc casus simplicissimi solutionem per simplicem Trigonometriam planam, absque calculo analytico. *Philippus Naudaus*, junior, regulam tradit inveniendi omnes divisores cujuscunque producti algebraici, dummodo in nullo divisore sit terminus irrationalis. Prolixior est, quam ut de ea specialiora commemorare liceat. Exhibet etiam exemplum concinnarum constructionum geometricarum in problemate: *Datis positione tribus punctis, construendum est triangulum tale, ut tres rectæ, quæ a quovis ejus angulo in oppositum latus cadunt normales, sese in punctorum datorum primo decussent; secundo etiam, ut tres rectæ, quæ angulum quemque bisecant, sese in datorum*

torum punctorum secundo decussent; denique ut tres recte, quæ  
 a quovis angulo ducta opposita latera bisecant, sese in dato tertio  
 puncto decussent. Mensuram ungułæ a cylindro rescissæ methodo  
 a Wallisiana, Mech. c. 5 prop. 16 diversa demonstrat Job. Henr.  
 Hertenstein. Ceterum constat, Gregorium a S. Vincentio, libro  
 nono operis Geometrici de quadratura circuli & sectionibus con  
 de hac ungułæ, quam cylindricam appellat, prolixè egisse.  
 Usum ejusdem monstravit Cel. Hallejus in æstimando calore so  
 lari pro diversa locorum latitudine, in Act. Suppl. T. II p. 328.  
 Quamobrem operæ pretium faciunt, qui ejus quadraturam ad  
 praxin facilem reducant. Christofridus Kirchius, Godofredi fili  
 us, de eclipsi Solis disquirat, quam Annales Sinici A. 7 Imperato  
 ris sui Quangvuti, die ultimo Lunæ tertie, hoc est, anno Christi  
 31, d. 10 Maji, contigisse commemorant, & quam vulgo eandem  
 esse ferunt cum eclipsi illa extraordinaria, quæ Christo patiente  
 accidit. Instituit calculum juxta Tabulas Rudolphinas, atque de  
 monstrat illo die contigisse eclipsin Solarem. Pequini obscura  
 tionem maximam fuisse 6 digitorum  $4\frac{1}{2}$ , hor. 8  $5\frac{1}{2}$ ; Cantoni ve  
 ro, celebri illo emporio versus littora australiora, digitorum 9  
 & 26 scrupulorum, hor. 7 mat.  $5\frac{1}{2}$ . Monet autem eandem Can  
 toni 11 digitorum esse potuisse, cum Tabulæ Rudolphina sæpius  
 exhibeant eclipses justo minores. E. gr. 1715, d. 3 Maji, ex cal  
 culo Rudolphino eclipsis Solaris Berolini esse debebat  $9\frac{1}{2}$  digito  
 rum; sed observatio eandem exhibuit digitorum 11. Joh. Wilh.  
 Wagnerus recensent observationem eclipsis Solaris A. 1706 Ar  
 changelopoli Moscoviæ a Pastore illius loci Phil. Michaele habi  
 tam, & varias observationes diametri Lunæ apparentis & phasium  
 ejus quantitatis, ope tubi micrometro instructi sæpius Berolini a  
 se factas, ut inde pateat, Lunam in quadris magis apogæam &  
 minus perigæam esse, quam in copulis. Exhibet etiam aliquot  
 Veneris diametros a se observatas. Observavit eam ope micro  
 metri A. 1708, d. 22 Sept. post hor.  $5\frac{1}{2}$  mat. circa 17 gradum al  
 titudinis in digressionem a Sole in antecedentia circiter 30 grad. in  
 statione secunda non adeo procul a Perigæo í 39°, cum Hugenius  
 maximam tradat non nisi í 25°. J. Phil. a Wurtzelbau A. 1712  
 d. 23 Jan. p.m. in hemisphærio Orientali observavit Norimbergæ  
 eclipsin

MENSIS DECEMBERIS A. MDCCXXIII. 525

eclipsin Lunæ partialem. Obscuratio maxima contigit hor. 8, 23, 10, fuitque 317 dig. Finis accidit hor. 9, 19, 40, circa regionem hyperboream. Hor. 10, 35, 10, culminabat stella in tergo canis majoris. Proportio semidiametrorum Lunæ & umbræ Telluris fuit quasi 16 ad 43, color umbræ cineritius, limbus Lunæ circa medianam eclipticos subrufulus. Exhibetur quoque observatio ejusdem eclipticos facta Ciza a *Gotthfr. Teubero*. A. 1713 d. 2 Dec. *Wurtzelbauerus* observavit Norimbergæ eclipsin partialem. Color umbræ erat glauco-cinereus: proportio semidiametrorum Lunæ & umbræ Telluris quasi 16 ad 42. Idem A. 1717 d. 20 Septembr. observavit eclipsin Lunæ horizontalem. Luna 8 digitis deficiens jam in horizonte ortivo conspiciebatur, limbo superiore uno gradu elevato, dum centrum Solis 12 circiter minutis e regione supra horizontem adhuc attolleretur. *Kirchius* varias sinit observationes astronomicas annis 1715 & 1716 *Gedani* a se factas, scilicet emersiones quasdam satellitum Jovis, unde longitudinem *Gedanensem* eruit 39°, 3, 30, supposita longitudine Parisiensi 22°, 30; aliquot stellarum transitus prope Lunam, & aliquot planetarum conjunctiones, occultationem Jovis a Luna A. 1716, d. 4 Jan. qui, cum sub lucida Lunæ parte emergeret, admodum videbatur pallidus, licet in immersione & ante eandem satis clarus. *Wagnerus* A. 1718, de die, horis antemeridianis, d. 16 Sept. *Berolini* in observatorio Regio observavit transitum Lunæ prope Aldebaran. *Monet*, similem prorsus observationem de die factam A. 1683, d. 6 Nov. ope tubi 10 pedum (*Wagnerus* tantum usus est tubo 5 pedum) recensere *Hevelium* in Anno climacterico f. 173, 174, nescium plane, an quisquam ante ipsum de die talem celebraverit. Idem alios duos Lunæ transitus describit. *Christoph. Langhanssen*, *Wagnerus* & *Kirchius* eclipsin Solis horizontalem describunt, quæ d. 4 Aug. 1720 mane contigit. *Kirchius* ex observationibus eclipticos Satellitum Jovis a R. P. *Ignatio Keyler* Soc. Jes. in China factis, & suis *Berolinensibus*, eruit differentiam meridianorum *Pekinensis* & *Berolinensis* 6 horarum 52, 20. *Wagnerus* tandem describit motum Jovis partim retrogradi, partim directi per tres menses, Martium, Aprilem & Majum A. 1719 *Berolini* observatum.

Entwurf einer historischen Architectur,

hoc est:

**SPECIMEN ARCHITECTURÆ HISTORICÆ;**  
*Autore JOHANNE BERNHARDO FISCHERO AB ERLACHEN, S. Cæs. Maj.*  
*Architecto primario & Ædili supremo.*

Viennæ, sumptibus Autoris, 1721, fol. reg. patentiff.

Plag. 44 Tabb. zn. 93.

**O**pus splendidum ac sumtuosum Tabulis 84 summo artificio ac nitore æri incisis varia exhibet ædificia apud antiquos historicos celebrata, vel hodiernum apud exteras gentes conspicua, vel ipsius Autoris auspiciis delineata & exstructa, una cum vasis & urnis varii generis cum veteribus, tum recentioribus. Ceteris Tabulis tituli libris singulis, quorum numero quinque sunt, præfixi insculpti cernuntur una cum dedicatione operis ad Augustissimum Imperatorem. Textus Germanico & Gallico idiomate exaratus breves continet descriptiones nonnullorum operum, quæ prolixiores erant, quam ut ipsismet Tabulis æneis inciderentur: id quod in ceteris factum. Liber primus ædificia nonnulla Judæorum, Ægyptiorum, Syrorum, Persarum & Græcorum antiqua repræsentat. Cernitur nimirum *Tabb. I & II* ichnographia & scenographia templi Salomonis juxta *Vilalpandum* in Commentariis in Ezechielem, qui ab Architectis in pretio habentur. *Tabula III* spectacula Babylonica ex *Pausania* lib. 8, & *Herodoti* lib. 1, *Curtii* lib. 5 c. 1, *Strabone* lib. 17, *Diodoro Siculo* lib. 2 c. 4 exhibet, nimirum Arcem regiam 20 stadiorum, flumen *Euphratis* per mediam urbem fluens, cum ponte lateritio & hortis pensilibus, pyramidem seu Mausoleum *Nini* templumque *Jovis Belii* cum turri. Succedunt *Tab. IV* Pyramides Ægyptiacæ ex *Plinio*, *Diodoro* & *Strabone* delineatæ, una cum *Sphynge*, quorum maxima 350000 hominum opera intervallo 20 annorum exstructa: *Tab. V* statua colossea *Jovis Olympii* una cum Orthographia interiori templi juxta *Pausaniæ* descriptionem: *Tab. VI* Mausoleum *Arthemise* inter templum *Veneris*

neris & palatium regium exstructum, ex *Vitruvio & Plinio, Strabone, Herodoto*: *Tab. VII* templum *Diana* Ephesinum intra annorum 220 intervallum sumtibus totius Asiae exstructum: *Tab. VIII* Colossus immanis in *Rhodo* insula a *Theagone* Soli dicatus: *Tab. IX* Pharus ingens a *Ptolemao Philadelpho* in portu Alexandrino conditus: *Tab. X* Templum *Ninivitarum* ex nummo in *Mumia Aegyptiaca* reperto delineatum, structuræ admodum singularis; *Tab. XI* duæ pyramides ad *Mausolæum Meridis Aegyptiorum* Regis atque conjugis regis: *Tab. XII* cataractæ *Nili* stupendæ una cum rudibus *Thebarum* & pyramidibus vicinis, quarum una inter omnes pyramides *Aegyptiacas* eminens *Tab. XIII* seorsim repræsentatur: *Tab. XIV & XV* pyramides aliæ *Aegyptiaca* ex rudibus delineatæ: *Tab. XVI* *mausolæa Persepolitana*, antiquissima Architecturæ monumenta, ante ter mille annos a *Persis* excitata: *Tab. XVII* Labyrinthus *Cretensis* & templum *Veneris Paphium* in *Cypro* insula, structuræ admodum singularis: *Tab. XVIII* Mons *Athos* in *Macedonia* a *Dinocrate* Architecto in statu virilis figuram formatus, ex præfatione *Vitruvii* ad librum secundum: *Tab. XIX* Tempia *Jovis Olympii & Minervæ Atheniensia*, Theatrum *Bacchi Atheniense* & *Acro-Corinthus*, mons prope *Corinthum* cum templo in ejus fastigio conspicuo: *Tab. XX* Obeliscus *M. Aurelii & L. Veri* post bellum *Parthicum* a *Corinthiis* excitatus. Liber secundus ædificia *Romana* antiqua spectanda exhibet, nimirum *Tab. I* rudera Amphitheatri *Colossæi* atque Sepulchri *Cnei & Publii Cornелиi Scipionum Tarraconensis*; *Tab. II* rudera aquæductus *Cartbaginensis*; *Tab. III* pontem *Augusti* in via *Flaminia* cum arcu triumphali in ipsius medio; *Tab. IV* domum auream *Neronis*; *Tab. V* arcus triumphales *Catuli & Marii, Domitiani, Drusii, Septimii Severi*; *Tab. VI* *Naumachiam Romanorum*, opus admiratione dignum; *Tab. VII* forum *Trajanum* cum statua & arcu Triumphali *Trajani*; *Tab. VIII* pontem *Hadriani* cum ejus *Mausolæo*; *Tab. IX* thermas *Diocletianas*; *Tab. X* palatium *Diocletiani*; *Tab. XI* Templum *Jovis* in medio isto palatio una cum aquæductu *Diocletiani* & porta ferrea; *Tab. XII* Templum *Jovis* ex nummo *Tiberii*, Templum *Vespasiani*, macellum



*Romanum*, templum *Jovis* cum porticu ab *Alexandro Severo* Imperatore huic idolo consecratum; *Tab. XIII* rudera *Palmyrena*; *Tab. XIV* structuram rupium admirandam in Anglia, quæ vernacula *Stonehengs* h. e. *Chorea gigantum* appellatur; *Tab. XV* conspectum insulæ *Borromæ* in lacu majori non procul *Mediolano*. Libet tertius ædificia nonnulla *Arabum & Turcarum*, nec non *Persarum* modernorum, *Siamensium*, *Sinensium & Japonensium* spectanda sistit, scilicet *Tab. I* balneum Imperiale (*das Kayser-Bad*) in *Hungaria* non procul ab urbe *Buda*, quod ob architecturam *Arabicam* in pretio habetur; *Tab. II* fanum prægrandæ *Turcicæ* ab *Orcano II Bursa* excitatum, & fanum aliud *Turcicum Peste* in *Hungaria* conditum; *Tab. III* fanum magnificentum ab *Achmede Constantinopoli* A. 1610 conditum; *Tab. IV* fanum alterum a *Solimanno II* in eadem urbe exstructum, una cum *Sultani* & conjugis *Mausolæis*; *Tab. V* Cisternam *Constantinopolitanam* singularis admodum structuræ; *Tab. VI* Templum *S. Sopiæ Constantinopolitanum*; *Tab. VII* partem civitatis *Mechæ*, ubi *Mubamedes* literis mandavit *Granum* seu legem *Mubamedanorum*; *Tab. VIII* fanum, in quo *Mubamedes* sepultus; *Tab. IX* palatium Regum *Persarum Ispahanense* & pontem prægrandem *Ispahanensem*; *Tab. X* palatium Regium *Siamense*, una cum adventu Legatorum Gallorum A. 1685 mense Octobri per fluvium *Menam* in urbem; *Tab. XI* arcem Imperialem *Sinensem Pekini*; *Tab. XII* Templum *Sinensium* celebre prope urbem *Nanking*; *Tab. XIII* pontem *Sinensium* stupendum ad *Metropolin Focbeu* centum arcibus tantæ altitudinis & amplitudinis constantem, ut naves expansis velis transire possint; *Tab. XIV* pontem sine exemplo, qui in provincia *Sinensi Xensi* super montibus & rupibus præaltis ac vallibus admodum profundis ad 30 stadiorum intervallum exstructus & partim pilis lapideis, partim fulcris ligneis innixus recta ad *Metropolin* ducit & *Cientano*, hoc est *via pilarum* dicitur, una cum alio ponte super 300 pilis lapideis in Provincia *Fokien* constructo; *Tab. XV* arcum *Triumphalem Sinensem*, Templum prope oppidum *Sinkicien* in Provincia *Xantum*, montem artificialem scalis, concamerationibus, piscinis instructum, totidem Architecturæ *Sinensis* speci-

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCLXXIII. 529

Specimina, & pontem prorsus mirabilem super catenis ferreis viginti rupibus immanis altitudinis alligatis ex ligno constructum. Liber quartus ædificia delineat ab Autore inventa. Videre licet *Tab. I* arcum triumphalem *Viennæ* extractum, cum *Josephus I* Sponsam in urbem introduceret; *Tab. II & III* ædificia in loco venationi dicato excitanda non procul ab urbe capitali *Viennæ*; *Tab. IV* ædificia quædam a *Josepho I* tunc temporis Romanorum Rege, ibidem condita; *Tab. V* palatium herois invicti *Eugenii* Sabaudicæ Ducis *Viennæ* extractum; *Tab. VI & VII* palatium una cum horto *Joannis Leopoldi*, Principis de *Traubson*, supremi aulæ Imperialis Magistri; *Tab. VIII* palatium *Pragense* Comitis de *Gallas*; *Tab. IX, X & XI* Templum *B. Virginis Salisburgense*; *Tab. XII, XIII, XIV & XV* Templum insignis structuræ singularis, quod ex voto excitari iussit augustissimus Imperator *Carolus VI*, ob urbem a peste liberatam, ubi turrets columnas repræsentant stylobatis impositas; *Tab. XVI* stabulum Cæsareum cum amphitheatro in suburbii *S. Uirici*; *Tab. XVII* ædificium quoddam ab Archiepiscopo *Salisburgense* excitatum, quod *Clesheimbii* fert nomen; *Tab. XVIII, XIX & XX* ædificia quædam ab Autore inventa, sed nullibi extracta; *Tab. XXI* Epitaphium *Johannis Wenceslai*, Comitis de *Vratislaw* in Templo *S. Jacobi* *Prageni* positum. Liber denique quintus diversa vasa antiqua *Ægyptiorum*, *Græcorum*, *Romanorum* & modernorum exhibet, una cum nonnullis ab Autore inventis. *Tab. I* conspicitur mare æneum in Templo *Salomonis*; *Tab. II* conspiciuntur duo vasa *Ægyptiaca*, quorum unum abdita naturæ vel successionem temporis repræsentat, alterum vero æternitatis symbolum; *Tab. III* duo vasa *Ægyptiaca*, quorum unum cultum *Ibidis*, alterum immortalitatem animæ refert; *Tab. IV* quatuor alia istiusmodi vasa, quorum duo *Hydrice Canopice* sive *Niliacæ*, tertium *Serapidis* modii, quartus vasis *Hori* infantis, filii *Osfridis* & *Isidis*, nomine insigniantur. *Tab. V* septem vasa *Ægyptiaca* symbolica; *Tab. VI* tumulus antiquorum *Græcorum*; *Tab. VII* monumentum sepulchrale vetustum, opere anaglyptico perfectum & in palatii Cæsarei portica conspicuum; *Tab. VIII* vasa *Græca* duo, nimirum vas bacchantium & vas *Deorum* mari-

norum; *Tab. IX* duo vasa *Romana*, scilicet vas *Cleopatra* & vas *victoriæ* una cum templo Deorum bonorum; *Tab. X* duo vasa *Græcæ*, quorum unum Ludis scenicis, alterum *Æsculapio* dictum; *Tab. XI* vas *Galashea* & alterum Tritonibus sacrum; *Tab. XII* vas *Cereris* & vas *Solis*, una cum ædificio in horto Principis de *Lichtenstein* prope *Viennam*; *Tab. XIII* vas *Neptuni* & vas *Herculis*. Atque ita indicavimus, quæ in Augusto hoc opere continentur, nec solum Architectis usui esse possunt, verum etiam multa Historicorum antiquorum loca & diversarum gentium ædificandi rationem illustrant.

### ALBERTI THURA, LAURENTII FIL.

*Idea Historiæ Literariæ Danorum.*

Hamburgi, sumptibus Theod. Christoph. Felgineri, 1723, 8.  
Alph. I plag 4.

Videntur jam e Borea Viri docti certatim in eo occupari, ut gentes illas, non minus atque alias, de literis omni ævo bene meritas doceant. Et Nostro quidem ideam historiæ Danorum literariæ, non absolutum opus dare constitutum fuit, maxime cum illa non sine multo labore partim ex programmatibus & funeralibus elogiis, partim ex doctorum Daniæ virorum & amicorum relatione, ex quibus nonnulli vitæ suæ recensionem Nostro communicarunt, compilanda fuerint. Uberiorem vero factorum, quæ per Daniam literæ expertæ sunt, notitiam sperari jubet e doctis lucubrationibus *M. Andr. Frælund*, Assess. Confist. Lingu. Ebr. Prof. & Schol. Hafn. Rect. qui proluxa Supplementa ad Vindingii Academiam Hafniensem nunc molitur. Imo cum hic multa brevius enarrare necesse esset, ne moles libri nimis excresceret, fontes tamen, ex quibus sua hausit, fideliter indicando, atque ita aliis viam præeundo effecit, ut illa copiosius diduci facile ab aliis possint. Non vero origine modo Danos eruditos recenset, sed omnes, qui unquam inter ipsos claruerunt, licet aliunde evocati. Adjungit illis passim feminas Danorum eruditas, quibus patriam suam abundare contendit, & propterea ad delitescens adhuc in MSto peculiare opus

opus *Eleonora Christianæ*, uxoris famoli illius *Ulfeldii*, provocat, quo *vitas Heroinarum prudentissimarum, sanctissimarum & castissimarum, &c.* complexa est. Addit huic geminum *Othonis Sperlingii* opus ineditum, *de Fæminis doctis omnium nationum illarumque Scriptis*. Historiæ autem patriæ scriptores, in qua studium Danorum omnium maxime elucescere vitum est, prætermisit, cum otium hac in re sibi factum esse credat a *Nic. Petro Sibbern* in *Bibliotheca Hist. Dano-Norvegica*. Opus ipsum in duas partes distinxit, quarum priori breviter de lingua Danorum, (de qua peculiarem tractatum eumque uberiorem moliri *M. Jac. Rasch*, Rectorem Scholæ Christianensis in Norvegia, refert,) de Scholis, Academiis, honoribus Academicis, Studiosis, Rectoribus & Professoribus, Bibliothecis & Bibliothecariis, denique de Bibliopoliis & Typographeis agit. Altera parte studia Danorum, Theologica, Juridica, Medica, Philosophica, Mathematica, Philologica & Poetica recenset, Linguam Danorum, de quo distinctius a se agi non posse causatur, quod literarum formæ apud externos, quibus opus hoc excudendum dedit, desiderentur, ab antiquitate & copia commendat, & mox ad Scholas Danorum transit. Omittit formam illarum ante Reformationem Lutheri, eo quod *M. Christianus Tycho* integrum moliat tractatum de statu Ecclesiæ Danicæ ante Reformationem, ubi & ultimas scholarum in Dania origines evolvit. Singulos igitur ludos literarios per omnes Regi Daniæ subjectas provincias recenset, duos in primis apud Islandos, in quibus literæ gnaviter coluntur, commendans, omniumque ortum, tum quorum munificentia aucti, aut quibus legibus instructi sint, quive in illis docuerunt, quo anno vel accesserunt vel discesserunt, aut quæ ingenii monumenta posteris reliquerunt, maximam partem ex albis Scholarum repetit. Cum vero his Scholis exeuntes nondum Academiis sat maturi viderentur, *Christianus V*, summus Danorum Mœccenas, IV Gymnasia, duo in Dania, Rösschildense in Sædlandia, Othinianum in Fionia, unum in Norvegia, Christianense, & quartum in Scania erigebat, ubi & prima Theologiæ rudimenta, & Philosophia cum eloquentia traduntur. Academia Danorum unica est Hafniensis, ea ve-

ro inter omnes Europæ Academiæ florentissima, cujus ortum a Christiano I repetit Noster, inde vero insignes ejus progressus, sedes, tum Academiæ, tum Professoribus destinatas, domum anatomicam & collegia, additis Cancellariorum nominibus, enarrat. Equestrem Academiæ Soranam Christianus IV postea instituit, quæ & quosdam Germanicæ Principes, & Regum Danicæ filios habuit alumnos, eo ceteras scholas equestres superans, quod Academicos etiam honores distribuat. Nova etiam equestris Academiæ nutu Christiani V 1692 Hafniæ erecta, qua quidem A. 1610 quodammodo sublata, nova aperiebatur schola, & novus ac succenturiatus ingenuæ juventutis ordo, vulgo *Cadet-Compagnie* dictus, instituebatur. Inter Collegia Danorum Academiæ, ubi juvenes quidam bonæ spei lautissimis sustentantur stipendiis, eminent Valckendorffianum, & Mediceum maxime, quod Olaus Borrichius admirandis & stupendis sumptibus extruxit, & quovis genere tum scientiarum & artium, tum rerum pretiosarum ornavit, in quo 16 juvenes stipendio 16000 imperialium fruuntur, quod singulis decenniis 5000 imperialibus auctius redditur. Omnibus numeris adeo absolutum hoc est, ut plane dignum videretur, ad cujus formam amplum illud & magnificentum, isto tamen multo inferius, Collegium Elerfianum instauraretur. Præterea in Regia communitate centum juvenes, quibus injunctum est, ut inter cibandum exercitia disputatoria Theologica & Philosophica habeant, laute aluntur. Academici honores partim splendidis, partim frivolis olim ceremoniis conferebantur, quæ vero hodie in defuetudinem abierunt. De Professoribus Danorum inde agens Cl. Autor, primum supplet & emendat, quæ *Caspar Bartholinus* & *Erasmus Vindingius* tradidere, postea vero telam ab iis cœptam ulterius pertexit. Theologos quidem eo ordine collocat, ut Sædlandiæ Episcopos, qui semper una in Hafniensi Academiæ sunt Facultatis Theologicæ Decani, primum, inde reliquos Theologicæ Professores & Antislites memoret, postea alios, qui in Academiæ claruerunt, vel Extraordin. sacrarum literarum Professores vel Adjunctos, fata eorum, annum emortualem & natalem, itinera, munera, scripta enarret. Cumque Dani nunquam non orthodoxæ laude flo-  
ruerint,

MENSIS DECEMBRIS 'A. MDCCXXIII. 593

ruerint, historiarum modernarum studiosos evoluisse non pigebit, quae in vitis Wandalinorum, Laffeniorum, Mafiorum aliorumque hic traduntur. Nec indignum notatu, quo modo nostris temporibus ex Juris Cultoribus Viri legum Nat. peritissimi ad supremos in Academia & Aula honores evecti fuerint, tum quae ad Bartholinorum, Wormiorum, Rœmerorum, summorum orbis literati luminum, vitam spectant. Studioforum Danorum ea est ratio, ut postquam inter Academiae cives recepti fuerint, biennio sub moderamine praecceptoris privati, qui ex Professoribus eligitur, linguis, Graecae, Latinae ac Hebraicae, nec non Philosophiae & Mathesi operam dent, & in publico examine quovis bimestri Professoribus industriam suam probent. Justo inde tempore in Academia commorati, ea lege ad examen admittuntur sigillatim Theologicum, ut 1) Theologiae Christianae fundamenta, 2) Historiam Biblicam Vet. & N. Test. penitus calleant. Quibus peractis & habita coram uno alterove Theologiae Professorum concione, duplici ornantur testimonio, eruditionis Theologiae & facultatis publice concionandi. Quod ad habitum, olim quidem omnes togati fuere, donec Fridericus III illos, qui una cum reliquis civibus 1659 Hafniensem obsidionem incredibili virtute sustinuerant, gladii jure donavit, quod indulgentia superiorum ad reliquos quoque postea permanavit. Inter privilegia quoque memoratur, quod iis solis juventutem artes liberales docere, & ob praestitam grassante 1711 morbo febrali aegrotis mortuisque operam, solis funera efferre liceat. Tacemus amplissima Danorum stipendia, quae fusius ab Autore nostro memorantur. De Bibliothecis Danorum publicis spicitegium instituit Noster post ea, quae Cl. Falsterus nuper in Orat. *de variarum gentium Bibliothecis Scholasticis* disseruerat, additque postremo praefectorum indicem. E privatis vetustioribus nuda nomina, de recentioribus vero, quibus maxime subsidiis adoleverint, recenset, quibus coronidis loco nomina Bibliopolarum & olim celebrium & hodie superstitem subjiciuntur. Parte secunda, quid Dani aut Danorum hospites in quovis studiorum genere praestiterint, & quos ingenii fetus reliquerint, per singula Theologiae, Jurisprudentiae, Medicinae, Philosophiae

& Philologiæ capita secundum ordinem Systematis eundo demonstratur. Ex iis, qui de studii Theologici post Lutherum restauratione apud Danos egerunt, commendat præter obvios passim *Magni Matthiæ* Tractatum MS. *de prima Christianismi in Daniam introductione, deque reformatâ per Daniam religione*, asservatum in Bibliotheca Reseniana. Iis, qui de Theologia Danorum gentilium egerunt, addit codicem MS. Islandicum in membrana, dictum *Historia de Occidentalis Islandiæ incolis, Theologiam gentilium Arctoorum explicans*; cui subjuncta est *Historia de incolis Kialnesensibus australis Islandiæ*, Theologiæ gentili multum lucis afferens, quæ itidem in Biblioth. Reseniana conduntur. Qui vero inter Danos Hermenevticam Theologiam illustraverint, commonstrat, commentationes ipsorum in singulos S. S. libros secundum ordinem librorum atque capitum hujus digerendo. Porro eos enarrat, qui Jura Danorum, quorum fata Viri docti explicaverunt, tradidere, eaque ab antiquitate, paucitate & perspicuitate commendat. Medicum studium maxime inter Danos viguisse, non paucis Autor contendit argumentis, & celeberrimorum Daniæ Medicorum Scripta recensens, ostendit, quomodo singularum partium Medicinæ studium paulatim apud Danos fuerit introductum. De Philosophorum scriptis ubi agit, indignius ferre videtur, quod Cl. *Walcbius* in *Historia Logices* unicum Dialecticæ artis peritum ex Danis nominaverit, cum plurimi allegari possint, qui singulas Philosophiæ partes eruditè commentariis illustrarunt. Philologiam ita coluere Dani, ut non in Græcis modo, Latinis & Hebraicis doctè versarentur, sed multum quoque patriæ linguæ purgandæ studerent. Licet enim iniquioribus fati factum sit, ut omnibus numeris absolutum Lexicon Danicum & Islandicum adhuc desideretur, plura tamen recenset in MS. latentia, quæ aliorum gentium Lexicis, Hetruscorum illi imprimis, quod *Vocabulario della Crusca* dicitur, copia ac nitore opponi possent. Fuere quoque inter Danos multi fama elegantioris stili Latini longe celeberrimi, quos Noster adducit, & pedem inde promovens ad enarrandos labores, quos Dani pertulerunt, dum singulos autores Græcos & Latinos uberrimis commentariis illustrarunt;

rursus

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXIII. 535

rurfus Walchium tangit, qui in Hist. Cr. Lat. L. unicum Jo. Isaacium Pontanum exemplum diligentiae Danis praebuisse putaverat. Mathematicos dum enumerat toto Orbe celeberrimos, Longomontanum, Braheum, Rømerum aliosque, Bartholinum testem affert, qui Danorum ingenia plerumque dixit tum ad Mathesin, tum Poesin natura quasi ferri, & in iis ita eminere, ut nulli genti cedant. Unde recensum tandem instituit, tum virorum, tum foeminarum illustrium, qui vel in patriae, vel Latinae linguae, sacra aut profana, Poesi excelluerunt. Accessere denique tum nominum, tum rerum indices satis copiosi.

MISCELLANEA SILESIACA VARIIS  
hinc inde praesidiis adornata, Collectore THEODORO  
CRUSIO, Ducatum Suidn. & Jaurav.  
Advoc. Jurato.

Lignitii & Lipf. apud Hær. Rorlach, 1722, 8.

Plag. 17.

NON male de Silesia sua meretur Cl. *Crusius*, e Diario elegantissimi *Vergnügung müßiger Stunden* nostris non ignotus, qui dispersa quaedam opuscula, quae Silesiam concernunt, colligere notisque illustrata recudere subinde instituit. Comparet hic 1) *Phil. Melanchthonis Commendatio Silesiae*, Praefationi Catechismi Trotzenдорffii biennio ante obitum praemissa, ad quam Cl. Editor de historiae Silesiacae Scriptoribus, de Caspare Vellio, postea Urfino dicto, aliisque erudite commentatur. 2) *Simonis Grisebicii εισαγωγή Silesiae* metrica, Francofurti March. 1613 edita, qua res tam ecclesiasticae cœnobiorum, quam politicae, & imprimis naturales describuntur, a Nostro novis testibus passim confirmatae; a quo discimus quoque, Cl. *Ebertum* jam dudum in *Silesia Literata* condenda occupari. 3) *Abrahami Kittelii Elogium Silesiae*, Wittebergæ recitatum editumque 1661. In hoc dum Autor jam suo tempore purgatam Schwenckfeldianismo Silesiam testatur, monet Scholiastes, usque adeo falli Autorem, ut hodiernum quoque vigere illic hæresin istam fatendum sit, atque ita firmiter ei adhærere passim plebejos, ut nullis

p. 134.

187.



nullis persuasionibus, nedum vi, dimoveri ab errore patiantur, nisi Nobiles brevi omnibus se subditis orbatos videre velint: mortem enim potius sustinere aut alio aufugere, quam ut errores suos ejurent. Accedunt 4) *Conr. Sam. Schurtzfleischii Lemmata historica ad Silesiam pertinentia*, Witteb 1682 publice proposita, quæ nec ipsa sine notulis reliquit Cl. Crusius, in eo imprimis corrigens Schurtzfleischium, quod irruptionem Tartarorum in Poloniam & Hungariam ad annum 1228 revocasset, quam anno demum 1240 factam esse Noster probat.

*AXIOMATA JURIS NATURÆ DE OFFICIIS JUSTI, HONESTI & DECORI, cum Introductione parænetica.*

Cibinii Transilvaniæ, excudit Jo. Barth, 1723, 8.  
Plag. 9.

*SUMMARIUM PHILOSOPHIÆ.*

Claudiopoli Transilv. recudit Sam. Pap Telegdi, 1723, 8.  
Plag. 3.

*ENCHIRIDION MATHEMATICUM Scheuchzerianum, Protographiam universæ Mathematicæ complectens; usui Transilvanorum accommodatum.*

Claudiopoli Transilv. impressit Sam. Pap Telegdi, 1723, 8.  
Plag. 3.

**J**ure hæc opuscula jungimus, quæ omnia nuper, obstetricante Viro Prænobilissimo *Samuele Köleséro de Keres-ecr*, Secretario Guberniali Cæsareo-Regio Principatus Transilvaniæ &c. jam sæpius nobis laudato, nec satis ob insigne publico inserviendi studium laudando, prodierunt, & paucis plagulis non tam schema quam nucleum universæ Philosophiæ theoreticæ & practicæ complectuntur. Quod ad primum attinet, fatetur in luculenta illa & gravi Introductione, non omnia quidem esse sua, nec omnia alterius, ita tamen cuncta dolata, interpolata,  
&

& Lectoris conditioni accommodata, ut nec dici fecus, nec a Lectore sciri, ac observari, nec scribi aliter oportuerit. Distribuit Axiomata Juris Naturæ in Sectiones tres, quarum prima officia Hominis erga Deum, erga se ipsum, & erga proximum juxta Legem naturalem, secunda officia in statu Sociali domestico juxta legem Natur. & tertia officia in statu Civili juxta Leg. Nat. considerat. Sunt vero hæc axiomata brevia quidem sed adeo evidentia & fere apodictica, ut nulla ratione impugnari possint, optandumque, ut doctissimus Autor, prout spem facit, ea scholiis deinceps illustrare uberius non gravetur. Reliqua duo opuscula alios habent Autores, & alterum quidem, quod in Scholis Artium Universitatis Lovaniensis, Præside *Josepbo Francisco Foppens*, Philos. Prof. primario, die 24 Jul. 1719, defendit *Petr. Augustin van Landsbot*, conclusiones quasdam succinctas ad universum Logicæ, Physicæ & Metaphysicæ ambitum spectantes exhibet; tertium vero Viro Cl. *Jo. Jacobo Scheuchzero* debetur, quem Noster Virum vocat omni laude majorem, cujus in tete-gendis Naturæ arcanis, exhumandis a diluvio tectis, sagax ingenium, in elegantiores literas patriamque insignia merita, non solum inter Alpes resonant, sed & objecta flumina, ipsa etiam maria transgressa, per totum qua patet orbem literatum, usque ad extrema Russiæ & frigidæ Koreæ ora, notiora sunt, quam ut præcone indigeant. Hoc ergo nonnulla variatione & applicatione recufum invidere Transilvanis suis noluit, nec eos dubitat complexu Mathefeos ubertim imbutos reddi posse, si simul Christianum Wolffium, quem magnopere commendat, tum Sturmium, Galtruchium, Ernestum Vols, Weidlerum aliosque consuluerint.

**JO. FRANCISCI BUDDEI, THEOL. D.**  
*Œ P. P. O. Orationes binæ, altera de Juventutis Aca-*  
*demice vitiis prudenter emendandis, altera de varia*  
*Academice Jenensis fama: accedit tertia de origine*  
*Doctoratus Theologici.*

Jenæ, ex officina Hartungiana, 1723, 8.

Plag. 9.

Y yy

Primum

**P**rimam harum Orationum S. R. Autor, cum anno superiori magistratum Academicum suscipere, alteram, cum hoc ipso anno eundem deponeret, tertiam vero, cum A. 1715 sex Viris maxime reverendis, interque eos Jo. Friderico Lib. Baroni de Werthern, summi in Theologia honores conferrentur, publice pronuntiavit. Præmisit his dedicationem ad *Jo. Burchardum Menckenum* nostrum, e qua singularis, quo eum, æque ac olim Parentem ipsius Ottonem, profequitur, amor, tum & quantum hæc ipsa Acta ei debeant, haud obscure intelligitur. De argumento orationum, quæ tum sermonis elegantia tum doctrinæ gravitate commendabiles, non est, ut prolixius agamus. In prima autor ac suavor est ipsis doctoribus, Theologis imprimis, ut quacunq; data occasione in Scholis non modo, verum & præsertim privato colloquio, deposito tamen omni fastu pædagogico, juvenes hortentur ad virtutem, & si sapere noliint, tum demum legibus coerceant petulantiam. In altera ut doctrinam & diligentiam Doctorum Jenensium commendat, ita perverfos juvenum mores graphice depingit, & decentem Numinis cultum ac modestiam modis omnibus commendat. In tertia, quæ nos paulo magis morabitur, in scholarum non minus & Academicorum, quam honorum Academicorum originem inquirit. De Alexandrina primum Schola, a Marco, ut falso creditur, instituta, & Seculo post C. N. secundo sub Ammonio & Pantæno magistris magis efflorescente, memorans, eam in doctrina Christiana teneris mentibus instillanda occupatam, eoq; qui in ea docebant, Catechetarum nomine venire docet, Doctoris quippe nomen hoc magis respicientes, quod Christum unicum magistrum seu doctorem venerarentur. Cumque quidam, Seculo IV nomen doctoris notum fuisse, ex eo probari posse censeant, quod A. 380 in Concilio Cæsarugustano Can. VIII sancitum sit, ne quis sine concessione doctoris nomen sibi sumat; observat Noster cum Binio & Albaspinæ, canonem istum feminas ferre, quæ Priscillianistarum placita sectantes, docendi munus sibi arrogabant. Alii e Seculo VIII Bedam & Joannem Beverlacensem, utrumque magistri seu doctoris in Anglia titulo insignem, & illum quidem Cantabrigiæ, hunc Oxoniæ florentem,

tem, producant, quorum & ritu ad perpetuam velut memoriam vestiti sint, qui sequenti tempore honores Academicos capessiverint. Verum uti scholas quidem tum in Anglia, ab Academicis tamen, quæ jure promovendi gaudent, diversas, fuisse, & hos ipsos Daumviros nunc magistri rusc doctoris nomine compellatos, imo & in eorum memoriam vestitum in creandis doctoribus retentum fuisse largitur, ita nondum quidem evictum putat, illud nomen dignitatis potius & honoris, quam officii atque muneris fuisse. Nec majorem fidem illis habendam putat, qui honorum titulos vel ad Carolum M. vel ad Ottonem referunt, & Philippum quendam Magistrorum ex Germania omnium primum, qui Henrico Aucupi a litteris secretioribus fuerit, & Burchardum de Mangensfeld, Doctorem decretalium, ex Germanis itidem primum, Ottonis II Consiliarium, qui & Saxonum jura primus commentationibus suis illustraverit, eaque cum Cæsareo & Pontificio jure comparaverat, nobis commemorant. Gratis enim & nullo idoneo teste hoc asserit, & qui Magistri & Doctores creari potuere, cum nullæ tunc essent in Germania Academiæ, nec id ab ipsis Principibus factum fuisse, aliis exemplis doceri queat? aut quomodo Mangensfeldius illa jura inter se comparare potuit, cum nec Cæsareum nec Pontificium eo tempore in usu esset, & Gratianus post sesquiseculum demum Decretum compilaverit? Imo nec eos probat, qui Lotharium Saxonem, reperto Amalphi Digestorum codice, leges tradunt Romanas in Scholas pariter & tribunalia reduxisse, & ut eis autoritas accederet, per Irnerium honores Academicos instituisse, jusque creandi Doctores sigillatim Academiæ Bononiensi concessisse, quæ deinde eo jure usa Bulgarum, Hugolinum, Martinum, Pileum Doctorum titulo condecoraverit; secutam innox Parisiensem, quæ Petro Lombardo Doctoris nomen concesserit. Tacent enim ea de re Otto Frisingensis, Dodechinus, Robertus a Monte, Helmoldus, Albertus Stadenfis aliique, & Urspergensis nihil aliud innuit, quam Irnerium, suamet industria precibusque Mathildis inductum, Romani juris studium in Schola Bononiensi excitasse; de Lombardo vero pariter altum apud Scriptores fide dignos silentium. Primos vero,

quantum certis documentis constat, Seculo XIII, quō sub Philippo Augusto maxima juvenum ex omni Europa multitudo Parisios conflueret, Doctoris titulo cohonestatos fuisse probat Theologos, Ægidium Columnam, a patria Romanum dictum, Thomæ Aquinatis discipulum, *doctoris fundatissimi* elogio insignem, Archiepiscopum Bituricensem; & Petrum de Tarantalia, a patria Sabaudie provincia dictum, e Dominicano monacho Archiepiscopum Lugdunensem, mox Ostiensem Episcopum, Cardinalem ac denique Pontificem sub Innocentii V nomine; utrumque scriptis plurimis in lucem editis illustrem.

L' HISTOIRE DE LA VILLE DE NISMES  
& de ses antiquitez.

hoc est:

*HISTORIA URBIS NEMAUSI ET Monumentorum antiquorum ibi superstitem, scriptore H. GAUTIERIO, Architecto & Inspectore viarum regiarum.*

Parisiis, apud Andr. Cailleau, 1720, 8.

Plag. 6.

**C**L. Autor, cujus ceterorum Operum Catalogus in ultima hujus opusculi pagina exhibetur, postquam in Præfatione professus est, se in gratiam peregrinorum, subinde Nemausum ad visendas antiquitatis Romanæ reliquias venientium, hunc libellum conscripsisse; simulque judicavit, præstantissima hodierni ævi architectorum opera non adæquare artem ac præstantiam antiquarum substructionum, quæ Nemausi supersunt; ac tandem soli Nemausensis eximiam collaudavit amœnitatem; duas distributum in partes exhibet suum opusculum. Ac in priori quidem de origine hujus urbis traditionem potius, quam certam historiam sequens disserit: posteaque paucis contexit ejus historiam, statuens, inde ab ortu hujus urbis usque ad annum Christianum 1719 effluxisse annos 3391. Nos hic non hærendum rati accedimus ad alteram Partem, residuas in hac urbe antiqui-

tiquitates contemplantem. Vbi quidem generatim docemus Lectores nostros, Autorem artis, quam profitetur, memorem præcipua diligentia descripsisse vetera ædificia. Capite igitur primo pontem Gardoni fluvio impositum non solum miratur tanquam opus pulcherrimum nullique secundum, verum etiam architectorum more curate describit, non ornittens aquæductum adjunctum, quem & ipsum pronuntiat admiratione summa dignum esse. *Cap. II* antiquos urbis muros eadem methodo describit, itemque turrem magnam. *Cap. III* vetera urbis templa considerat, inter quæ Dianæ templum admodum magnificentum, & alterum, *domus quadrata* nomine notum, ipsum quoque miræ pulchritudinis ædificium, eminent. *Cap. IV* de basilica agit perpaucis, quam Plotinæ honori dicavit Imp. Hadrianus. *Cap. V* celebre illud Nemaufense Amphitheatrum describit, & adjectas ei figuras Priapeas, aliasque. *Cap. VI* de ceteris urbis hujus memorabilibus agit, commemorans inter alia Deæ Salutis, Apollinis, Æsculapii, Homerique figuras. Narrat quoque, plurimas ibi superstites esse Inscriptiones & plurima Epitaphia, gratus facturus lectoribus, si festivam eorum copiam exhibuisset. Denique præcipuorum veterum monumentorum figuras æri nitidissime incisas subjecit legentium oculis.

JOANN. CASP. LOESCHERI, S. THEOL.

Doct. Superint. Rochlit. de Patrum Africanorum

Meritis singularibus, Liber primus.

Rochlitii, formis J. P. Langii, 1722, 8.

Plag. 12.

**T**Ametsi Europa Asiaque cum in aliis, tum quod Ecclesiæ Christianæ Patres attinet, longe plures, quam tertia mundi pars reipublicæ sacræ, civili & litterariæ cum laude operatos genuerint, Patrumque Ecclesiæ numero Africa multum antecellant, nemini tamen eruditorum obscurum est, Patres Africanos reliquis Ecclesiæ Patribus eruditione & meritis egregiis haud quam concedere. D. Augustinus, lumen illud Patrum primarium, Africæ originem debet, quem vel solum nominasse suffice-

- re possēt. Quæ causa fuit S.R. Autori, ut de Patribus Ecclesiæ Africanis peculiari studio methodoque comen:aretur. In I Capite generatim de horum meritis disserit, quæ in sequentibus capitibus speciatim persequitur. Ut autem appareat, quid in hoc libello quærendum sit, pauca ex hoc enotabimus. In Cap. II refellit eos, qui celebre S.Ctum Tertullianum Patri Africano
- p. 22. Tertulliano tribuerunt. In eodem carpit Tertullianum in libro
30. de Anima animæ humanæ corpus aliquod subtile, coloris ætherei & lucidi, atque figuram humanam assignantem. In Cap. V observatur, D. Cypriano a Clero Romano titulum Papæ tributum, & Episcopum Romanum ab eodem Cypriano fratrem in Epistolis dictum fuisse. In Cap. VII quantum de superstitionibus veterum, si Arnobii scripta non extarent, ignoraremus, ex Barthio annotatur, & quid de Arii morte misera sentiendum sit, cap. sequenti exponit, refutatis H. Valesio, Godofredo Arnolde & aliis. Caput XII memorabilibus D. Augustini destinatum est, ubi
112. annotatur, aut Augustini ministerium Presbyteris in Africa publice concionari non licuisse, sed solis Episcopis: Augustinum a Chr. Thomasio, quem hoc nomine reprehendit, pessimum Theologum & Christianum haberi: Hispanis Augustinum præ cæteris in deliciis esse. Gelasii I Pontificis Romani orthodoxa de pane & vino in S. Eucharistiæ sacramento sententia Romanæ Ecclesiæ fautoribus inculcatur in capite XIII. In Cap.
146. XVI inter alia de Fulgentio ex Ferrando docetur, Fulgentium sua ætate a multis Augustinum sui Seculi cognominatum fuisse. De *Virgilio Tapfensi* in capite XX perhibetur, eum maximam librorum suorum partem, Athanasii, Ambrosii & Augustini nominibus præscriptis, edidisse, horumque stylum ea arte imitatum esse, ut diu sit creditum, illa dictorum Patrum monumenta esse. In libro II hujus argumenti brevi secuturo, se Patres Ægyptios, Alexandrinos maxime, eadem methodo, quod Deus bene vertat, exhibiturum, Cl. Autor in Præfatione præmissa pollicetur.
- 181.
- 182.

THE WORKS OF THE LEARNED MR. HENRY DODWELL abridg'd, with the Account of his Life.

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXIII. 543

i. e.

VIRI DOCTI, HENRICI DODWELLI,  
*Opera in compendium redacta, cum vita ejusdem; Autore*  
FRANCISCO BROKESBY, Theol. Bacc. *Acces-*  
*sit EDMUNDI HALLEJI, Astron. Reg. Geom.*  
*Prof. Savil. & R. S. S. Recensio libri Dod-*  
*welliani de Cyclis.*

Londini, apud Wilh. & Joh. Innys, 1723, 8.

Alph. 1 plag. 20.

**L**ibrum non novum producimus, sed novo saltem titulo or-  
natum, cum jam antea A. 1715 sub tit. *The Life of Mr.*  
*Henry Dodwell*, Londini apud Rich. Smith prodierit, cujus cum  
prolixa satis recensio Actis Er. A. 1716 p. 248-259 inserta sit,  
nihil nunc addimus, nisi quod denūo monemus, utrumque li-  
brum singulis paginis convenire, neque adeo quicquam hic im-  
mutatum fuisse, nisi quod novus titulus, quod diximus, præ-  
fixus, & in duas partes divisus liber est, interposito iterum  
inter p. 306 & 307 hoc novo titulo, addi-  
toque in eo *Vol. II.*

## INDEX AUTORUM,

Quorum Libri aut Inventa hoc Volu-  
mine recensentur.

### *I Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.*

<b>B</b> arrow (Isaaci) de suprematu Papæ Tract. Latine versus & M. Aug. Tittelio.	127
Bosii (Jo. Andr.) Introductio in Notitiam Scriptorum Eccles. cum notis Buddei, Meuscheni & Crenii.	195
Buddei (Jo. Franc.) Institutiones Theologiæ dogmaticæ.	425
	Cal.



## INDEX

<b>Calmeti (Augustini) Thesaurus Antiquitatum Sacr. ex ejus Comm. in S. Codicem. Tomus I.</b>	353
<b>Cassiodori Senatoris Complexiones in Epistolas &amp; Acta Apostol. &amp; Apocalypsin.</b>	21
<b>Clementis XI Pont. Homilia in Evangelia.</b>	329
<b>Covel (Job.) Notitia presentis Ecclesie Græcæ.</b>	473
<b>Fabricii (Job. Alb.) Codicis Pseudepigraphi V. T. Volumen II.</b>	463
<b>Halszi (Theod.) de Leviathan Jobi &amp; cetero Jonæ Disquisitio.</b>	267
<b>Josephi Hypomnesticon.</b>	463
<b>Justini Martyris Apologia duæ &amp; Dialogus cum Tripbone, ex ed. Stryani Thirlbii.</b>	233
<b>Knauthii (Job. Christiani) Schematismi Epist. Paulinarum, co- terarumque, &amp; Apocalypseos S. Johannis.</b>	467
<b>Kromayeri (Job. Abrab.) Comm. Theol. de potestate ecclesiastica externa.</b>	263
<i>Instructio de clencho morali homiletico.</i>	397
<b>Lancastri (Petri) Conatus Chronologicus in Dan. IX de LXX He- bdomadibus.</b>	69
<b>Langii (Joach.) Causa Dei &amp; religionis naturalis adversus A- theismum &amp;c. asserta.</b>	454
<b>Loescheri (Job. Casp.) de Patrum Africanorum meritis singula- ribus.</b>	541
<b>Maimburgii (Lud.) de institutione &amp; prerogativis Eccles. Rom. Tract. Latine versus a M. Aug. Tittelio.</b>	127
<b>Marckii (Job.) Compendium Theologie Christianæ didascalico- clenchticum.</b>	396
<b>Pezii (Bernardi) Bibliotheca Ascetica antiquo-nova. Tomus I &amp; II.</b>	518
<b>Rhenferdii (Jocobi) Opera Philologica.</b>	60
<b>Vermaten (Wilh.) Analysis &amp; Expositio Epistola D. Pauli ad He- braeos.</b>	223
<b>Vriemoet (Eman. Lucii) Diss. de Schiloh Juda illustri germine.</b>	129
<b>Wesselii (Jo.) Dissertationes Sacræ Leydenses ad selecta que- dam V. &amp; N. T. loca.</b>	119

AUTORUM.

II. Libri Juridici.

<b>A</b> Guirre (Dominici) Tract. de tacita onerum & conditionum repetitione.	483
Discursus super officiis venalibus Generalitatis Catalonia.	483
Anonymi Epistola ad Virum Ill. de titulo Vicarii generalis Archiepiscopi Moguntini in Pontificalibus per Thuringiam &c.	31
Justitia voluntatis Monarchica de successore constituendo.	348
Brenckmanni (Henrici) Historia Pandectarum.	24
Gribneri (Mich. Henr.) Selectorum Opusculorum Juris Publ. Tomi IV, & Juris privati Tomus I.	54
Köleseri a Keres-eer (Sam.) Axiomata Juris Naturæ.	536
Leyseri (Augustini) Meditationes ad Pandectas. Vol. I.	443
Menckenii (Luderi) Tractatio synoptica Processus Juris communis & Saxonici Electoralis.	335
Nicolfoni (Guil.) Diff. de jure feudali veterum Saxonum.	49
Noodt (Gerardi) Responsio ad difficultates, Julio Paulo, sive libro de partus expositione & necè nuper motas a Corn. van Bynkershoek.	488
Schneyderi (Andr. Christoph.) Processus Juris judicii Provinc. Suevia.	401
Spelmanni (Henr.) Codex legum & statutorum Regni Angliæ usque ad Henricum III.	49
Wilkins (David) Leges Anglo-Saxonica.	49

III. Libri Medici & Physici.

<b>A</b> Cademia Cesareo-Leopoldina-Carolina Naturæ Curiosorum Ephemerides. Centuria IX & X cum Append.	137
Benevoli (Antonii) Epistola de duabus observationibus circa caractas a se institutis.	43
Beraeri (Gottlieb Ephraim) Exerc. Phys. Med. de efficacia & usu aeris Mechanico in corpore humano.	45 I
Z z z	Bocr-

## INDEX

Boerhaave (Herm.) & Fr. Ruyschii Epistola de fabrica glandularum in corpore humano.	103
Cant (Arent) Impetus primi Anatomici ex lustratis cadaveribus nati.	41
A Castro (Jac.) Methodus inoculationis variolarum auctoritate M. Brit. Regis comprobata.	220
Le Duc (Ant.) Methodus Byzantina inoculationis variolarum.	220
Gœlicke (Andr. Ottomari) Medicina forensis.	406
'Gravelande (G. J.) Philosophia Newtoniana Institutiones.	371
Harris (Gualteri) Descriptio inoculationis variolarum.	220
Henckelii (Jo. Frid.) Flora saturnizans seu affinitas vegetabilium cum mineralibus. it. Hist. de Kali geniculato &c.	408
Hofmanni (Frider.) Observ. Physico-Chymicarum Libri III.	98
Koleferi a Keres eer (Sam.) Proteus febrilis novissima Virmondiana affligens.	214
Langii (Car. Nic.) Methodus Testacea Marina in suas classes distribuendi.	367
Motte (Benj.) Transactiones Philos. ab A. 1700 ad 1720 in epitomen redacta. Volumen I.	89
Volumen II.	241
Mülleri (Josephi) Botanicum officinale.	81
Richa (Caroli) morborum vulgarium Historia seu Constitutio Epidemica Taurinensis Anni 1720.	323
Ruyschii (Frederici) & H. Boerhaave Epistola de fabrica glandularum in corpore humano.	103
Schoberi (Gottlob) Epitome Diss. Med. de Seminibus Loliaceis & Secalis &c.	446
Scheuchzeri (Jo. Jacobi) Herbarium Diluvianum.	79
Schurigii (Mart.) Sialogia Historico-Medica.	369
Swedenborgii (Eman.) Miscellan. Observationum Pars IV.	96
Thummigii (Lud. Phil.) Tentamen phenomena Natura explicandi. Pars I.	38
Pars II.	184
Pars III.	321
Turneri (Dan.) Ars Chirurgica.	82
	Wol-

AUTORUM.

Wolffii (Christiani) <i>Varia Experimenta, quibus ad Naturæ ac Artis cognitionem viâ sternitur. Tomus III.</i>	35
<i>Meditationes Physicæ de Effectibus Naturæ.</i>	468

IV. Libri Mathematici.

<b>A</b> Nonymi <i>Aritmetica universalis.</i>	74
<i>Inquisitio in statum veterum Mensurarum.</i>	315
Bernoulli (Jo.) <i>Comparitio ad Anon. Geometra Britanni novam provocationem, ex occasione problematis de Trajectoriis re- ciprocis &amp;c.</i>	75
Cotesii (Rog.) <i>Harmonia mensurarum, aucta a Rob. Smith.</i>	157
Ex Duhrii (Andr. Gabr.) <i>Literis de insigni invento mechanico ex- cerpta.</i>	373
Ab Erlachen <i>vid. Fischer.</i>	
Fischeri ab Erlachen (Jo. Bernh.) <i>Specimen Architectura Histo- rica.</i>	526
Frontini (Sex. Jul.) <i>Comm. de aquaductibus urbis Romæ, ex ed. Poleni.</i>	185
Hartmanni <i>Principia Architectura Militaris moderna exemplis illustrata.</i>	374
Hermannii (Jo.) <i>Solutio propria duorum Problem. Geom. &amp;c.</i>	171
Lorenzini (Laurentii) <i>Exerc. Geometrica de dimensione omnium Conicarum sectionum, curva parabolica &amp;c.</i>	73
Mariotti <i>Principia hydrostatica &amp; hydraulica Germanice versa.</i>	372
Meinigii (Jo. Christoph.) <i>Nota ad Mariotti Principia hydrosta- tica &amp;c.</i>	372
<i>Miscellanea Berolinensia. Continuatio I.</i>	521
Motte (Benj.) <i>Transactioes Philos. ab A. 1700 ad 1720 in epito- men redacta. Volumen I.</i>	89
<i>Volumen II.</i>	241
Poleni (Jo.) <i>Nota ad S. J. Frontinum de aquaductibus urbis Romæ.</i>	185
Som. Riccati (Jac.) <i>Appendix ad Animadv. in æquationes diffe- rentiales secundi gradus.</i>	562
Scheuchzeri (Jo. Jac.) <i>Enchiridion Mathematicum.</i>	536
Verzaliz (Jos.) <i>Epistola ad Geometras &amp;c.</i>	412

INDEX

*V. Libri Historici, Geographici &c.*

<b>A</b> Nonymi de Regno Medo-Persarum <i>Dissertatio.</i>	270
Æthici <i>Cosmographia.</i>	191
Assemani (Jof. Simonii) <i>Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana. Tomus II.</i>	5
Boyer (A.) <i>Historia vita &amp; regiminis Anna Reg. Angl.</i>	381
Brenckmanni (Henrici) <i>Historia Pandectarum seu fatum exemplaris Florentini.</i>	24
<i>Dissertatio gemina de Amalphi.</i>	24
De Bunau (Henrici) <i>Vita Friderici I Imp.</i>	256
Burmanni (Petri) <i>Thesaurus Antiquitatum &amp; Histor. Italia. Tomus VI.</i>	16
<i>Tomus VII.</i>	155
<i>Tomus VIII.</i>	211
<i>Tomus IX.</i>	247
Com. Clarendonii (Eduardi) <i>Historia bellorum civilium in Hibernia.</i>	203
Clerici (Job.) <i>Historia Provinciarum Unitarum Inf. Germania. Tomus I.</i>	281
Cortii (Bartoli) <i>Notitia Scriptorum Medicorum Mediol.</i>	254
Crusii (Theodori) <i>Miscellanea Silesiaca.</i>	535
Cypriani (Ern. Sal.) <i>Vita Thoma Campanella auctior.</i>	45
Duckeri (Car. Andr.) <i>Nota ad L. A. Florum.</i>	110
Eccardi (Jo. Ge.) <i>Corpus historicum mediæ ævi. Tomus I.</i>	377
<i>Tomus II.</i>	438
Fabricii (Job.) <i>Historia Bibliotheca Fabriciana Pars V.</i>	87
(Jo. Alb.) <i>Bibliotheca Græca Volumen XI.</i>	258
Flori (L. Annei) <i>Epitome rerum Roman. ex ed. C. A. Duckeri.</i>	110
Gautier (H.) <i>Historia urbis Nemauf &amp; monum. antiqu.</i>	540
Hearnii (Thomæ) <i>Editio Historiæ &amp; Antiqu. Glastoniensium.</i>	386
Heumannii (Christ. Aug.) <i>Nota ad Elogia Sc. Sammarthani.</i>	47
Honorii (Julii) <i>Excerpta Cosmographia.</i>	191
De la Houfflaie (Amelot) <i>Commentarii historici &amp;c.</i>	290
Johannis (Georg. Christiani) <i>Rerum Moguntiacarum Vol. I. &amp; II.</i>	434
<i>De</i>	

## AUTORUM.

<i>De Larray Historia rerum in Gallia gestarum regnante Ludovico XIV. Tom. V - IX.</i>	144
<i>Martignonii (Hier. Andr.) Explicatio IV. Mapparum historicarum.</i>	390
<i>Mela (Pomp.) de situ orbis, ex ed. Abrab. Gronovii.</i>	191
<i>De Mottaville Comm. historiam Annae Austriacae, Ludovici XIII conjugis, illustrantes.</i>	332
<i>Negri (Julii) Historia Scriptorum Florentinorum.</i>	250
<i>Olivæ (Jo.) Vita Camilli Silvestri &amp; J. M. Lancisii.</i>	86
<i>Ravennatis Anonymi Geographia.</i>	192
<i>Salmon (Thomæ) Recensio Historiæ Anglicæ, quatenus spectat ad jura singulorum Regum.</i>	198
<i>Sammarthani (Scævola) Elogia Gallorum Sæc. XVI doctrina illustrium.</i>	47
<i>Thura (Alb.) Idea Historiæ Literariæ Danorum.</i>	530
<i>De la Torre Commentarii de rebus in Europa gestis ob successionem Hispanicam. Tomus II.</i>	132
<i>Valbonnas Historia Delphinatus &amp; Principum Delphinorum. Tomi II.</i>	I
<i>Varchi (Bened.) Historia Florentina.</i>	414
<i>Wottoni (Gul.) Elogium Thomæ Stanleji.</i>	47

## VI. Libri Miscellanei.

<i>Van der A (Petri) Effigies Fundatorum, Curatorum &amp; Professorum Academiae Lugduno-Batavæ.</i>	366
<i>Anonymi Inquisitio in statum veterum Mensurarum.</i>	315
<i>Iustitia voluntatis Monarchicæ de successore constituendo.</i>	348
<i>Bonanni (Phil.) Conclave Harmonicum.</i>	362
<i>Brokesby (Fr.) Epitome Operum Dodwellian.</i>	543
<i>Bruckeri (Jac.) Historia Philos. doctrina de Idæis.</i>	392
<i>Buddei (Jo. Franc.) Orationes &amp;c.</i>	537
<i>Bulfingeri (Georg. Bernb.) de harmonia animi &amp; corporis humani maxime præstabilita Commentatio hypothetica.</i>	308
<i>Caryophili (Blasii) Diss. Epistol. de Anaglypho Græco.</i>	83

## INDEX

Clarkii (Jo.) <i>Disquisitio de causa &amp; origine mali moralis.</i>	318
Coleri (Jo. Christoph.) <i>Analec̄ta ad B. G. Struvii Introductionem in Notitiam rei literariae.</i>	375
Dodwelli (Henr.) <i>opera in compendium redacta a Fr. Brokesby.</i>	543
Duellii (Raymundi) <i>Miscellaneorum, quae ex Codd. MSS. colligit, Liber I.</i>	330
Fabritii (Jo. Alb.) <i>Bibliotheca Graeca Volumen XI.</i>	258
Foppen (Jof. Fr.) <i>Summarium Philosophiae.</i>	536
Gesneri (Jo. Matthie) <i>Chrestomathia Pliniana.</i>	500
Halleji (Edmundi) <i>Recensio libri Dodwelliani de Cyclis.</i>	543
Heræi (Car. Gust.) <i>Poemata Vernacula &amp; Inscriptiones Latinae.</i>	151
Heumanni (Christ. Aug.) <i>Pœciles, sive Epistolarum miscell. Tomi I Liber II.</i>	495
De la Houssaie (Amelot) <i>Commentarii hist. politici, critici &amp; literarii.</i>	290
Lancifii (Jo. Mart.) <i>Diff. Epistolaris.</i>	83
Lunig (Jo. Christian.) <i>Selecta scripta illustrata.</i>	442
Masseji (Scipionis) <i>Interpres Etrusci, verso Ital. Inscriptionum Graec. &amp; descriptio novi Musei Inscriptionum.</i>	227
Magalotti (Laur.) <i>Litterae ad Scientias &amp; eruditionem spectantes.</i>	205
Maittaire (Mich.) <i>Miscellanea aliqua Graecorum Carmina, cum notis.</i>	399
Mather (Cottoni) <i>Philosophus Christianus.</i>	327
Menckeni (Jo. Burch.) <i>Bibliotheca.</i>	421
<i>Miscellanea Berolinensia. Continuatio I.</i>	521
Prat (Samuelis) <i>Grammatica Latina.</i>	115
Recanati (Jo. Bapt.) <i>Observationes in librum Jac. Lefant, quem inscripsit Poggiana.</i>	116
Rhenferdi (Jacobi) <i>Opera Philologica.</i>	60
Rothscholtz (Frid.) <i>Icones eruditorum Academiae Altdorfinae.</i>	363
Schlegelii (Christiani) <i>de nummis Abbatum Hersfeldensium apotelesma.</i>	496
Silvestri (Camilli) <i>in Anaglyphum Graec. Interpret. posthuma.</i>	83
Wächt-	

## AUTORUM.

Wrechtleri ( <i>Christofridi</i> ) <i>Responsio ad Epistolam Jo. Laur. Mor-</i> <i>heimii.</i>	292
Walchii ( <i>Jo. Georgii</i> ) <i>Parenga Academica.</i>	197
Wolfii ( <i>Jo. Christoph.</i> ) <i>Anecdota Græca sacra &amp; profana. To-</i> <i>mus III.</i>	261
( <i>Christiani</i> ) <i>Comm. de differentia nexus sapientis &amp; sa-</i> <i>talis necessitatis, nec non harmonia præstabilite, &amp;c.</i>	510
<i>Monitum ad Commentationem istam.</i>	510

## INDEX RERUM NOTABILIORUM.

<p><b>A</b> <i>litera apud Romanos ut E</i> <i>pronuntiata.</i> 378</p> <p>Abgari <i>ad Christum Epistola</i> <i>vindicata.</i> 16</p> <p>Ex Abiegno <i>ligno resina copia</i> <i>exsudans unde?</i> 39</p> <p>Abortus <i>procuratio quando pro</i> <i>crimine habita apud Roma-</i> <i>nos?</i> 494 <i>remedium.</i> 138</p> <p>Abrogare <i>legi an legem dicen-</i> <i>dum?</i> 113</p> <p>Abulpharagii <i>vita &amp; scripta.</i> 13 sq.</p> <p>De Abulpharagii <i>Chronico Syr.</i> <i>judicium.</i> 14</p> <p>Acicula <i>in talo immissa supra</i> <i>genu extracta.</i> 83</p> <p>Acidorum <i>cum acidis efferve-</i> <i>scientia.</i> 101</p> <p>Actio <i>voluntaria quid?</i> 456</p> <p>Actionum <i>imputationis funda-</i> <i>mentum falsum.</i> 516</p>	<p><i>Acus in stomacho avis reperta.</i> 245</p> <p><i>magnetica variatio obser-</i> <i>vata.</i> 242 <i>in O-</i> <i>ceano Atlantico &amp; Æthiopi-</i> <i>co.</i> 244</p> <p>Adamantis <i>experimenta.</i> 243 <i>vis mira carnem</i> <i>humanam attrahendi?</i> 209 <i>durities unde?</i> 322 <i>calatura ubi facta?</i> 210 <i>lumen.</i> 243</p> <p>Adamantes <i>minores num in ma-</i> <i>jorem colliquesieri possint?</i> 322</p> <p>Adamus <i>literar. inventor.</i> 463 <i>quid notet?</i> 463</p> <p>Adami (<i>Fr.</i>) <i>Hist. urbis Firma-</i> <i>na.</i> 157</p> <p>De Adamo <i>varia.</i> 463</p> <p>Adulitana <i>inscriptio commen-</i> <i>data.</i> 229 Ædifi-</p>
--	---



## INDEX

<i>Ædificia Ægyptiorum, Græcor.</i>	<i>Allantois humana.</i>	94
& Rom.	Alpertus <i>de diversis temp.</i>	378
<i>Vienna exstructa.</i>	Aldorfinorum <i>eruditorum Ico-</i>	
<i>De Æquationibus differential.</i>	<i>nes.</i>	363
<i>secundi gradus varia.</i>	<i>De Alvarotis (Petri) Or. de Ru-</i>	
<i>Aer quid?</i>	<i>perto Bav.</i>	331
<i>ut corpus humanum intret?</i>	<i>Alvi adstricta casus singularis.</i>	
		94
<i>poros vesicæ non transit.</i>	<i>Alumen vitrioli albi species.</i>	102
<i>Aeris efficacia &amp; usus mechani-</i>	<i>Amavrosis, ab icætu pugionis</i>	
<i>cus in corpore humano.</i>	<i>obtusi, curata.</i>	138
<i>densitatem inveniendi</i>	<i>Amazones.</i>	502
<i>methodus.</i>	<i>Ambra quid sit?</i>	100
<i>Aerem comprimendi modus sin-</i>	<i>Ambra virtus.</i>	209
<i>gularis.</i>	<i>lumen.</i>	243
<i>De Aere doctrina.</i>	<i>origo.</i>	244
<i>Æstimatio errorum in Mathefi</i>	<i>essentia vera.</i>	100
<i>mixta.</i>	<i>L. Ampelii Libellus memorialis.</i>	
<i>Æthelbirthi leges.</i>		114
<i>De Africanorum Patrum meri-</i>	<i>Analogiæ fidei ratio apud Lu-</i>	
<i>tis Tract.</i>	<i>theranos.</i>	429
<i>S. Agatha in Achate falso culta.</i>	<i>Anas fera descripta.</i>	141
	<i>Anatomia plantarum novis sub-</i>	
<i>Agnelli (Scip.) Dissert. de idcis</i>	<i>sidiis suffulta.</i>	36
<i>laudata.</i>	<i>Elephantis, leporis</i>	
<i>Agocchi (Jo. Bapt.) Fundatio</i>	& <i>gallinæ montanæ.</i>	245
<i>Bononiæ.</i>	<i>Anatomicæ observationes.</i>	93,
<i>Agrippa (Henr. Corn.) juvenis</i>		94, 95
<i>de occulta philos. scripsit.</i>	<i>Anatomicorum opiniones nota-</i>	
<i>Agris fertilitatem conciliandi</i>	<i>ta.</i>	93
<i>modus.</i>	<i>Andræ Ratisbon. Chron. univ.</i>	
<i>Ab Aguirre (Dom.) laudatus.</i>		381
<i>Alchymia impugnata.</i>	<i>Angelerii (Hippol.) Antiq. An-</i>	
<i>Alemannus (Nic.) de Lateran.</i>	<i>testinæ.</i>	155
<i>parietinis.</i>	<i>Angelus (Dominicus) de depræ-</i>	
<i>Alexandriua schola quanam?</i>	<i>datione Castrensi.</i>	213
		Ange-

RERUM

Angelitæ (Jo. Fr) Hist. Recit. neti. 157	Annæ Reg. Angl. Historia. 381 sq. Character, 382
Angelotti (Pompeji) Descr. ur- bis Reate. 213	Anodyna quanam sint? 141
Angelus Jehovæ ab Hagara vi- sus quis? 120	Anthropomorphismum qui- nam introducant? 518
faciei Jehovæ quis? 124	Antimonii sulphur idem cum minerali. 102
Angelorum apparitio ut facta? 482	virtus virulenta & medica. 102
pictura in Græcia nulla. 482	Antiochenorum Patriarcha- rum Catalogus. 16
Angliæ historia & Regum jura. 198. sq.	Antipathix exempla. 96
Anglicæ Ecclesiæ circa picturas in templis ratio. 482	Antiquitates Romanæ in Witto- nia, Hibernia & Scotia ef- fossæ. 245
Angulorum mensura ut inve- stigetur? 167 sq.	Antiquitatum Sacr. Thesaurus. 353
Anima mundi. 502	varia specimina. 246
in toto corpore tota quid? 314	Antix pressoria descriptio. 35
Animæ immortalitas probata. 460	pneumatica usus in di- gnoscentis plantarum parti- bus. 472
in vase. 529	Antonini (Phil.) Saffina anti- libertas 156
in corpus imperium. 460	Per Anum ejectæ hydatides. 94
libertas 313	Aortæ petrificatio. 94
ut locum habeat. 515 sq.	Aphonix exempla. 138
non tollitur ejus- dem vi unica. 516. 517	Apocalypseos cum Cabbala har- monia. 63
De Anima error Tertulliani. 542	Apollonius Tyaneus, magiam exercens & publice docens Ephesi, notatus. 293. sq.
Animalculorum spermaticorum existentia. 37	apud Domitianum ac- cusatus. 298. 299
Animalia in vacuo cur morian- tur? 37	Apoplexiæ exemplum singula- re. 93
Animalium ictus & morsus. 370	A a a a
nutritio. 472	A p a
De Anna Austr. Ludovici XIV Conjuge Comm. hist. 332	

## INDEX

<i>Apoplexiæ causa extraordinaria.</i>	93	<i>Araliaſtri deſcriptio.</i>	245
<i>Apotheofis Romanorum.</i>	502	<i>Araneæſila per microſcopium examinata.</i>	37
<i>Appellandi jus cui &amp; quando in Anglia competat?</i>	52 ſq.	<i>Aranearum ova non fecundantur ſine coitu.</i>	184
<i>juris in Suevia ratio.</i>	405	<i>ſericum.</i>	245
<i>Appellatio e Suevia fit Oenipontem.</i>	405	<i>Arbores num quotannis novofibrarum ordine per vitam omnem augeantur?</i>	40
<i>Aqua per poros ligni &amp; veſicæ tranſit.</i>	36	<i>e foliis educata.</i>	184
<i>ſtagnante machinas agitan- dandi inventio.</i>	373	<i>ſubterranea.</i>	244
<i>Aquæ ſpecifica gravitas. 93. 101 ſpontaneus in tubis capil- laribus aſcenſus.</i>	93	<i>Arborum ſuccus quando aſcen- dat?</i>	40
<i>per foramen effluentis mo- tur.</i>	93	<i>plantatio inverſa.</i>	312
<i>ſtillatitiæ lapideſcentis de- ſcriptio.</i>	97	<i>Arcanum duplicatum quid?</i>	141
<i>pluvialis vermiculi.</i>	37	<i>Archiatri Principum Aultriæ, Mediolanenſes.</i>	255
<i>quantitas obſervata.</i>	242	<i>Architectura militaris moder- na quid?</i>	374
<i>inter ſe computatio.</i>	242	<i>exemplis illuſtrata.</i>	374. 375
<i>communis virtus in ar- gentum vivum.</i>	410	<i>Architecturæ hiſtoricæ Speci- men.</i>	526
<i>evaporatio in aere frigido unde?</i>	39	<i>Arcus viſionis Planetarum quantitas.</i>	40
<i>effuſio e nubibus.</i>	243	<i>Arenæ motus in foco vitri cau- ſtici impreſſus.</i>	323
<i>minerales.</i>	244	<i>granulorum ſingularia.</i>	36
<i>Sub Aqua vivendi ars.</i>	93	<i>marina uſus ad fertili- tatem agris conciliandam.</i>	244
<i>De Aquæductibus Frontini o- pus.</i>	185	<i>Argenidæ origo &amp; facta.</i>	84
<i>Aquarii quinam?</i>	188	<i>Ariphronii Sicyoniis Paan.</i>	400
<i>Aquarum inundationes.</i>	243	<i>Ariſtotelis atheiſmus.</i>	197. 458
<i>De Ara ignoti Dei Diff.</i>	196	<i>Ari-</i>	
<i>Arabarcha Judæorum quis?</i>	64		

## RERUM.

Aristotelis <i>Philos. merita.</i>	394	Astronomicæ <i>observationes.</i>	92
<i>applausus</i>	395	Assaph <i>uno plures.</i>	359
<i>carmen in virtutem.</i>	400	Asseneth, <i>Josephi uxoris, vita.</i>	464
Arithmetica <i>nova sexagenaria.</i>	96	Astyages <i>est Darius Medus.</i>	271. 280
<i>Arithmeticæ universalis Newton. nova editio.</i>	75	<i>unde dictus?</i>	274
Arithmeticus <i>excellens, qui scribere &amp; loqui nescit.</i>	246	Astyli <i>jus quousque &amp; quaratione in Anglia concedatur?</i>	51
Arnobius <i>laudatus.</i>	542	Athei <i>refutati.</i>	455 sq.
De Arnoldi <i>Archiep. Mog. cæde Narratio.</i>	436	<i>quinam?</i>	457
Arnonis <i>Scutum Canon. regul.</i>	330	Atheismus <i>quotuplex?</i>	198
Arrestorum <i>natura &amp; distinctio.</i>	347	<i>Aristotelis.</i>	197. 458
Arsenici <i>preparatio.</i>	244	Atheismi <i>causæ</i>	458
Arteria <i>num sit in infinitum divisibilis?</i>	469	Athenagoras <i>vindicatus.</i>	307
Arterix <i>carotides delineata.</i>	41	Atheroma <i>singulare.</i>	93
Arteriarum <i>schemata. carotidum decursus qualis?</i>	95 42. 43	Atmosphærx <i>magnetica existentia.</i>	36
Arthofer (Honorii) <i>Enchir. Tirnstainensè.</i>	331	Atta <i>vox quid &amp; unde?</i>	67
Arthuri <i>R. A. vita.</i>	288	Attuellæ <i>plantæ usus medicus.</i>	244
Articulares <i>dolores ex diarrhæa adstricta.</i>	137	Attractio <i>num detur?</i>	243
Ad Artis <i>cognitionem promovendam experimenta.</i>	35	Attractionum <i>leges.</i>	91
A-bestus, <i>&amp; ex eo confectæ vestes.</i>	244	Auditus <i>singulari casu receptus.</i>	95
Ascetica <i>Bibliotheca.</i>	518	Averani (B.) <i>vita &amp; scripta.</i>	252
Asthmatici <i>sectio.</i>	94	Aves <i>exhalationibus carbonum necatæ.</i>	37
Astronomia <i>Cometica perfecta.</i>	92	Augustinus (Ant.) <i>ad hoc juvenis, laudatus.</i>	30
		Augustini (Ant.) <i>Tr. de nominibus propriis desideratus.</i>	30
		De Augustino <i>judicium Chr. Thomasti.</i>	542
		Auripigmentum <i>num sit venenum?</i>	102
		Aaaa 2	Au-

INDEX.

<i>Auris humana interiora descri- pta.</i>	94	Baluzius ( <i>Steph.</i> ) notatus.	2
<i>Aurora borealis observata.</i>	243	Bannitorius processus.	337
<i>Auroræ borealis theoria perfe- cta.</i>	471	Baptismi ritus apud Græcos.	481
<i>Aurum uvarum vegetabile du- bium est.</i>	138	<i>De Baptismi antiquit. Diff.</i>	69
<i>in uvis repertum.</i>	411	<i>immersione judici- um.</i>	431
<i>Auri fulminantis fragor exa- minatus.</i>	35	<i>efficacia sententia Reformatorum impugnata.</i>	431
<i>natura.</i>	103	<i>A Baradæo (Jacobo) dicti Jaco- bitæ.</i>	6. 9
<i>pore ut obseruentur?</i>	36	<i>Barometri marini descriptio.</i>	93
<i>notæ characteristica.</i>	103	<i>Barometricæ observationes.</i>	242
<i>Ex Auro parata medicamenta quid valeant?</i>	103	<i>Baroscopii novum genus.</i>	93
<i>Austriaca Chronica.</i>	380	<i>Barrius (Gabr.) de Calabria.</i>	250
<b>A</b> <i>Litera cur tot nomina propria incipiant?</i>	210	<i>Lat. Lingua nimis a- mans.</i>	250
<i>patris nomen apud Orientales incipit.</i>	211	<i>De Barrovia (S.) iudicium.</i>	128
<i>Bacci (Henr.) Descrip. Regni Ne- apolitani.</i>	247	<i>Barfumas quis &amp; quid egerit?</i>	8
<i>Bælius (Petr.) refutatus.</i>	319	<i>Basilica Juris a Brenemanno excerpta.</i>	27
<i>Balænzæ descriptio.</i>	268	<i>Basilowiz (Jo.) de successore dis- positio libera.</i>	353
<i>a Leviathane differen- tia.</i>	269	<i>Baummannianæ cavernæ phæno- menon.</i>	97
<i>Balistici phænomeni explicatio.</i>	322	<i>Beda num fuerit Doctor?</i>	538
<i>Balsamum liquidum ex Santalo flavo.</i>	100	<i>Begerus (Laur.) defensio.</i>	113
<i>Balsami sulphuris terebinthina- ti effectus stupendi.</i>	101	<i>Begeri (Laur.) fata.</i>	87
<i>Balsama quid sint?</i>	100	<i>Bellini (Laur.) vita.</i>	253
<i>Balsamorum mixtio.</i>	100	<i>Benedicti (Alex.) de Caroli VIII R. G. in Italia gestis Comm.</i>	441
<i>usus medicus.</i>	100	<i>Benthemii (Ludolphi) scripta &amp; promissa.</i>	88
		<i>D. Bernardi Epistola 140 illustra- ta.</i>	31
			Ber-

RERUM.

Bernoulli (Jo.) provocatus com- paret. 75	Brenemann (Hem.) de Rep. A- malpb. 249
Berolinensia Miscellanea. 521	laudatus. 24 sq.
Beveregii (Wilb.) mors. 384	Briggiani canonis singularis constructio. 159
Beverlacensis (Jo.) num fuerit Doctor? 538	Bristolium a quo fundatum? 389
Bevilaquæ Comitiss cimelia Ve- rone. 22	In Britannicæ unionem nummus. 383
Bianca (Jo. Bapt.) Medicus Ita- lus. 255	Broussellii captivitas. 334
Bibliotheca Veron. MSpta pro- missa. 23	Bruta an machina? 209
Saibantiana Vero- ne MSptorum ferax. 23	Bruti (Jo. Mich.) Hist. Floren- tina. 212
Canonice Eccl. pri- maria Veron. MSpta detecta. 22	Buccinæ quid? 957
Menckeniana aper- ta. 422	Bulffingerus laudatus. 310
Bibliothecæ Menckenianæ Ca- talogus. 421 sq.	Burchardi (Jo.) Diarium Ale- xandri VI integrum. 442
leges. 424	Burgundiæ Comitum Genealo- gia. 258
De Biterris (Amalr. Augeris) A- ctus Rom. Pontificum. 441	Burmansianus Thesaurus Italie laudatus. 17
Bituminosi cespites. 244	Burmansius (Fr.) Spinofismi ac- cusatus. 429
Blancardus (Steph.) notatus. 184	<b>C</b> abiati (Jo.) mors. 255
Blanci (Jo. Bapt.) scripta. 255	Cæsalpinus (Andr.) Medi- cus Italus. 255
Bologninus (Lud.) quid presti- terit in Pand. Florentinis? 29	Cagnacini (Alpb.) Antiqu. Fer- raria. 155
Bombicum productio. 245	Calcinationis causa. 102
Borrichii (Olai) liberalitas in studiosos Hafnienses. 532	Calculus sexagenarius novus. 96
Bosovienses Annales. 379	Calculi observationes. 94
Botanologia compendiosa. 80	Calli singulares. 95
Botanica specimina. 244	Casmauser vox unde dicta? 496
Boum morbus contagiosus. 245	Calor difficillime per corticem arborum exspirat. 40
	Caloris gradus secundum ratio- nem

## INDEX

<i>Acta arithm. &amp; geometr.</i>	242	<i>Comitata.</i>	244
<i>Camarra (Luc.) de Teate ant.</i>	249	<i>Carbonum fossilium stratorum</i>	244
<i>Camilli victoria commentitia.</i>	112	<i>diversitas.</i>	244
<i>Camini ferri fusorii descripti.</i>	97	<i>virtus in excoquendis</i>	410
<i>novi idea.</i>	97	<i>mineris.</i>	410
<i>Campanellæ (Thoma) vita.</i>	45	<i>Circa Carbones experimenta.</i>	102
<i>De Campanella (Th.) testimo-</i>	47	<i>Carcani (J.B.) natiuitas &amp;</i>	255
<i>nia.</i>	47	<i>mors.</i>	255
<i>In Camum (Jo. Petr.) odia mo-</i>	291	<i>Carcharias num cetus Jona?</i>	269
<i>nathorum.</i>	291	<i>Carolus II R. H. ut heredem in-</i>	
<i>Cancer iniustus.</i>	93	<i>stitueret Gallum, quomodo in-</i>	
<i>Candidi (Jo.) Com. Aquilej.</i>	20	<i>ductus?</i>	134
<i>Canis rabidi morsus.</i>	95	<i>Caroli M. Imp. diploma corre-</i>	
<i>A Cane rabido morsus num ob</i>	371	<i>ctum.</i>	257
<i>delictum puniendus?</i>	371	<i>imago in nummis.</i>	498
<i>Canonicorum regular. Statuta.</i>	331	<i>V Imp. expeditio Tunc-</i>	
<i>Canonis Briggiani singularis</i>	159	<i>zana in aulais expressa.</i>	153
<i>constructio.</i>	159	<i>Ephemerides Gallicæ</i>	
<i>Canonotechnia.</i>	166	<i>MSS.</i>	153
<i>Canonum collectores.</i>	259	<i>VI Imp. cura literarum</i>	
<i>Canopicæ hydria.</i>	529	<i>nummo celebrata.</i>	152
<i>Cantharidum usus internus.</i>	96	<i>constantia.</i>	382
<i>Capacii (Jul. Caf.) Hist. Nea-</i>	248	<i>XII R. Sv. elogium.</i>	154
<i>pol.</i>	248	<i>vulnera octo.</i>	154
<i>Hist. Campania.</i>	248	<i>peritia in Mathesti.</i>	96. 97
<i>Liber de Balneis.</i>	249	<i>Carolo I, Walliæ Pr. cur loco ces-</i>	
<i>Capilli peccata.</i>	52	<i>serit Rex Gallia?</i>	334
<i>Capitis fractura singularis.</i>	93	<i>Cartesius refutatus.</i>	209
<i>Cappa nigra quid?</i>	21	<i>Cartesianum systema, occasio A-</i>	
<i>Caput velare in sacrificiis sucta</i>	84	<i>theismi.</i>	459
<i>gentes.</i>	84	<i>argumentum pro</i>	
<i>Carbones fossiles in Staffordia</i>		<i>existentia Dei examinatum.</i>	512
			Calciz

RERUM.

Caseiu planta ut aliis dicta?	210	De Chiliafimo sententia J. F. Buddei.	430
Cassiodori Vita a quo scripta?	21	Chinæ Chinæ radicis descriptio.	244
Cataractæ sedes.	43	Chirurgia explicata.	82
depositio felix.	141	Cherier (Nic.) refutatus.	2
Catalauniz status circa quædam officia venalia qualis?	486 sq.	Christus, Florentinorum Rex.	417
Catenariæ vulgaris æquatio.	413	Chronica veterum ut sensim aucta?	440
Cave (Wilhelmi) mors.	385	Chronologiæ specimina	245
Causarum occasionalium systema	311	Chyli sanguificatio.	472
examinatum.	429	Chylificatio.	472
multa admittit arbitraria.	311	Chymiz usus.	98
perpetua supponit miracula.	311	Chymiz imperfectio.	98
Cellarius (Christoph.) laudatus.	230	Chymiz observationes.	98
Cellitudinis titulus olim Regibus familiaris.	291	Ciacconii (P.) nota in Melam.	193
Centrum oscillationis inveniendi methodus.	91	De Ciacconio (P.) iudicium I. Voffii.	195
Cephalalgiz causa, discessio suturæ coronalis.	138	Ciborum masticatio, deglutitio, digestio & chylificatio.	472
Ceræ virtus in coralliis rubris dealbandis.	410	Ciceronis iter.	197
Cerebri laceratio non lethalis.	138	Cicutæ aquatica noxa.	141
Cestoni (Diacinti) mors.	255	Cinelli (Jo.) Vita & scripta.	252 sq.
Cetus marinus descriptus. ut a balena deferat?	267	Circulatio sanguinis.	472
Charleton (Wilhelmi) mors.	383	Circulationis sanguinis autor quis?	255
		Cisalpinus (Andr.) num autor circulationis sanguinis?	255
		Citatio triplex in Suevia.	403
		Changula, anas fera, descripta.	141
		Claramontii (Scip.) Hist. Casene.	156
		ne.	Cle-



## INDEX

<i>Clementis XI Pont. decretum promissa.</i>	330	Combinaciones & alterationes promotæ.	91
<i>In Clementis XI Pont. inaugurationem nummus.</i>	330	Cometarum doctrina.	470
<i>Clericus (Jo.) notatus 286.288</i>		Cometicæ observationes.	92
<i>refutatus.</i>	428		208
<i>laudatus.</i>	26	Comites an habeant jus legitimi mandii?	56
<i>De Clinicis Vet. Eccl. Diff.</i>	196	Compton (Henr.) mors.	385
<i>Cœcitas ex scabie retropulsa.</i>	137	Ex Conceptione falsa motus epileptici.	138
<i>Cœcus ut formare potuerit imagines cereas prototypo similes?</i>	40	Concharum opæ agris fertilitatem conciliandi modus.	244
<i>eruditus.</i>	184	Concilia quænam œcumenica?	260
<i>De S. Coena sententia Gelasii Pont. orthodoxa.</i>	542	Conciliorum collectiones.	259
<i>Cogrossi (Car. Fr.) scripta.</i>	255	<i>collectio Labbei qua in re præset Regia?</i>	259 sq.
<i>Ex Coitu hominis cum brutum verus homo nasci possit?</i>	143	<i>cum Harduiniana collata.</i>	260
<i>Coleri (Jo. Christoph.) promissum.</i>	376	<i>canones contra expositionem infantum.</i>	491
<i>Coli dilatatio mira &amp; prolapsus.</i>	143	Concionari olim quibus licuerit?	542
<i>Colici dolores singulares.</i>	94	Concipiendi energia ut a vetula recepta?	138
<i>Collins (Simonis) mors.</i>	385	Concurfus creditorum ratio.	346 sq.
<i>In Collo tumor ingens.</i>	94	Confessionis formula singularis.	52
<i>Collonitii character.</i>	133	Conicorum doctrina promotæ.	74
<i>Colocynthidos pomi noxa.</i>	138	Conradus Ursperg. plagiarium.	378
<i>Coloniensis Chronica Regia.</i>	378	Conscientiæ defensio.	340
<i>Colores experimentis chymicis illustrati.</i>	103	Consistoria in Sax. El. quot?	338
<i>Colorum fixorum genesis.</i>	470	Consistoriorum defectus.	266
<i>De Coloribus experimenta.</i>	91		CON-
<i>Columna rostrata suppletæ.</i>	114		
<i>Columna (Ægid.) primus Theologia Doctor.</i>	540		

RERUM.

Constitutiones Apostol. corruptae. 259	distinguenda? 469
Contactus circuli & sphaera expensus. 91	mutationes unde? 469
Contareni (Fr.) Hist. Hetruria. 212	affectiones. 470
Contingentia quid? 456. 457	mutationum discrimen. 469 sq.
universi adstructa. § 12	Corporum descensus. 243
est argumentum pro existentia Dei. § 11	proprietas. 468
Contingentium natura evoluta. § 12- § 14	Extra Cortem Feuda qua? 59
determinata veritas differt a fato. § 18	Cortulicorum (Guil. & Albrigheti) Hist. de novit. Padua & Lombardia. 18
Continui compositionis difficultates unde? 459	Cosmologicam disciplinam dedit Wolfius. 312
Cor testudinis Americana. 245	Cotesii (Rogerii) vita. 166
delineatum. 41	Cottæ (Laz. Aug.) Epistola. 256
Cardis vires. 94	Coturnicum ex esu unde spasmi? 138
ventriculus justo major. 94	Cranii depressio magna. 83
Ad Cordis motum quid respiratio faciat? 94	fractura mira. 138
Cornex incisiones. 93	Crederet alicui, & in aliquem, ut differant? 263
* Corneri (Herm.) Chronicon. 440	Crepusculorum ratio. 470
Corpus inter & Mentem commercii systemata tria. 308 sq.	Crines in utero & ovario reperi. 94
doctrina non influit in theor. & praxim morum. § 15 sq.	per vesicam ejeti. 94
Theologo non est necessaria. § 17 sq.	Cromwellius (Oliv.) Regia dignitate invitatus caruit. 202
Corporis animalis nutritio, augmentat. & transpiratio. 472	cur exosus? 202
In Corpore quam materia	Cruris tumor scirrhusus. 95
	offis fractura. 95
	CrySTALLIFICATIONES ex lapidibus oriunda. 97
	Cubitus Atticus. 317
	Cubiti cum brachio articulatio delineata. 41
	Rbbb Cul-

## INDEX

Cultus demonum statuis celebratus.	66	Damascius de triade principiorum.	262
Cunningham (Jac.) Observ. meteorologica.	242	Dani ad Matthesin & Poesin natura apti.	535
variationis acus magnetica.	242	Daniz Regum Genealogia.	258
Cuperi (Wilb.) mors.	385	De Danica lingua Tr. promissus.	531
De Cuperi Paratitlis Ovidii iudicium.	496	Danichii (Hilar.) Saul & David.	519
Cupri solutio.	103	Sermones capitulares.	520
Cupidus idem ac avarus.	113	Tyrocinium spirituale.	520
Curiz Provinciali Sax. quinam subsint?	338	Danigeldum quid?	53
Curii (Petri) Poema &c.	213	Danorum Historia Litter. Idea.	530
Curvarum constructio generalis.	90	Schola, Gymnasia, Academia.	531 sq.
quadrandarum specimen.	90	studendi in Academia ratio.	533
ad similes reductio.	90	Daphneus Arcuarius quis?	87
algebraicarum re-ctificatio indefinita unde dependeat?	174 sq.	Darius Medus est Astyages.	271
De Curvis paradoxum insigne.	413	David, autor libri Ruth.	495
Cyclus Pasch. S. Hyppoliti.	230	Debitoris sectio &c. ut interpretanda?	348
Cymbala.	357	Decursus Solis quid?	192
D. Cyprianus Papa a Romanis dictus.	542	Deglutitio ciborum.	472
Cypriani (Ern. Sal.) de potestate Eccl. iudicium.	264	Deglutitus globulus plumbeus cum urina redditus.	138
Cythara quid?	357	Dei in natura contemplatio.	328
<b>D</b> emonum cultus statuis celebratur.	66	causa contra Atheos defensa.	454
Damadori Æt. redivivum.	249	existentia probata.	459 sq.
		notitia instata probata.	461
		Dei	

RERUM.

Dei <i>essentia probata.</i>	462	<i>rium.</i>	445
<i>existentia demonstranda</i>		<i>Dissolutiones frigida.</i>	242
<i>difficultas unde?</i>	511	<i>Divisores cujuscunque producti</i>	
<i>demonstratio-</i>		<i>Algebraici inveniendi met-</i>	
<i>num usus &amp; desiderata.</i>	512	<i>odus.</i>	523
<i>Delphinatus Historia nova.</i>	1	<i>Diuretica vis Kali.</i>	411
<i>jura Imperii agno-</i>		<i>Doctor Juris Consuli prelatus.</i>	
<i>scit.</i>	45		445
<i>Delphinorum Genealogia.</i>	2	<i>Doctorum Theologie dignitas</i>	
<i>Del Re (Ant.) Antiqu. Tiburti-</i>		<i>quando invaluerit?</i>	538
<i>na.</i>	214	<i>Documentorum recognitio</i>	
<i>Densitatem aeris inveniendi</i>		<i>quando deneganda?</i>	341
<i>methodus.</i>	159	<i>editio quan-</i>	
<i>Dentes praegrandes.</i>	246	<i>do postuletur?</i>	341
<i>excussi repositi.</i>	83	<i>Dodwelli (Henr.) mors.</i>	385
<i>Derhami observationes varia.</i>		<i>Vita, novo titulo re-</i>	
	242. 243	<i>cusa.</i>	543
<i>Desagulieri observationes va-</i>		<i>Dominium directum in alieno</i>	
<i>ria.</i>	243	<i>territorio.</i>	59
<i>Deville (Ant.) Descr. portus &amp;</i>		<i>Drake (Jac.) scripta &amp; mors.</i>	
<i>urbis Polae.</i>	20		384
<i>Deus quid Atheis?</i>	457	<i>Ducangius notatus.</i>	339
<i>Diaboli potentia quanam?</i>	320.	<i>Ducatus quid veteribus?</i>	113
	321	<i>Duckerus (Car. Andr.) lauda-</i>	
<i>Diaconus (Petr.) de Viris ill.</i>		<i>tus.</i>	111
<i>Cassin.</i>	247	<i>Ductus thoracicus delineatus.</i>	
<i>Ex Diarrhoea astricta dolores</i>			41
<i>articulares.</i>	137	<i>Dulcini (Bartb.) Bononia.</i>	155
<i>Digestio ciborum.</i>	472	<i>Duræ Matris motus unde?</i>	93
<i>Diluvianum Herbarium.</i>	79	<i>In Dura Matre os inventum.</i>	93
<i>Dioptrarum telescopicarum in-</i>		<i>Dyni (Fr.) Antiqu. Etruria.</i>	
<i>ventor.</i>	92		211
<i>Dioscurorum historia.</i>	84	<b>E</b> <i>Berti Silesia Liter. promissa.</i>	
<i>Diplomata Moguntina promif-</i>			535
<i>sa.</i>	438	<i>Ecclesiasticæ Historiæ utilitas.</i>	
<i>Diplomatum Seculi XVI crite-</i>			196

## INDEX

Echardus (Jac.) plagii accusatus.	45	utero.	492
notatus & refutatus.	46	Empyema curatum.	138
de scriptis Vinc. Bellov. laudatus.	380	Energumeni actiones.	137
Eclipsis Lunaris A. 1712 observata.	524 sq.	De Enocho varia.	464
A. 1713 & 1717		Enthusiasmi etymologia.	496
observata.	525	De Enthusiasmo vet. Sophistarum & Rbetorum Diff.	198
Solaris A. 1706 Archangelopoli observata.	524	Epicurei athei.	458
Christo patiente		Epidemica constitutio.	323. 451
facta an cum Sinica conveniat?	524	Epistolæ Pauli ad Hebraeos expositio.	224 sq.
Eclipsium Satellitum Jovis observationes.	92	Epsonis salis succedaneum est arcanum duplicatum.	141
Edwardi (Jonathan) scripta & mors.	385	Equi extra Angliam non vendendi.	51
Effervescentiæ rariora exempla.	101	Erchempertus excerptus.	247
Egghardus Vrag. Abb. autor Annal. Saxon.	378	quando mortuus?	378
Egoistæ quinam?	457	Erchemperti Hist. Longobard.	378
Eichsfeldia ut ad Moguntinos pervenerit?	34	Ant - Erifypelacea planta.	245
De Elencho morali bomil. Tr.	398	Esdræ Liber quartus.	465
Elephantis anatomia.	245	L' Estrange (Rog.) scripta & mors.	384
auditus organum.	245	De Esu carniæ disquisitio.	246
De Elephantibus Dissert.	245	Etnarcha Judæorum quis?	64
Elogiorum natura &c.	48	Evaporatio in aere frigido.	39
Embryo quid sit?	489 sq.	Evangeliorum IV collationes novæ.	261
Emmenagoga vis Kali.	411	Eucharistiæ dogma apud Græcos.	477
Empedoclis sententia de fetu in		Evelyn (Jo.) scripta & mors.	384
		S. Evremondi (Car.) monitum salutare.	381
		fata & mors.	383
		Eusebius emendatus.	67
		Euse-	

RERUM.

Eusebii <i>Hist. Eccles. laudata.</i>	<i>xus differentia.</i>	518
305. 306	Fatum <i>ut arceatur?</i>	514
<i>testimonium de scripto-</i>	Febris <i>salutaris exemplum.</i>	95
<i>ribus rerum Apollonii Tyan.</i>	Ex Febre <i>curata tumor pedis.</i>	95
295 sq.	Febrilis <i>Proteus.</i>	214
<i>contra Apol-</i>	Felbingeri ( <i>Fer.</i> ) <i>fata.</i>	87 sq.
<i>onium Tyanicum.</i>	Fermentationes <i>frigida.</i>	242
305	In Ferreis <i>virgulis vis magneti-</i>	
Excipere, <i>vocabuli, sensus.</i>	<i>ca.</i>	36
192	Ferri <i>camini fusorii.</i>	97
Executio <i>ut promoveatur jure</i>	Ferri ( <i>Ant.</i> ) <i>Statua Cumanæ.</i>	
<i>Saxonico?</i>		249
245	Fertilitas <i>ut concilianda?</i>	410
Experimentum <i>suugulare in ca-</i>	Feuda <i>extra Cortem quæ?</i>	59
<i>ne sumtum.</i>	De Feudali <i>Saxonum jure vete-</i>	
94	<i>ri Dissertatio.</i>	49
Fabz S. Ignatii <i>vis narcotica.</i>	Fidelis ( <i>Fortunati</i> ) <i>liber Reine-</i>	
141	<i>sto suppositus.</i>	256
Fabritius ( <i>Jo. Alb.</i> ) <i>notatus.</i>	A Filicaja ( <i>Vinc.</i> ) <i>epitaphium.</i>	
23		253
Fabritius ( <i>Jo.</i> ) <i>laudatus.</i>	Filiis <i>num quid debeant pareu-</i>	
88	<i>tes?</i>	394
Facies <i>ejusque musculi deline-</i>	Filorum <i>sericeorum textura.</i>	37
<i>ati.</i>	<i>araneorum textura.</i>	37
41	Fixa <i>quelibet, Sol.</i>	328
Faciei <i>pallor insolitus.</i>	Fixæ <i>occultatio in Jove facta.</i>	92
93	Fixarum <i>quarundam latitudo</i>	
Facii ( <i>B.</i> ) <i>hist. Alp. l. R.N.</i>	<i>mutabilis.</i>	92
248	Fleury <i>de Poesi antiqua.</i>	354
Falconis <i>Beneventani Chroni-</i>	Florentia <i>a Carolo M. libera re-</i>	
<i>con.</i>	<i>lictæ.</i>	418
248	<i>a Carolo V rebellionis</i>	
De Falco ( <i>Ben.</i> ) <i>Antiqu. Neap.</i>	<i>convicta.</i>	418
247	Florentina <i>Historia.</i>	414
Famam <i>restituendi jus Statibus</i>	Florentini <i>Scriptores illustrati.</i>	
<i>Imp. vindicatum.</i>		251
56		
<i>magistra-</i>		
<i>tibus &amp; Acad. negatum.</i>		
56		
De Fame <i>dictum Werffii memo-</i>		
<i>rabile.</i>		
290		
Fascinum.		
502		
Fasti <i>Consulares emendatius e-</i>		
<i>diti.</i>		
377		
Fatalis <i>necessitas quid?</i>		
456		
<i>necessitatis &amp; rerum ne-</i>		

INDEX

Flores <i>conservandi modus.</i>	322	nus ?	445
Florum <i>partes quem usum habeant ?</i>	244	De <i>Fœminis doctis promissa.</i>	531
Florus ( <i>L. Anneus</i> ) <i>plagiarius.</i>	110	Fœtus <i>per umbilicum editus.</i>	94
Flori ( <i>L.A.</i> ) <i>character.</i>	110 sq.	<i>in utero consumtus.</i>	94
Fluentem <i>quantitatis cujusvis inveniendi methodus.</i>	163 sq.	<i>plorans.</i>	94
Fluidi <i>ab aere &amp; aethere diversæ existentia.</i>	37	<i>monstræ.</i>	95. 245
De <i>Fluminibus varia.</i>	471	<i>in abdominis cavitate re-</i>	
Fluvii <i>exsiccatio ex terra motu unde ?</i>	322	<i>pertus.</i>	137
Ad <i>Fluvium locus ut munici-</i>	374	<i>spuma circa os an de ejus</i>	
Fluxionum <i>methodus inversa promotæ.</i>	163 sq.	<i>visæ extra uterum testetur ?</i>	371
Fluxus <i>in siphonibus continuatio ab aere.</i>	37	<i>annis 46 in utero reten-</i>	
<i>menstruus per pedes.</i>	323	<i>tus.</i>	138
<i>vetula fecunditatem reddit.</i>	138	<i>sub ipsa conceptione ani-</i>	
& <i>refluxus maris tractatio.</i>	471	<i>matur.</i>	407
<i>Newton.</i>		Foliorum <i>pori ut detegantur ?</i>	36
<i>hypothese commendata.</i>	471	<i>metamorphosis in ar-</i>	
Foci <i>in speculis determinatio.</i>	91	<i>bores.</i>	184
Fœcunditas <i>in Nova Anglia.</i>	95	Fons <i>ardens.</i>	243
Fœmina <i>per plures annos gravida.</i>	95	Fontanini ( <i>Justi</i> ) <i>Antiqu. Hor-</i>	213
Fœminæ <i>ad munera publica capaces.</i>	446	<i>ta.</i>	
Fœminarum <i>appellatione num &amp; viri in jure contineantur ?</i>	446	Fonticulani ( <i>Angeli</i> ) <i>Bellum Braccian.</i>	248
Fœminis <i>cur saveat Justinia-</i>		Fontis <i>Henonis causa.</i>	37
		<i>inflammabilis causa.</i>	39
		<i>medentis descriptio.</i>	244
		Fontium <i>salientium principia.</i>	37
		De <i>Fontium origine hypoth.</i>	373
		Fouquetus <i>cur Calonesum mu-</i>	
		<i>niverit ?</i>	335
		De <i>Fossilibus varia.</i>	471
		Fragor <i>corporum vi aeris diffi-</i>	
		<i>lientium.</i>	35
		<i>pulveris &amp; auri fulmi-</i>	
		<i>nantis.</i>	35
		Fra-	

RERUM.

Fragrantia in flore per horarum intervalla variat. 207	Germanica Historia nova promissa. 258
Friborgi quinam? 53	Gero Marchio Lusatie unde Ducis titulum acceperit? 58
Friderici I Imp. Historia nova. 257 sq.	Gesselius (Timannus) laudatus. 87
Historici recensiti. 257	Gethitæi qui? 356
II Imp. gesta. 379	Gibellinorum genealogia. 258
Frobenii, typographi, duo. 375	Ginseng plantæ descriptio. 245
Frælund (Andrea) promissa. 530	Gladius qua occasione studiosis Hafniensibus concessus? 533
Frontini (Sex. Jul.) vita. 189	Glandulæ in liene repertæ. 94
lacune suppletæ. 190	Glandularum fabrica. 103 sq.
Fructus conservandi modus. 322	Glastoniensis Historia & Antiq. 386 sq.
Fuldenses Annales promissi. 498	Abbatie redditus. 388
Fulgentius dictus Augustinus sui sæculi. 542	Glossarium Anglo-Sax. novum. 54
Fulguris effectus æmuli. 102 sq.	Godi (Ant.) Chronica. 18
genesis. 471	Golfcheri gesta Archiep. Tr. 442
effectuum rationes. 471	Goynæi (J. B.) de situ Istria. 20
Fulleri (Fr.) mors. 384	Grabius (Jo. Ern.) defensio. 237
De Fulmine observationes. 243	Grabii (J. E.) contra Whistonum scriptum & mors. 385
<b>G</b> Alateus (Ant.) de situ Japygia. 250	Græca Manuscripta. 245
Gale (Thoma) fata & mors. 383	Græcæ voces in Hebræas transferuntur. 210
Galliæ Regis apud Græcos Elogium. 475	Eccl. moderna Notitia. 473
Gallici regni redditus A. 1647. 334	In Græca Eccl. munera sacra venalia. 476
Gallinæ montane anatome. 245	ut irrepsissent Latinizantes. 476
Gallorum Seculo XVI doctrina illustrium elogia. 47	Græci hodie rudes. 474
Garuffi (Jof. Malatesta) Lucerna lapidaria. 156	Grammaticæ harmonica lingua. Orient. rudimenta. 68
Generatio æquivoca datur. 409	Gram.
Generationis theoria adstructa. 472	
Genseliana memoria. 143	



INDEX

Grammatica <i>Latina nova.</i>	115	Hahnus (Jo. Joach.) <i>refutatus.</i>	32 sq.
De Grandine <i>observationes.</i>	243	Halleji <i>in causam falsedinis maris inquisitio.</i>	243
<i>singularia.</i>	323	Halloixius <i>plagii accusatus.</i>	238
Graveland <i>amplectitur mensuram virium Leibnitianam.</i>	372	Haloander (G.) <i>laudatus.</i>	29. 30
Gravida <i>multorum aunorum.</i>	95	Hammonis <i>oraculum.</i>	502
Gravidarum <i>inspectio.</i>	407	Harduinus (Jo.) <i>notatus.</i>	187. 230
Gravitatis <i>diversitas in diversis locis unde pendeat?</i>	39	<i>refutatus.</i>	275 sq.
Gregorii Nysseni <i>Dialogi &amp;c. collatio.</i>	261	Harmonia <i>mensurarum.</i>	157 sq.
Gregorii (Dav.) <i>mors.</i>	384	Harmonia <i>præstabilita non tollit contingentiam universi.</i>	513. 514
Grisbecii (Sim.) <i>Isagoge Silesia.</i>	535	<i>confirmat</i>	
Grodnense <i>Iter Medicum.</i>	142	<i>existentiam Dei.</i>	514
Groti <i>Orationes recensita.</i>	495	<i>cum hypothesis Spinoza consistere nequit.</i>	514. 515
Guaranda <i>unde dicta?</i>	339	<i>a Spinoza</i>	
De Gudenus (Val. Ferd.) <i>laudatus.</i>	435	<i>recepta.</i>	459
Guelphorum <i>Genealogia.</i>	258	<i>Atbeismo</i>	
Gummi <i>Lacca experimenta.</i>	243	<i>favet.</i>	459
Gustatio <i>Romanor. quid?</i>	502	<i>libertati</i>	
Guttenbergio (Jac.) <i>inventio artis typographica adscripta.</i>	379	<i>hominis favet.</i>	313
Gyraldi (J. B.) <i>Ferraria.</i>	155	Harmonia <i>præstabilita inventor.</i>	309
<b>H</b> æmophysis <i>in gravida innoxia.</i>	138	<i>difficultates soluta.</i>	312 sq.
Hæmorrhagia <i>narium in gravida innoxia.</i>	138	De Harmonia <i>præstabilita Commentatio.</i>	308 sq.
Hæmorrhagiæ <i>insolita.</i>	95	Harmonicum <i>Conclave Romæ quod?</i>	362
<i>omnes silenniores in uno subjecto concurrentes.</i>	138	Hætrachii <i>character.</i>	133
Hæreses <i>Judeorum ficta.</i>	63	Harvæus <i>num inventor circulationis sanguinis?</i>	285
		De	

RERUM.

<i>De</i> Hebdomadibus LXX Danie- lis Tr. Chronol.	69	Hersfeldensis Abbatie funda- tor, Pipinus.	498
Hebræarum vocum significatus us cognosci possit?	65	Hersfeldensium Abbatum num- mi explicati.	496 sq.
literarum præ Sa- maritanis antiquitas.	64	Heumanni (C. A.) sententia de Leviathan.	269
Hebræi, ad quos Paulus scri- psit, qui?	225	Hibernici belli ab A. 1640 Histo- ria.	203 sq.
Hebraica manuscripta.	245	Hieroclis testimonium de maxi- mo Aegienfi & Damide Philof.	295
Helwichii (Georg.) Moguntia devicta.	436	Hieronimus emendatus.	67
Elenchus Nobil. Eccl.	437	Hincinari Epistola.	439
Mog.	437	Hispanorum factantia.	334
Hemicranix lethalis causa.	141	Ob Hispanicam successionem ge- sta.	132
Henricus VII quo jure Rex An- glia factus?	201	Historia Germ. nova promissa.	258
De Henrico Leone observata.	258	Historix Eccl. utilitas.	196
Hepatis structura.	105, 106	Hobbesius, atheus.	459
vulnus curatum.	138	Hobbesianæ vitæ autor quis?	376
Heptagonum duplici fossa mu- niendum.	375	Hoffmanni (Jo Adolf.) promif- sa.	466
Heracleensis verso Syriaca N. T. unde dicta?	10	Homeri hymnus in Apollinem.	400
De Heracleonitarum redemptio- ne Dissertatio.	64	Homo quid sit?	458
Herbarum aspermaticarum ve- getatio.	409	bominem mordens an punendus?	371
Herbarium Diluvianum.	79	Hominis nutritio.	472
Hereditas filiis gratis datur.	350	Hooke (Rob.) mors.	383
Hermannus Januensis, plagia- rius.	380	In Horologio Solari umbra re- trograda.	471
non Ædi- tuus vocandus.	380	De La Houffaye (Amelot) nota- tus.	292
Hermannii (Jac.) Diss. de pun- ctis stationum in orbitis Plane- sarum determinandis.	523	Humberti I de Turre res gestæ.	3 sq.

## INDEX

Humeri <i>offis vices subiens cal-</i> <i>lus.</i>	95	Idea <i>innata</i> num <i>dentur?</i>	396
Humoris <i>crystallini defectus in</i> <i>oculo.</i>	141	De Ideis <i>Historia Philos.</i>	392 sq.
Hundredi <i>qui?</i>	53	Idealitæ & <i>Materialistæ</i> ut <i>dis-</i> <i>ferant?</i>	457
De Hulli (Jo.) <i>condemnatione</i> <i>excerpta.</i>	441	Idearum <i>differentia acute ex-</i> <i>pensa.</i>	40
Hydatides <i>per anum &amp; vesti-</i> <i>cam ejectæ.</i>	94	Jenenis <i>Acad. fama.</i>	537 sq.
<i>in renibus ovis re-</i> <i>perta.</i>	245	Ignis <i>virtus unde?</i>	207
Hyde (Thomæ) <i>mors.</i>	383	<i>eruptiones e Vesuvio.</i>	244
Hydrophobia <i>lethalis.</i>	137	<i>e monte carbo-</i> <i>num fossilium ferace.</i>	244
Hydrophobiæ <i>exempla.</i>	95-370	Igneorum <i>meteororum phæno-</i> <i>mena.</i>	471
Hydrops <i>ovariorum in puerpera.</i>	94	Ilei <i>intestini portio resecta.</i>	94
Hydropis <i>casus singulares.</i>	94	Iliacæ <i>passionis casus.</i>	94
Hydropicus <i>e lapsu subito mor-</i> <i>tuus.</i>	138	Imaginationis <i>virium exempla.</i>	96
Hyemis <i>extraord. historia.</i>	242	Imagines <i>Dei, Christi crucifixi</i> <i>&amp; S. Trinit. apud Græcos nul-</i> <i>le.</i>	481 sq.
Hyperbolæ <i>quadratura.</i>	159	Imputationis <i>actionum funda-</i> <i>mentum falsum.</i>	516
Hypocausta <i>veterum.</i>	245	Inclinationum <i>naturalium ars</i> <i>explicata.</i>	39
<b>I</b> n Jacobum III <i>Angl. Præsent.</i> <i>nummus.</i>	382	Indulgentiarum <i>origo.</i>	433
Jacobitæ <i>unde dicti?</i>	6	Infanticidii <i>indicia.</i>	407
<i>eruditi quæ scripse-</i> <i>rint?</i>	8-16	Infessuræ (Steph.) <i>Diarium ur-</i> <i>bis Romæ.</i>	441
Jacobitarum <i>Primas quot titu-</i> <i>lis vocetur?</i>	7	Influxus <i>physici systema exami-</i> <i>natum.</i>	310 sq.
<i>Ordines sacri un-</i> <i>decim.</i>	8	<i>cum identitate virium motri-</i> <i>cium.</i>	311
De Jacobitis <i>varia.</i>	6,7,8	<i>per plu-</i> <i>ralitatem votor. assertum.</i>	517
Icones <i>Eruditorum Altorf.</i>	365	Initiationis <i>infantium ritus a-</i> <i>pud Græcos.</i>	480
<i>Lugduno-</i> <i>Bavorum.</i>	366	Inno-	
Iconolatria <i>recepta in Eccl. Gr.</i> <i>&amp; Rom.</i>	481		

RERUM.

Innocentii XII de successione Hispan. sollicitudo.	133	Johannes tres in Hist. Eccl. di- stinguendi.	10
Inquisitio quotuplex?	337	Johannis II Delphini res gesta. 5	
Inscriptionum museum novum.		Johannis V R. Port. elogium.	329
	229. 231	Jonas, typus Christi.	124
nummis.		Josephi I Imp. in Jesuitas odi- um.	133
	229. 230	Josephi fabri lignarii, Historia.	466
aslica usus.		De Josephi testimonio de Christo Diff.	196
	230	Josephus de Arimathia, Anglo- rum Apostolus.	386
	230	Irenicus Philaletha quis?	88
ptores.		Iris Lumaris.	243
	231	marina.	243
tuende?	231	Iridis natura.	471
De Insectis varia.	245	Irnerius quid in Jure prestite- rit?	539
Insignia in nummis olim expref- sa.	499	Isidorus Pelusiota illustratus & vindictatus.	302. 303
Instrumentum aeneum anti- quum.	245	Isthmus inter Britanniam & Galliam.	245
Instrumenta quid probent in jure?	341	Itali odoratu excellunt.	209
ad examinandam		Interpretes recensiti.	218
rarefactionem luminis in flui- dis.	243	Italorum in Medicina inventa.	254
Instrumentorum muscorum classes.	356 sq.	Judæorum hereses victæ.	63
descriptio.	362 sq.	Judicia Saxonie Electoral. im- mediata quæ?	338
Interpretum Italarum Catalo- gus.	228	Judicium de moribus quod?	401
Intestina in theorace reperta.	94	suum quodnam?	401
Ex Intestinalium concretionibus do- lores.	94	turpe quodnam?	402
Inundationes descriptæ.	243	Svevia provinciale u- bi, quomodo & quousque insti- tuatur?	402
Johannes de Mediolano, Medi- cus.	254		

## INDEX

<i>Juntinæ editiones vindicata.</i>	376	<i>Kali Ultramarinum.</i>	412
<i>Ivo Ep. Carnut. illustratus.</i>	28. 29	<i>sal continet sal commune.</i>	410
<i>Jupiter honorarius quinam?</i>	288	<i>Kavinæ (Petri Maria) Faventia.</i>	156
<i>Juramenta quotuplicia in jure?</i>	339. 343	<i>Keplerianum problema solutum.</i>	92
<i>Juramenti præstandi modus in Suevia.</i>	404	<i>Kittelii (Abr.) Elogium Silesia.</i>	535
<i>Jurinus ut expendat motum aquarum in tubulis capillaribus?</i>	243	<i>Kupfferzellenfis fons soterius.</i>	141
<i>Juris Doctor Consuli prælati.</i>	445	<b>L</b> <i>Achrymarum vitrearum phenomenon ad rationes revocatum.</i>	35
<i>nostri incertitudo unde?</i>	58 sq.	<i>Lactantius vindicatus.</i>	491
<i>regula &amp; præceptum quid?</i>	490. 493	<i>illustratus.</i>	300. 301
<i>De Jure Feud. vet. Sax. Diss.</i>	49	<i>Lacum Vetterum in Suecia descripsit Hierns.</i>	244
<i>Jurisdicctio Eccl. in Protest. suspensa.</i>	34	<i>Lambinus defensus.</i>	48
<i>Jurisprudentiæ definitio.</i>	445	<i>Lancilii (Jo. Maria) vita.</i>	86.
<i>Epochæ tres.</i>	58		143
<i>Jurisprudentiam inter &amp; Medicinam fororium vinculum.</i>	407	<i>De Lantzkrana (Steph.) Tr. de IV Novissimis.</i>	519
<i>Justinianus Imp. cur feminis faveat?</i>	445	<i>Lapideum monumentum, Stonehangs, cur in Anglia positum?</i>	389
<i>Justinus Martyr vindicatus.</i>	490 sq.	<i>Latina Grammatica nova.</i>	115
<i>De Justino Martyre judicium.</i>	234 sq.	<i>Manuscripta.</i>	245
<i>Juvenis (Jo.) Antiqu. Tarenti.</i>	250	<i>De Latinorum scriptura anti-qua opus promissum.</i>	23
<b>K</b> <i>Ali herbe historia &amp; usus.</i>	409 sq.	<i>Latrantes puella.</i>	95
<i>experimenta chymica.</i>	411. 412	<i>Leges Anglo-Saxonica editæ &amp; explicatæ.</i>	49
		<i>Leges illustratæ aut explicatæ:</i>	
		<i>L. 7 C. Theod. quor. app.</i>	302
		<i>6 de jure fisci.</i>	302
			L. 1

RERUM.

L. 1 §. 13, 14, 15 & L. 4 ff. de agnosc. & alend. lib.	489 sq.	493	mercio inter mentem & corpus commentatio.	311, 312 sq.
29 ff. de manum. test.	489		Lenfant (Jacobus) refutatus.	117 sq.
16 C. de nupt.	489 sq.		Leonis (Ambr.) Historia Nola.	249
19 §. 1. 4. 9. 15 ff. ad Leg. Falc.	490-494		Leporis anatomia.	245
1 §. 1 ff. de ventr. Insp.	490		Leuckfeldius notatus.	497
1 §. 1, 2 ff. de bis qui sui vel al. jur.	490		Leviathan Jobi quid?	267, 268, 269
5 ff. de leg. Pomp. de par. ric.	490		unde dictus?	268
un. § 4, 7, 9 C. de caduc. toll.	484 sq.		Leuteratio quando instituenda?	344
4. l. ad SC. Trebell.	484		Lexicon Danicum desideratum.	534
10 §. 1 ff. de just. & jur.	494		Libanii Epistola edita.	263
4 ff. de extraord. crim.	494		In Liberos vita necisque jus asserutum.	350
39 ff. de penis.	494		Libertas hominis quid?	456
8 ff. ad leg. Corn. de Si. car.	494		anima non tollitur e-	
10 ff. d. t.	495		jus vi unica.	516, 517
De Legionibus Romanor.	245		ut in anima locum ha-	
Legitimandi jus Principibus vindicatum.	55		beat?	515, 516
Leibnitius quid mundum appel-	513		Libræ diversitas & valor.	316
laverit?	513		Liceti (Fortun.) de Casena va-	
Leibnitii mens de anima & cor-	515		ria.	156
pore.	515		Liebknechtius notatus.	323
De Leibnitii vi activa materiae	430		Lienis singularia.	94
judicium.	430		inflammatio in vaccis ut	
Leibnitianus calculus injure re-	345		curata?	137
ceptus.	345		De Lignamine (Phil.) Contin.	
Leibnitiani systematis de com-			Chronici Riccobaldi.	379
			Ligni trachea.	36
			Ligorii (Pyrrhi) Descriptio	
			Villa Tiburtina Hadrianea.	213
				213

## INDEX

<i>Linea meridiana per Galliam ducta.</i>	93	<i>Logometrici systematis cujusvis constructio.</i>	159
<i>Lineæ meridiane ducenda methodus nova.</i>	92	<i>Lombardus (Petr.) num fuerit Doctor?</i>	529
<i>Lingua Pici mantii.</i>	245	<i>Lombardus (Jo. Fr.) de baln. Puteol.</i>	249
<i>Sub Lingua lapillus.</i>	83	<i>Longævitas exempla.</i>	95
<i>Lipsiensis Academia privilegium singulare.</i>	346	<i>Longavillæi ambitio.</i>	334
<i>Lipsii (Justi) Epistola promissa.</i>	232	<i>Loquelæ ratio.</i>	472
<i>Litteræ Judaica quadrata Samaritanis antiquiores.</i>	64	<i>Lorenzini (Laur.) scita &amp; vita.</i>	73, 74
<i>Literas colendi apud Rom. ratio.</i>	197	<i>Lotharius Imp. an honores Acad. instituerit?</i>	539
<i>In Literariam Hist. Introductio nova promissa.</i>	376	<i>Lucianus illustratus.</i>	307
<i>De Literaria Hist. recentissima Diff.</i>	376	<i>Lucii (Christoph.) cæcitas.</i>	496
<i>Liturgiæ Orientales a Latinis corruptæ.</i>	479	<i>Lucis origo &amp; natura.</i>	207
<i>Lluyd (Eduardi) scripta &amp; mors.</i>	385	<i>Lucretius Etrusco carmine redidit.</i>	251
<i>Lochneriana memoria.</i>	143	<i>Lucretii Carmen de miseria hominum illustratum.</i>	502
<i>Lockii (Jo.) elogium &amp; mors.</i>	384	<i>Ludorum analysi illustrata.</i>	91
<i>De Locustis observationes.</i>	142, 143	<i>Ludovici XIV R. G. historia.</i>	144-151
<i>Loffredi (Ferrantis) Antiqu. Puteol.</i>	248	<i>conceptio qua nocte facta?</i>	333
<i>Logarithmotechnia generalis.</i>	91	<i>De Ludovico XIV R. G. judicium Wilhelmi III R. A.</i>	136
<i>Logarithmos computandi nova methodus.</i>	91	<i>Lugduno-Batava Academia Virorum eruditor. Icones.</i>	366
<i>Logicæ Historia.</i>	198	<i>Luis Veneræ antiquitas.</i>	247
<i>Logisticæ descriptio.</i>	159	<i>Lumen internum universale quid?</i>	428
<i>Logometria.</i>	91, 157.	<i>Luminis productio per attritionem in vacuo.</i>	243
		<i>propagatio &amp; productio.</i>	470
		<i>Lumi-</i>	

RERUM.

Luminis doctrina confirmata.	470	Macularum Solarium observa- tiones.	92
& colorum experimen- ta Newtoniana confirmata.	91	Maffeji (Scip.) promissa. 231 sq. cum Chr. Pfaffio	
quædam species in con- stellatione Tauri observata.	243	controversia seria.	23
umbra experimenta.	243	Magalotti (Laur.) eruditio & fata.	206
De Lumine hypothesis Democri- ti renovata.	328	Vita.	253
Newtoniana a priori demonstrata.	470	Magdeburgicum Chronicon.	378
experimenta.	91	De Magis iudicium.	143
Luna gibbosa unde videri queat plena?	470	Magistratus jus circa sacra. num pro concione	265
Lunæ prope Abdebaran transi- tus observatus.	525	corripiendus?	399
similitudo cum tellure.	470	Magliabechii (Ant.) obitus.	251
Lunenburgicum Chronicon.	379	Magnes artificialis.	36
Lusatix jus civitatis Imperii Germ. assertum.	58	Magnetis phenomena explica- ta.	35. 471
Lutherani falso a Jo. Wesselio accusati.	122	Magnetica vis in virgulis ferre- is.	36
Lycopodii vis in intertrigine, excoriatione & ulceribus ma- nantibus.	138	experimenta.	244
Lydia notatur.	300	Magneticæ acus variatio.	242.
Lyra quid?	357	materia diversitas	244
<b>M</b> Achinas aqua stagnante agitandi inventio.	373	ab aliis fluidis.	36
Macie confecti infantis sectio.	56	Magnesia, nitri spiritus fu- mans.	100
Macrocosmi cum microcosmo analogia.	143	Magnesia alba inventor.	100
		Circa Magnesium albam ani- madversiones.	100
		Majestatis titulus quando a Re- gibus receptus?	291
		Mala moralia unde?	319
		Malebranchii de ideis senten- tia.	396
		Mali	



INDEX

<i>Mali causa &amp; origo.</i>	318sq.	<i>Marmoræ coloribus tingendi</i>	
<i>Malleus auris delineatus.</i>	41	<i>modus.</i>	247
<i>Mammarum fungus canerosus.</i>	452	<i>Marmorea lapicidina in Hi-</i>	
		<i>bernia.</i>	244
<i>De Mangenfeld (Burchard)</i>		<i>Marshamus refutatus.</i>	271 sq.
<i>num fuerit Doctor Decretali-</i>		<i>Martii (Fr.) Hist. Tiburtina.</i>	
<i>um?</i>	539		213
<i>Manilli (Jac.) Villa Burghesia.</i>	213	<i>Martini Poloni patria.</i>	380
		<i>Chron. Contin.</i>	380
<i>Manlii (Jac.) Hist. collata di-</i>		<i>Minoritæ Flores temp.</i>	380
<i>gnit. Card. in Albertum Mog.</i>	436	<i>Fuldensis Chronicon.</i>	380
<i>Manuum transpiratio insens-</i>			
<i>ibilis maxima est.</i>	40	<i>Martis cum fixa conjunctio.</i>	92
<i>Manzini (Ben.) Vita.</i>	252	<i>Marucelli (Fr.) vita.</i>	252
<i>in lusum proclivitas.</i>	252	<i>Bibliotheca.</i>	252
		<i>Marvillius vero nomine quis?</i>	
<i>Maphriani unde dicti?</i>	7		375
<i>dignitas quando</i>		<i>Massæ (Ant.) orig. &amp; res Fa-</i>	
<i>ceperit?</i>	7	<i>lisc.</i>	213
<i>Mappæ historica nova.</i>	390	<i>Masticatio ciborum.</i>	472
<i>Maras quis, quando vixerit &amp;</i>		<i>Materia cobarens quid?</i>	469
<i>quid scripserit?</i>	9	<i>Materiæ in infinitum divisibi-</i>	
<i>Marchetti (Al.) epitaphium.</i>	251	<i>litas illustrata. 90, 91, 469</i>	
		<i>interlabentis defini-</i>	
<i>scripta.</i>	251	<i>tio.</i>	469
<i>De Marcossiorum redemptione</i>		<i>cobarentis divisio.</i>	469
<i>Diff.</i>	64		
<i>Margaritarum vis Medica.</i>	219	<i>De Materiæ vi activa Leibnitii</i>	
		<i>judicium.</i>	430
<i>Mariotti observ. de diversitate</i>		<i>Materialistæ &amp; Idealistæ ut</i>	
<i>guttarum pluvialium.</i>	184	<i>differant?</i>	457
<i>Maris salsedo unde?</i>	243	<i>In Mathesi mixta ut errores</i>	
<i>æstus causa.</i>	471	<i>estimandi?</i>	165 sq.
<i>De Marleborough judicium.</i>	382	<i>Mathildæ Genealogia.</i>	258
		<i>Mat-</i>	

RERUM.

Matthæi <i>Evang. ubi repertum?</i>	<i>vinculum fororium.</i>	407
<i>additamento</i>	Medici <i>Mediolanenses.</i>	254 sq.
<i>corruptum.</i>	Medicorum <i>Mediol. Scripto-</i>	
Matthæi ( <i>Dom. Barn.</i> ) <i>Memo-</i>	<i>rum Notitia.</i>	254
<i>ria hist. Tusculi ves.</i>	Mediolanenses <i>Medici descri-</i>	
Maurifii ( <i>Gerb.</i> ) <i>Hist. de Mar-</i>	<i>pti.</i>	254 sq.
<i>chia Tarvis.</i>	Mediolanensium <i>crud. Thea-</i>	
Maxima & minima <i>in theoria</i>	<i>trum novum promissum.</i>	254
<i>Planetarum.</i>	De Medo-Perlarum <i>regno Tr.</i>	
Maximiliani I <i>Imper. nummus.</i>		270-280
	Melanchthonis ( <i>Phil.</i> ) <i>Com-</i>	
Mazarini <i>Card. timiditas.</i>	<i>mendatio Silesia.</i>	535
<i>avaritia.</i>	Melchisedecus <i>quis?</i>	123
Mazza ( <i>Ant.</i> ) <i>Hist. Salerni.</i>	De Melchisedeco <i>varia.</i>	464
Mazzellæ ( <i>Scip.</i> ) <i>Descr. Puteol.</i>	Melonis <i>singularia.</i>	244
& <i>Cumar.</i>	Menckenii ( <i>J. B.</i> ) <i>in colligenda</i>	
	<i>Bibliotheca studium.</i>	422
	<i>Biblioth. aperta.</i>	422
Mazzocchi ( <i>Jac.</i> ) <i>Veji defens.</i>	Mensium <i>fluxus in senectute.</i>	95
	Ex Mensium <i>suppressione insa-</i>	
( <i>Dominici</i> ) <i>Episto-</i>	<i>nia periodica.</i>	137
<i>la &amp;c.</i>	Mensuræ <i>veterum explicata.</i>	315
Mazzuchelli ( <i>J. P.</i> ) <i>mors.</i>	<i>Anglica cum veteri</i>	
Medicamenta <i>ex auro parata.</i>	<i>collatio.</i>	315 sq.
	<i>fortis leges.</i>	91
	<i>rationum definitio.</i>	157
Medicamentorum <i>purganti-</i>	<i>systemata.</i>	158
<i>um dosis &amp; principia.</i>	Mentis <i>operatio prima proscri-</i>	
In <i>Mediceum (Laur.) epigram-</i>	<i>pta.</i>	395
<i>ma.</i>	Mercurii <i>Trismegisti prognosti-</i>	
Medicina <i>forensis demonstrati-</i>	<i>ca de terræ motibus.</i>	399
<i>va methodo tradita.</i>	Mercurius <i>per poxos ligni tran-</i>	
<i>per chirurgiam &amp;</i>	<i>sit.</i>	36
<i>pharmaciam perficienda.</i>	Meridianorum <i>nauticorum di-</i>	
De <i>Medicina forensi Scriptores.</i>	<i>visto mechanica.</i>	93
	Mesenterii <i>arteria cum glan-</i>	
Medicinam <i>inter &amp; jurispr.</i>	<i>dulis</i>	
	Dddd	

INDEX.

<i>dulis &amp; earum acinis depicta.</i>	<i>nibus Solaribus.</i>	92
110	Microscopium novum.	37
Metalla in plantis reperta. 411	Microscopia varia descripta.	36
Metallorum genesis illustrata.	ut conficienda? 91	91
97	Microscopicæ observationes.	94
De Metallis maturandis &	247	
transmutandis varia. 410	Milites eruditi.	48. 87
Metallica effluvia insuunt in	Millii (Jo.) mors.	384
suas mineras. 97	Minutius Felix vindicatus.	491
Meteora ignita. 243. 471	Mitra quibus imponatur in S.	
Meteororum theoria distincta.	Officii Inquisitione.	119
471	Moderatio Theologo commenda-	
aqueorum & signe-	ta.	428
orum phenomena. 471	Mæragenis Hist. Apollonii Ty-	
Meteorologicæ observationes.	an. a Philostrato suppressa. 294	294
242	Moguntinarum rerum Scripto-	
Methodus demonstrandi vete-	res.	434
rum a quibus sit exculta? 73	Mollerus (Dan.) notatus.	23
tangentium ex me-	Monophysitæ quinam?	6
thodo de maximis deducta. 90	Monophysitarum historia.	6
differentialis New-	Monstri bicorporis causa.	39
toni illustrata. 91. 166	Montacoc, nomen, cur Henne-	
inveniendi mensu-	bergenfi datum?	523
ram cujuscunque proposita ra-	De Montano (Mich.) erudito-	
tionis. 158. 167 sq.	rum judicium.	48
generalis, qua datur	Moralia mala unde resultent?	
fluens quantitatis cujusvis.	319	
163 sq.	Moralis praxis in quo consistat?	
fluxionum inversa	516	
promota. 163 sq.	Morbus contagiosus boum.	245
Mew (Petri) fata & mors. 384	Mordens homo hominem num	
Michaelis Dial. de custodia vir-	puniendus?	371
gin. 520	Mores quid stylo Ictorum?	401
Remediarium abjecti	Moricæ mons unde dictus?	120
Prioris. 520	Mors piorum num pæna?	430
Micrometri usus in observatio-	Mor-	

RERUM.

Morsus canis rabidi exemplum.	95	Mundi structura.	470
Mortis ratio.	472	systematis ratio.	470
Mortui die natali.	48	Mundum non semper existisse,	
Moschopolitæ (Dem. Proc.) re-		difficulter probatur.	516
censo Græcorum erud.	261	In Mundo omnia fiunt cum ra-	
Moses, Psalmorum auctor, quis?		tione.	514
	359	Muratorii (Lud. Ant.) liber de	
De Mose varia.	464	peste.	255
Mosheim (Jo. Laur.) Apolloni-		Murtrati qui?	53
um Tyan. defendit. 242-308		Musculi faciei delineati.	41
Motus voluntarius quid?	456	Musculorum motus explicatus.	
terra.	242. 471		472
in corporibus sonoris.	35	De Musica & Poet. Diff.	354
dura matris causa.	93	Musicæ origo.	354
aquarum in tubulis ca-		Hebræa ratio.	355 sq.
pillaribus.	243	in templis usus.	356
leges Wallisiana exami-		an locus esse	
nata.	413	debeat?	362
Wallisiana substi-		Theoria facilitata.	93
tuta.	413	Musicorum instrumentorum	
legum principia in quid		classer.	356. sq.
resolvantur?	469	descriptio.	362 sq.
pendulorum in vacuo.	243	Mussati (Albertini) opera recu-	
musculorum mechanice		sa.	18
explicatus.	472	Mustelæ piscis anatome.	143
Mugnotis (Andr.) Descr. Eremi		Myopes ut telescopiis uti pos-	
Camaldulensis.	213	sint absq; vitris ocularibus?	92
Mullerns (Christoph.) v. Fran-		<b>N</b> & U sepe in MSptis per-	
ckenheim.		mutata.	378
Mundus non est a se ipso.	461	Nablium quid?	357
non potest esse Deo coæ-		Nævi materni.	95
ternus.	516	Nardini (Fant.) Veji antiqui.	
quid appelletur?	512.		213
quid ex mente Leibni-		Narium hæmorrhagia in gra-	
tii?	513	vida innoxia.	138
		Dddd 2	Nasi

## INDEX

Nasi musculus gracilis quem u-	mine a priori demonstrata:	
sum habeat?		470
Per Nasum visus extraordina-	Nicotianæ cultura in Ceylon:	244
rius explicatus.		184
Natali die mortui.	S. Nieblæ statua destructa.	214
Naturæ effectus.	A Niem (Theod.) Vitæ Pontif.	
mira subtilitas in divi-	Rom.	380
dendo.	Niobes statua pro S. Niebla cul-	
Naudæus (Gabr.) Magia suspe-	ta.	214
ctos defendit.	Nitri historia & analysis.	100
Naudæi (Gab.) Exerc. de Casena.		101
	Nivis pondus num premat?	206
Naumachia Romanorum.	raritatis causa.	40
Necessitas fatalis quid?	De Noacho varia.	464
ut a nexu re-	Nominalium & Realium secta.	
rum differat?		395
§ 11 sq.	Norberti vita Bennonis.	442
mechanica quid?	Noris (Henr.) Cenotaphia Pif.	
456. 457		212
hypothetica a fatali	Notariorum munus.	502
ut differat?	Nucum novum genus.	244
	Nullitatis querela.	344
Nemausi monumenta antiqua.	Numismatica Historia Caroli	
	VI Imp.	152
§ 40 sq.	Nummus in Clementis XI inau-	
ortus.	gurationem.	330
Nervus vertebralis delineatus.	Phidonis num genui-	
	nus?	521
41	in memoriam Olden-	
opticus corruptus.	barnfeldii.	290
93	Nummi Federati Belgii expli-	
Nervorum ex cranio exitus de-	cati.	286 sq.
lineatus.	in Annam R. A. cufi.	383
41	Abbatum Hersfeld. ex-	
Neukirchii (Benj.) poema hero-	plicati.	496
icum vernaculum promissum.	Nummorum inventio somnio	
	pra-	
152		
Nexus rerum & fatalis necessi-		
tatis differentia.		
§ 11 sq.		
Newton (Henr.) laudatus.		
26		
Newtoni (If.) hypothesis de lu-		

RERUM.

<i>predicta.</i>	500	<i>habeat locum?</i>	484. sq.
Nummophylacii portatilis Caroli VI Imp. Inscriptio.	153	Olei ex plantis adultis cur plus acquiratur?	323
Nutritio animalis ut fiat?	472	Oleorum doctrina explicata.	99 sq.
Nux Glastoniae miranda.	388	<i>experimenta.</i>	99
<b>Ex</b> Obesitate suffocatio.	138	<i>gravitas specifica.</i>	99
Observationes Astronomica.	92	Oligenius (Conr.) refutatus.	58
<i>microscopica.</i>	94. 247	Onomatopœia rerum vocabula.	210
Obstagii usus in Holsatia.	348	De Orationibus paneg. vet. Diff.	198
Occultatio fixæ in Jove facta.	92	De Oratorum vet. premiis Diff.	197
Occami (Guil.) fata.	395	<i>Enthusia-</i>	198
De Oceano doctrina.	471	<i>sino Diff.</i>	198
Oculi error unde?	208	Orbitæ Cassiniana ex Astronomia rejecta.	92
<i>humor crystallinus num ad visum absolute necessarius?</i>	44	Orca est Leviathan.	267
Oculorum musculi & nervi delineati.	41. 42	<i>descripta.</i>	267
Odor in flore per temporum intervalla remittens.	207	<i>ut a balena differat?</i>	267
Odoris causa.	99. 100	Ordo causarum insuit in appetitum actum.	513
De Odore experimenta.	37	Ordines Jacobitarum sacri undecim.	8
Odorum differentia unde?	100	Organum vetus quid?	357
Odoratus sensuum imperfectissimus.	208	Orientalis Biblioth. nova.	51q.
Odoratu excellunt Itali.	209	Origenes illustratus.	294. 303
Oeconomia animalis illustrata.	93	Orlandinus (Ces.) de antiquitate Senæ.	213
Oesophagus asperæ arteria non subjacet.	42	Orphei prognostica de terra motibus.	399
Oldenbarnfeldii memoria in memento.	290	<i>Hymni duo.</i>	401
Oldradi consilium XXI quando		Orthographia aulae Cæsareæ a quibus emendata?	152
		Os in dura matre inventum.	93

## INDEX

<i>Ospalati delineatum.</i>	41.43	<i>Papaveris succi virtus.</i>	137
<i>Ossa fetus in utero vacca.</i>	245	<i>Parallaxin Solis inveniendi no-</i>	
<i>    grandia.</i>	246	<i>    ua methodus.</i>	92
<i>Ottinelli (Cas.) Elogium Firmi.</i>		<i>Pareiræ brava radice descri-</i>	
	157	<i>    ptio.</i>	244
<i>Ovarii hydrops in puerpera.</i>	94	<i>Parliamenta quando primum in</i>	
<i>Ovaria Italis quid?</i>	210	<i>    Anglia convocata?</i>	200
<i>Ovis vermis in capite.</i>	245	<i>Parrhelia.</i>	242
<i>Ovulorum admiranda subtili-</i>		<i>Partus Casarei observatio.</i>	93
<i>    tat.</i>	37	<i>    octimestris vitalis &amp; le-</i>	
		<i>    gitimus.</i>	407
<b>P</b> <i>acificus Verinus quis?</i>	88	<i>    citerioris &amp; ulterioris</i>	
<i>    Paduani Monachi Chroni-</i>		<i>    differentia.</i>	407
<i>    ca.</i>	17	<i>Pascha Julianum computandi</i>	
<i>Palati os delineatum.</i>	41.43	<i>    ratio.</i>	245
<i>De Palatinatu Saxonie varia.</i>	58	<i>Passionis iliaca casus.</i>	94
<i>Palatinorum Comitum jus re-</i>		<i>Patria potestas quando amiserit</i>	
<i>    strictum.</i>	55	<i>    jus vitæ &amp; necis?</i>	489.494
<i>Palingenius (Marcellus) vero</i>		<i>Patrick (Simonis) mors.</i>	384
<i>    nomine quis?</i>	496	<i>Patris nomen apud Orientales a</i>	
<i>Palladii (Henr.) res Forojul.</i>	19	<i>    Bincipit.</i>	211
<i>Pallor faciei insolitus.</i>	93	<i>De Patrum Africanorum meri-</i>	
<i>Palmerii (Matth.) Hist. de ca-</i>		<i>    tis Tr.</i>	541
<i>    pivitate Pisarum.</i>	212	<i>Pavimentum tessellatum.</i>	246
<i>De Palmyrena lingua merita</i>		<i>D. Paulus quis?</i>	224
<i>    Rbenferdi.</i>	66	<i>D. Pauli Apostoli laudes.</i>	126
<i>Pandectarum Florent. Historia.</i>		<i>    Magistri Summa.</i>	331
<i>    24 sq.</i>		<i>Peccare cur homo possit non ob-</i>	
<i>    descriptio.</i>		<i>    stante Dei bonitate?</i>	318
<i>    27 sq.</i>		<i>Peccatum ut homo committat?</i>	
<i>    Pisas ut de-</i>		<i>    320</i>	
<i>    latum exemplar, conjectura.</i>		<i>    ut diabolo adscriba-</i>	
<i>    25</i>		<i>    tur?</i>	321
<i>    primus e-</i>		<i>    Protoplastorum.</i>	320
<i>    ditor Lelius Taurellus.</i>	26.30	<i>Pediculus pulsatorius.</i>	245
<i>De Papæ suprematu Tract.</i>	127	<i>Pedis tumor ex febre curata.</i>	95
		<i>Pen-</i>	

## RERUM.

Pendulorum <i>oscillantium tarditas in locis Aequatori vicinis unde?</i>	39	Philharmonicæ <i>Academiae in colligendis Inscript. studium?</i>	231
<i>motus in vacuo</i>			
<i>examinatus.</i>	243	Philippi IV R. H. <i>de renuntiatione filiae in Hisp. dictum.</i>	335
Peregrinantium <i>a morbis praeservatio.</i>	452	Philosophia <i>religioni non inimica.</i>	328
Peregrini (Camilli) <i>Hist. Princ. Longob.</i>	247	Philologiae <i>sacrae fundamenta.</i>	68
<i>Differt. de Campania Felice.</i>	248	Philostratus <i>apologiam Apollonii Tyan. scribere jussus.</i>	293. 296
Perfectionis <i>absolute summae possibilitas evicta.</i>	512	Phœbonii (Mutii) <i>Hist. Marfor.</i>	249
Perionius <i>notatus.</i>	238	Phœnicæ <i>literaturæ eruendæ specimen.</i>	66
Perizonii (Jac.) <i>nota ad Val. Max. desideratæ.</i>	114	Phœnicopterus.	245
Periphrasæ <i>artes in aula Hisp.</i>	133	Circa Phosphorum <i>Anglicum experimenta.</i>	102
Pestis <i>Hafniensis descripta.</i>	96	Photii <i>Bibliothecæ editio nova promissa.</i>	466
Petalossi <i>de Leviathane sententia.</i>	269	Physicæ <i>in religione usus.</i>	328
Petavius (Dion.) <i>notatus.</i>	300	<i>Scriptorum optimorum collectio.</i>	327. 328
Petrefacta <i>vegetabilia. 80.</i>	410	Physicæ <i>incrementa unde expectanda?</i>	38
Petrificatio <i>aliter fit in lapidibus, aliter in animal. &amp; vegetabilibus.</i>	97	In <i>Physicis quæ methodus adhibenda?</i>	468
<i>ut fiat?</i>	410. 411	Pici <i>Martii lingua.</i>	245
Peutingeriana <i>Tabula commentata.</i>	230	Pictorum <i>in re sacra errores.</i>	230
Pfaffii (Christoph. Matth.) <i>cum Scip. Maffejo controversia seria.</i>	23	Pignorii (Laur.) <i>Orig. Patav.</i>	19
<i>Orig. Eccl. laudatæ.</i>	267	Pilei <i>Dioscororum quales?</i>	85
Pharyngis <i>musculi delineati.</i>	41. 42	Pincii (Pauli) <i>de Timavo fl. Diff.</i>	20
Phidonis <i>nummus num genuinus?</i>	521	Pinckerianus <i>calculus in jure receptus.</i>	345
		Pipe-	



INDEX

Piperus <i>ere corruptus.</i>	382	Pliniana <i>Chrestomathia.</i>	500
Pipinus, <i>Abbatia Hersfeld. fundator.</i>	498	Plochiri Michaelis <i>poema de Fortuna &amp; Musis.</i>	400
Piscium <i>testaceorum historia.</i>	368	Plumbum <i>in absinthio repertum.</i>	411
Pistici <i>nardi origo.</i>	210	Pluralistæ <i>quinam?</i>	457
Placentius <i>de Verona quis?</i>	88	Pluviz <i>diversarum guttarum genesis.</i>	184
Planetæ <i>telluri similes.</i>	470	De Pluvialis <i>aquæ quantitate observata.</i>	242
Planetarum <i>arcus visonis examinatus.</i>	40	Pocockius (Jo.) <i>notatus.</i>	7.14
<i>observationes.</i>	92	Poeseos <i>Hebrææ ratio antiqua &amp; nova differentia.</i>	355
Plantæ <i>diluviana.</i>	80	De Poesi & <i>Musica Diff.</i>	354
<i>postdiluviana.</i>	80	Poggii <i>Historia Florentina.</i>	212
<i>sine semine producantur.</i>	409	Poggiana <i>Lenfantii examinata.</i>	117
<i>cur senes plus olei dent?</i>	323	Polenus (Jo.) <i>laudatus.</i>	185
Plantarum <i>pori ut detegendi?</i>	36	Politianus (Ang.) <i>quid præstiterit in Pandectis Florent.</i>	29
<i>analysis chymica.</i>	410	Politiani (Ang.) <i>MStum ad Varonem ubi latitet?</i>	113
<i>anatomia.</i>	471	Polypus <i>in vena pulmonaria.</i>	94
<i>creatio.</i>	409	Pontani (Jo. Jov.) <i>Hist. Neap.</i>	248
<i>vegetatio.</i>	409.471	Pontificatus <i>Maximi munus</i>	
<i>vita &amp; mors.</i>	472	<i>Cæsares Christiani gessere.</i>	196
Plantas <i>multiplicandi modi.</i>	409	Pontificum <i>Rom. Catalogi.</i>	378
In <i>Plantis lusus nature.</i>	80	Circa <i>Poros corporum experientia.</i>	36
Plantatio <i>arborum inversa.</i>	322	Porphyrii <i>testimonium contra Apollonium Tyan.</i>	304
Platonis <i>idea examinata.</i>	393	Della <i>Porta (Hippol.) liber de Peste.</i>	255
<i>principia.</i>	393		Pre-
Plautus <i>vindicatus.</i>	491		
In <i>Pleuritide vomitus salutariter concitatus.</i>	138		
Plinius <i>Junior illustratus.</i>	299		

RERUM.

Portocarrerus ut <i>Carolo II R. H.</i>	<i>via.</i>	401 sq.
<i>testamenti autor fuerit?</i> 134	Procli <i>Lycii Hymni.</i>	400
Postellus ( <i>Guil.</i> ) <i>de Etruria</i>	Proregi <i>jura Regis asserta.</i> 57	
<i>orig.</i> 211	Protolpatæ ( <i>Lupi</i> ) <i>Chron. Neap.</i>	247
<i>De Potestate Eccl. Tract.</i> 263	Provocator <i>Britannus notatus.</i>	75. 79
Potus ut <i>abeat in urinam?</i> 94	Pfalms <i>graduum cur scripti?</i>	361
Præceptum <i>juris &amp; regulæ juris</i>	<i>quo ordine compositi?</i>	361
<i>quid?</i> 490. 493	<i>Salomonis qui?</i> 358	
Præcipitatio <i>quid?</i> 101	Pfalms <i>usûs &amp; species.</i> 358	
Præfectorum <i>Urbis Catalogus.</i>	<i>collector.</i> 358	
378	<i>autores.</i> 358. 359	
<i>De Franckenheim (Christoph.</i>	<i>obscuritatis causa.</i> 358	
<i>Mulleri) mors.</i> 332	Ptolemæi <i>Evergetis gesta.</i> 229	
<i>Introd. in Hist. Sand-</i>	<i>Puerperæ sectio.</i> 94	
<i>Hyppolitænam.</i> 332	Pulmonum <i>apostema.</i> 94	
Praxis <i>moralis in quo consistat?</i>	Puls <i>farinacea rubescens.</i> 141	
516	Pulveris <i>pyrii fragor unde?</i> 35	
Preces <i>primariæ Imp. sine Pon-</i>	Pulveris <i>fulminantis fragor</i>	
<i>tificis venia, validæ.</i> 58	<i>unde?</i> 35	
Precum <i>primar. jus cui compe-</i>	<i>De Punctis stationum in Orbitis</i>	
<i>sat?</i> 56	<i>Planetarum determinandis</i>	
<i>jus Vicariis</i>	<i>Diff.</i> 523	
<i>Imp. vindicatum.</i> 57	Purgantium <i>dosis ut determi-</i>	
Primas <i>Jacobitarum quot ti-</i>	<i>nanda?</i> 96	
<i>tulos habeat?</i> 7	<i>principia.</i> 96	
Principis <i>in succedere eligendo</i>	Pyramides <i>Ægyptiaca.</i> 526	
<i>potestas.</i> 352	Pyrotechnica <i>spectacula descri-</i>	
Probatio <i>quando instituenda in</i>	<i>pta.</i> 153	
<i>jure?</i> 312		
<i>irregularis.</i> 342		
Problematum <i>Geometricorum</i>		
<i>solutio Hermanniana.</i> 171 sq.		
Procella <i>in signis.</i> 242		
Processus <i>Saxon. El. ratio.</i> 336.		
348		
<i>Judicii provinc. Sue-</i>		
	Quantitatis <i>cujusvis fluen-</i>	
	<i>tem inveniendi metho-</i>	
	<i>dus.</i> 163 sq.	
	Eeee	Qua-

INDEX

Quapneri (Georg.) Descr. Bono nia. 155	invento. 174 sq.
Quartana terrore fugata. 137	Regnum successuum num salu- dare? 351
Quartz, lapis, post diluuium de- mum exstitit. 97	Regressus in infinitum Asbeo- rum quid? 455
Quercus in terra viscera se de- mittunt. 245	Regula juris & praeceptum ju- ris, quid? 490. 493
S. Quintini Expugnatio in num- mo. 288 sq.	Reineho (Th.) supposita Schola ICtorum Medica. 256
<b>R</b> abies. 370	De Renaudotio (Jac.) iudicium. 12. 14. 15
Radicum extractio prope vera. 91	Renis ulceris dissectio. 94
Ramus (Petrus) cur casus? 48	ovis hydatides. 245
Raparum celer & insignis vege- tatio. 244	Repetitio tacita & legalis one- rum & conditionum an locum habeat in ultimis voluntati- bus? 483 sq.
Rasch (Jacobi) promissa. 531	an in donatio- ne aliisque contractibus locum habeat? 486 sq.
Ratio modularis. 158	Resina ab igne num destruat an resolvatur? 39
sufficiens non necessitat. 313	quid sit? 100
Rationis cujuscunque mensu- ram inveniendi methodus. 158. 167 sq.	ut in Medicina adhiben- da? 100
Rationum mensura definitio. 157	ex fumo a resina ligni attraeta. 39
diversa sy- stemata. 158	Refinarum mixtio. 39. 100
Per Rationum & angulorum mensuram invenire quantita- tis cujusvis fluentem. 163 sq.	ex santalo prepara- tio. 100
Del Re (Ant.) Antiqu. Tiburti- na. 214	Respiratio mechanice explicata. 472
Realium & Nominal. secta. 395	in motum cordis in- fluit. 94
Rectificationis indefinita cur- varum algebraic. dependentis a quadratura cujusque data	Revisio in Camera Imp. quando interponenda? 344
	Rens 344

RERUM.

Reus contumax ut coerendus?	339	Ruffardus (Lud.) notatus & excusatus.	27
Rhenferdii (Jac.) vita.	60 sq.	Rufforum Imp. edictum contra Fil. Pr.	348
scripta.	62 sq.	Ruth libri autor, David.	495
de Palmyrena lingua merita.	66		
Riccati (Jac.) æquationes differentiales secundi gradus de sensu.	502 sq.	SAbaudix & Sax. Ducum cognatio unde conficta?	257
Riccobonus (Ant.) de Gymn. Patav.	19	Dux fratri Regis Gallie loco non cedit.	335
Ricobaldi Ferrar. Historia Imp. Germanic.	379	Sabbathi rectum quid?	66
Hist. Pontificum.	379	Sabellicus (M. Ant.) de vetustate Aquileje & Fori Julii.	20
Chronologia.	379	Sachari virtutes & proprietates.	245
Ridley (Humphredi) mors.	384	Sacheverellii gesta.	382
Rode (Jo.) de bono regimine Abbatis.	519	Sacramentum ut definiant Græci?	480
Roellius refutatus.	430	Sacramenta Græc. septem examinata.	480
Rœmeri propagatio luminis consistere nequit.	470	Sacrificia in Græc. Liturgiis quid?	478
Rolandini Chronica.	17	Sacrilegii pena apud varias gentes varia.	54
Rollii (Jo.) Annotationes Chronica.	332	De Sæculo futuro Diff.	68
De Romanorum cultu literarum Diff.	197	De Sagis iudicium.	143
De Rosenhaim (Pet.) status vite monastica sui temporis.	520	Saibantiana Bibl. Veronæ MStorum serax.	23
Rostii (Mauri) vita Bennonis.	442	Sal materialiter non insluit in plantas.	410
Rostrata Columna suppleta.	119	Salis communis analysis chymica.	410
Rota in nummis Maximiliani I Imp.	286 sq.	In Sale Kali sal commune continetur.	410
Rubei (H.) Hist. Ravennat.	156	Salium solutio examinata.	101
		Eeee 2	Saler

INDEX

Salernitana Schola, libri, autor.	254	Sanguinis eruptio ex variis partibus.	95
antiquissima.	254	De Sanguinis circulatione quis primus mentionem fecerit?	255
Salibi (Dion. Bar.) scripta.	11	Sannaazarius (A. S.) num nobili stirpenatus?	117
Saliva: consideratio Physico-Medica.	369	unde pronomem nactus?	117
expunitio.	370	Ex Santalo rubro resina ut preparanda?	100
Salivatio mercuriali: quibus morbis conveniat?	369	De Sapore experimenta.	37
Salivationis mercurialis symptomata.	370	Saporum differentia unde?	100
Ex Salivatione suppressa ventriculi condylomata.	138	Sarpus (Paulus) num inventor circuli sanguinis?	285
Sallophia unde dicta?	389	Satellitum Saturni observatio.	92
Salmafius (Claud.) refutatus.	196	motus re-	
Salredo maris unde?	203	stituti.	92
Salfularum Scolliensium historia.	137	Saxoniz & Sabaudia Ducum cognatio unde conficta?	257
vis anti-spasmodica.	137	De Saxoniz Palatinatu varia.	58
Salvinius (Ant. Maria) laudatur.	26	Saxoniz Electoral. judicia immediata.	338
Sambuca quid?	357	Saxonici Electoralis processus ratio.	336-348
Sanderfonius, cecus Mathematicus, ut Mathefin didicerit?	463	Saxonico Vicariatus subjecta provincia.	57
Sanfelicius (Ant.) de Campania.	247	De Saxonum Jure Feudali vet. Differs.	49
Sanguificatio chyli.	472	In Scabie vermes.	95
Sanguinis effervescencia unde?	207	Ex Scabie retropulsa cecitas.	137
gravitas specifica.	95	Scalz (Bartbol.) Hist. Florentina.	211
microscopica constitutio.	95	Sca-	

RERUM.

Scaligeri <i>propago Principalis unde?</i>	48	Scripturæ S. <i>autoritas num ratione adstrui possit?</i>	429
Scardeonii (Bernardini) <i>Hist. de Patavii antiqu. Sc.</i>	18	<i>finis.</i>	319
Ex Sacrificatione <i>hemorrhagia lethalis.</i>	137	<i>interpretatio ut instituenta?</i>	319
Sceleton <i>petrefactum.</i>	245	Scripturæ S. <i>loca explicata aut illustrata:</i>	
Scheuchzeri (Job. Jac.) <i>elogium.</i>	537	Gen. XVI, 7-14.	120
<i>observationes barometrica in Helvetia facta.</i>	242	XXII, 14.	120
De Schiloh <i>Juda illustri germine Diff.</i>	129	XLIX, 10.	129
Schola <i>Salern. v. Salernitana.</i>		Exod. XX, 23, 24.	66
Scholastici (Oliverii) <i>scripta.</i>	440	XXXIII, 13.	122
Scholastici <i>termini Græcis hodie ignoti.</i>	474	18-23.	120
Schuberth (Ge. Ad.) <i>laudatus.</i>	336	Jos. I, 6, 7, 9, 18.	65
Schurtzfleischius (Conr. Sam.) <i>refutatus.</i>	21	Jud. V, 14.	132
Schurtzfleischii (C. S.) <i>Lemmata ad Silesiam spectantia.</i>	536	II Reg. XVI, 18.	66
Schwenckfeldiani <i>in Silesia hodie frequentes.</i>	535 sq.	Job. IV, 3, 4.	65
Scirrholi <i>tumores in thorace.</i>	94	Psal. CX, 4.	122
Scorbuti <i>affectus mirandi.</i>	95	Prov. VIII, 23.	123
Scoti <i>homagium Anglis præstiter.</i>	53	Ef. XXXV, 3.	65
Scriptura S. <i>non favet notioni Manichæorum de infinito malo.</i>	320. 321	XL, 15.	121
		LXIII, 9.	124
		Ezech. XXXV, 35.	65
		Dan. IX.	69
		25.	42
		Zacchar. XIII, 6.	124
		Job. VIII, 56.	120
		Rom. 1, 3, 4.	124
		1 Cor. XV, 28.	125
		Gal. III, 20.	125
		IV, 3.	126
		Coloff. I, 14.	126
		2 Tim. II, 22.	196
		Apoc. I, 4, 5, 6.	63
		Scripturæ <i>æcumenica methodus.</i>	512
		Eccc 3	Secre.

## INDEX

Secretionis animalis ratio.	95	In Sigillis vet. nomina mutata.	331
	453.472	Signinum opus quod?	188
Sectionum Conicarum proprietates.	90	Silesiaca Miscellanea historica.	535
Selah quid?	361	silvestri (Camilli) vita.	86
In Semine virili dantur animalcula.	37	Sinus durae matris quintus ventriculus est.	42
De Semiramidis historia fabulosa Diff.	197	longitudinalis in lateralem tantum sinistrum effundit sanguinem.	42
Senis 130 annorum sectio.	95	Siphonis anatomici usus.	36
Sennæ foliorum infusum est antidynon.	141	Sistrum quid?	357
Sensationum tractatio.	472	Societatis emendanda lingua Germani consilium.	152
Sephiroth decem quid notent?	63	Cum Socinianis qui faciunt?	518
Sepulcrum in via Lucemburg. A. 1718 detectum.	154	Sodæ experimenta.	412
Sericea fila microscopio explorata.	37	sal virescit.	412
Sericum arancarum.	245	differentia a Soda.	412
Serapidis modii.	529	Sol cur aliquando cæperit?	328
Serpens, generis symbolum. Americanus.	84 245	quale sit corpus?	470
Serrarii (Nic.) res Moguntinae.	435	cujus sit figura?	470
Servetus (Michael) refutatus.	429	ut lumen producat?	470
De Setho varia.	464	ut calefaciat?	470
De Sethianis Disquisitio.	63 sq.	affinitatem habet cum fixis.	470
Sherburn (Ed.) apostasia & obitus.	383	cur celo sereno palleat?	470
Sherlock (Wilb.) obitus.	384	Solaris eclipses, quæ Christo patiente contigit, cum Sinica convenientia.	524
De Siclo Judeorum.	217	Archangelopoli	
Sigillo Majestatis Saxon. quinam usi?	58	A. 1706 facta observatio.	524
		Sol.	

RERUM.

Solbrigii (Dav.) <i>Scriptura æcumenica.</i>	522	Spinosa: <i>hypotesis de mente &amp; corpore.</i>	514. 515
<i>De Soli subsidentis parte relatio.</i>	247	<i>Spiralis æquiangula descriptio.</i>	159
Solidorum <i>æquilibrium &amp; motus.</i>	37	<i>Spiritus nitri fumantis inventor.</i>	101
<i>Solutiones a menstruis ut fiat?</i>	101	<i>infinitus cur in corpus agere queat?</i>	311
<i>frigida.</i>	242	<i>finitus cur non agere queat in corpus?</i>	311
Somnus <i>integro mense continuatus.</i>	95	<i>vini rectificatissimus salia solvit.</i>	101
Sonus <i>reflexus &amp; directus.</i>	472	Sponius (Jac.) <i>notatus.</i>	232
Soni <i>proprietates.</i>	35. 93	Sprat (Th.) <i>character &amp; mors.</i>	385
<i>propagatio in aquis &amp; vacuo.</i>	93	Spreti (Desider.) <i>de amplitudine Ravennæ.</i>	155
<i>theoria.</i>	472	Stralastitarum <i>examen.</i>	97
<i>De Sophistarum præmiis Diff.</i>	197	Stanleji (Thomæ) <i>elogium.</i>	47
<i>enthusiasmo</i>		Stannum <i>in genista repertum.</i>	411
<i>Diff.</i>	198	<i>Per Statuas cultus dæmonum celebratus.</i>	66
Spanhemii (Ezech.) <i>obitus.</i>	385	Stella <i>nova in pectore cygni.</i>	92
<i>Anti-Spasmodica vis falsularum Scolliensium.</i>	137	<i>marina discoides delineata.</i>	139
Spathi <i>ortus.</i>	97	<i>nova falsa.</i>	323
<i>In Speculis sphericis ut focus determinandus?</i>	91	Stellarum <i>novarum doctrina.</i>	470
Sperlingii (Osbon.) <i>opus ineditum.</i>	531	Stephanus (Henr.) <i>notatus.</i>	238
Sperma <i>ceti quid?</i>	268	Stoici, <i>atheï.</i>	458
Sphinx.	502	Stoicorum <i>sententia de fetu in utero.</i>	492
Spina <i>Glastonia miranda.</i>	388	Stonehangs, <i>lapidum monumentum.</i>	
<i>dorsi bifida.</i>	137		
Spinosa, <i>atheus.</i>	459		



INDEX

<i>mentum, cur in Anglia post- rum?</i>	389	Sulphuris vulgaris mixtio & <i>genesis.</i>	102
Strozzi (Laur.) <i>Vita Phil. Stroz- zi.</i>	212	<i>experimenta chymi- ca.</i>	410
Ad Struvii (B. G.) <i>Introd. in Not. rei Lit. Analecta.</i>	375	Superfœtatio.	407
Studioforum mores emendandi <i>ratio.</i>	538	De Suprematu Papa Tractatus.	127
<i>Hafniensium præ- mium, gladius.</i>	533	Surdus unde colligat, quid alter <i>loquatur?</i>	246
Stuprum violentum.	407	<i>febre violenta auditum recuperans.</i>	95
Styracis liquide preparatio.	95	Surgentis (M. Ant.) Neapolis il- <i>lustrata.</i>	248
Suarezii (Jof.) <i>Præcepta anti- qua.</i>	214	Sus nigra quid in sacrificiis?	84. 85
<i>in falso S. Niebla cultu delendo zelus.</i>	214	Tabula graduum caloris in <i>ratione arithm. &amp; gome- trica.</i>	242
In Successione constituenda que <i>ratio habenda?</i>	349 sq.	Tabulas Flamstedianas & Caf- <i>sin. quis commodiores reddi- derit?</i>	167
In Successore eligendo potestas <i>Principis.</i>	452	Tacitus illustratus.	299
Succini essentia ut operetur?	100	Tactus & visus, æquipollentia.	40
<i>vera.</i>	100	De Tarantasia (Petr.) primus <i>Theol. Doctor.</i>	540
Succus betula, incisione facta ge- <i>lu saviente, effluens.</i>	40	Tarnovii (Jo. Cbr.) <i>fraus.</i>	256
Succi nutritii motus in vegeta- <i>bilibus.</i>	244	De Tarsia (Paul. Ant.) <i>Hist. Cu- persanensis.</i>	250
Penes Sueciæ Reges stat, ubi <i>conveniri velint?</i>	337	Tartari acris tinctura, anody- <i>non.</i>	141
Suffragii jus an intermissione <i>pereat?</i>	59	Taurinensis cæli natura.	324
Sulphur odoris principium.	99	Tectum Sabbathi quid?	66
<i>artificiale Hoffmanni.</i>	102	Tele-	

RERUM.

Telemachi, <i>fabula, versio car-</i> <i>minica vernacula promissa.</i>	152	Testes ut cogendi? 340.404 ut remunerentur? 404
Telescopiarum <i>dioptrarum</i>		Testudinis <i>Americana cor.</i> 245
<i>inventor quis?</i>	92	Theologia <i>historica.</i> 432
Telescopiorum <i>usus absque vi-</i> <i>tris ocularibus.</i>	91	Theologiæ <i>dogmatica metho-</i> <i>dus.</i> 426
Telluris <i>status examinatus.</i>	470	<i>genus, scientia.</i> 431
<i>figura.</i>	470	Theologici <i>systematis consum-</i> <i>matis characteres.</i> 425 sq.
<i>motus vertiginis.</i>	470	Theologus <i>num de modo expli-</i> <i>candi commercium inter men-</i> <i>tem &amp; corpus sollicitus esse de-</i> <i>beat?</i> 517.518
<i>atmosphæra.</i>	470	Thermometri <i>novum genus.</i>
Tempestatum <i>causæ.</i>	470	242
<i>singularium ut</i>		In Thermometro <i>liquoris de-</i> <i>scensus a calore unde?</i> 184
<i>rationes reperiantur?</i>	471	Thirlby ( <i>Styanus</i> ) <i>notatus.</i>
Tentationes <i>ad peccatum unde?</i>	321	233-241
Pro Tepula <i>apud Frontin. lege</i> <i>tegula.</i>	188	Thomas <i>Heracleensis, autor</i> <i>vers. Syriacæ N. T.</i> 10
Terentius <i>vindicatus.</i>	491	Thomæ <i>Aquin. argumentum</i> <i>pro existentia Dei.</i> 511
Terra <i>vim magnetis habet.</i>	207	Thümmigius <i>laudatus.</i> 471
Terræ <i>motus.</i> 242.471		472
Tertullianus <i>explicatus.</i> 209		Thümmigii <i>demonstratio im-</i> <i>mortalitatis animæ commen-</i> <i>data.</i> 314
<i>refutatus.</i> 542		Tibix <i>quid?</i> 357
<i>vindicatus.</i> 491		<i>cum femoris ossæ articu-</i> <i>culatio delineata.</i> 41
Tertullianum <i>edictum falso</i> <i>Tertulliano Patri attribu-</i> <i>tum.</i> 542		Tintinnabula <i>quid?</i> 357
Tesselatum <i>pavimentum.</i> 246		Tollius ( <i>Cornelius</i> ) <i>plagiarius.</i>
Testaceorum <i>marinosum clas-</i> <i>ses, genera &amp; species.</i> 369		48
Testamentum <i>XII Patriarcha</i> <i>rum.</i> 464		De <i>Tonitru observationes.</i> 243
		Ffff
		Tor-

## INDEX

Formentorum <i>jactus explicati.</i>	312	no <i>Sc.</i>	20
Tournemini <i>sententia de actione anima in corpus.</i>	311	<i>Monumentum vet. Antii.</i>	214
Tracheæ <i>in ligno singulari ratione demonstrata.</i>	36	A Turre Pineæ <i>familia genealogia.</i>	2
Transactiones <i>Angl. in epitomen redactæ.</i>	89	Turretinus (Jo. Alpb.) <i>refutatus.</i>	428. 431
Transpiratio <i>insensibilis in manibus major.</i>	40	Ad Tuslin <i>convulsivam resina thuris.</i>	100
<i>cur in manibus &amp; pedibus promovenda?</i>	40	Tychonii (Christ.) <i>promissa.</i>	531
Transpirationis <i>insensibilis rationes.</i>	472	Tympana <i>quid? perfecta.</i>	357 93
Transsubstantiatio <i>ut in Eccl. Gr. invec̄ta?</i>	478	Typographicæ <i>artis origo.</i>	246
<i>num recepta</i>		U & N <i>sæpe in MSS. permu-</i>	
Gracis?	479	<i>santur.</i>	378
Tremulii <i>in Neapoli in jura nulla.</i>	334	Vaccæ <i>fetus ossa in utero.</i>	245
Trinitas <i>num e facultatibus anima demonstranda?</i>	429	Vacuum <i>explosum.</i>	469
Triuitarum <i>origo a quo?</i>	16	Vacui <i>diffeminati probatio.</i>	243
Trithemii (Job.) <i>Nepiacus.</i>	441	Valeriani (Jo. Pierii) <i>Antiqu. Bellunenses.</i>	20
<i>nativitas.</i>	441	Ad Valerium Max. <i>nota Perizonii desiderata.</i>	114
Træster (Jo.) <i>Dialogus de remedio amoris.</i>	331	Valesius (Hadr.) <i>notatus.</i>	238
Tubi <i>stentorephonici ubi describantur?</i>	35	Valla (Laur.) <i>num fuerit Episcopus?</i>	118
In Tubulis <i>capillaribus aquarum motus.</i>	243	Valvulæ <i>genus peculiare.</i>	35
Tumorum <i>variora genera.</i>	94. 95	Vaporum <i>genesis &amp; accidentia.</i>	471
A Turre (Phil.) <i>Diff. de Bele-</i>		Varchi (Bened.) <i>Hist. Florentina.</i>	212
		<i>in Hist. Flor. dexteritar.</i>	415
		Var-	

RERUM.

Varchi (Bened.) vita.	414	Veneris apparitio diurna.	92
Variolarum inoculatio.	95	Ventorum causa & effectus.	470
	220		
<i>hiforia.</i>	220	Ventriculi flatibus turgidi fi-	
<i>ortus.</i>	221	<i>tus delineatus.</i>	41.42
<i>curandarum me-</i>		<i>condylomata e fa-</i>	
<i>rhodi.</i>	220	<i>livatione suppressa.</i>	138
Vafa lignea cylindrica aqua in-		Vergerius (Petr. Paul.) de Car-	
<i>fufa difrupta.</i>	36	<i>variens. familia.</i>	18
<i>lactea ut conspicua reddan-</i>		Vermiculi in aqua pluviiali bo-	
<i>tur?</i>	94	<i>spitantes.</i>	37
Udalrici Babez. Codex Epistola-		<i>in scabie detecti.</i>	95
<i>ris.</i>	438	<i>urina cruciformes.</i>	141
Vegetabilium affinitas cum mi-		Vermis in capite ovis.	245
<i>neralibus.</i>	409	Vernicis Indica effectus.	96
<i>virtutes in mine-</i>		Veronenfis Bibl. MSptorum	
<i>ralia.</i>	410	<i>promiffa.</i>	23
<i>incineratio, pu-</i>		Veronenfium infcriptionum	
<i>trefcientia.</i>	410	<i>colletores.</i>	230 fq.
<i>petrificacionis spe-</i>		Verfiones Vet. Testamenti.	359
<i>cimina.</i>	411		360
<i>divifio confidera-</i>		Vefica triplex in cadavere re-	
<i>ta.</i>	411	<i>perta.</i>	94
Vegetatio raparum.	244	<i>urinaria rupta &amp; con-</i>	
<i>plantarum.</i>	409 fq.	<i>quaffata.</i>	452
Vegetationis obfervationes.	244	Per Veficam ejeeta bydatides.	
<i>confideratio.</i>	409		94
<i>fq.</i>		Ex Vefuvio ignis eruptiones no-	
<i>doctrinam qui-</i>		<i>tabiles.</i>	244
<i>nam perfecerint?</i>	471.472	Veteris Test. Codex pfeudepigr.	
Venarum & arteriarum fche-			463
<i>mata.</i>	95	Vetterum lacum in Suecia quis	
Venena examinata.	96	<i>defcripferit?</i>	244
Veneris diametri aliquot obfer-			
<i>vata.</i>	524		

INDEX

<i>Ab Uffenbaeh (Zach. Contr.) laudatus.</i>	434	<i>Vinum quid juxta Galileum?</i>	208
<i>Ugonii (Fl. Alex.) Resp. Cassimensis.</i>	247	<i>Vini Tockaviensis historia.</i>	100
<i>VI quid in inscriptione notet?</i>	232	<i>Vinorum differentia unde?</i>	100
<i>Vicariatus Imperii jura.</i>	57	<i>bonitas ut expendenda?</i>	100
<i>quo nomine ad Saxones pervenerit?</i>	57	<i>Viperarum morsus num letalis?</i>	208
<i>absente etiam Casare locum habeat.</i>	57	<i>Virgilius Tapfensis, impostor.</i>	542
<i>Saxonicus quas terras contineat?</i>	57	<i>Virgilii Mar. Ecloga, Pollio.</i>	401
<i>Vicarii veteri Ecclesia ignoti?</i>	32	<i>Virgulæ ferrea virtutis magnetica.</i>	36
<i>cur in Eccl. introducti.</i>	32	<i>Virmondiana novissima.</i>	214
<i>quando in Eccl. invaluerint?</i>	32	<i>Vilus duplicati causa.</i>	40
<i>cur invisi in Ecclesia?</i>	32	<i>per nasum explicatus.</i>	184
<i>in Eccl. officium.</i>	32	<i>Et tactus, equipollentia.</i>	40
<i>limites descripti.</i>	33	<i>De Visu experimenta.</i>	37
<i>quotuplices?</i>	33	<i>Vitæ ratio.</i>	472
<i>Victor Schotti notatus.</i>	300	<i>Vitodurani (Jo.) Chron. integrum.</i>	380
<i>illustratus.</i>	486	<i>Vitri caustici majoris experimenta.</i>	244
<i>Victorius (Petrus) laudatus.</i>	30	<i>phenomena.</i>	323
<i>Viennensia ædificia delineata.</i>	529	<i>Vitriarius (Ph. Rhein.) laudatus.</i>	26
<i>Villani (Jac.) de Casena varia.</i>	156	<i>Vitrificationis negotium.</i>	410
<i>Ad Vindingii Academ. Hafn. supplementa promissa.</i>	530	<i>Vitringa refutatus.</i>	430
		<i>Vitrioli preparatio.</i>	102*
		<i>Vitrorum poliendorum artifices excellentes.</i>	36
		<i>Vitulus monstruosus.</i>	245
		<i>Vivi.</i>	

RERUM.


Viviani ( <i>Vinc.</i> ) mors.	254	<i>mus Facultati Juridica Lips.</i>	
Ulfeldizæ ( <i>Eleon. Chr.</i> ) <i>Tract.</i>		<i>receptus.</i>	345
MS.	531	Uterus num sit uxoris, an ma-	
Ulfilæ <i>vers. Gothica Evang. Co-</i>		<i>riti?</i>	494
<i>dex MS.</i>	523	Uteri ruptura.	138
Umbrae retrograde rationes.		In Utero & ovarii crines.	94
	471	Vulgata <i>versio</i> quanam optima?	
Ungulae a cylindro rescissæ			360
<i>mensura.</i>	524	Vulgerii <i>versus.</i>	441
Vocabula, onomatopœia rerum.		Vulnerum <i>lethalitas.</i>	407
	210	Uvulae musculi delineati.	41
Vomitus singularis.	322		42
urina.	322. 323	<i>musculus sine pari.</i>	43
Vossius ( <i>If.</i> ) plagii accusatus.			
	194	Wagnerus ( <i>Christianus</i> )	
Urina per 17 annos non excreta.		<i>laudatus.</i>	157
	94	Walchius ( <i>Jo. Ge.</i> ) notatus.	534
per umbilicum reddita.			535
	94	Walchii ( <i>Jo. Georgii</i> ) <i>promis-</i>	
per os excreta.	138, 322	<i>sa.</i>	198
Urinae vermes cruciformes.	141	Waldhufanum <i>Chronicon.</i>	331
novum <i>systema.</i>	94	Wallisii ( <i>Jo.</i> ) <i>obitus.</i>	384
In Urinam ut abeat porus?	94	Wardus <i>refutatus.</i>	208
Urnæ in <i>Com. Suffex.</i> effossæ.	246	De Werden ( <i>Hier.</i> ) <i>de profectu</i>	
in <i>Com. Norfolkæ</i> effossæ.	246	<i>religiosorum.</i>	520
in <i>Hibernia</i> effossæ.	246	Werffii ( <i>Per. Adr.</i> ) <i>dictum me-</i>	
Urspergensis ( <i>Conr.</i> ) <i>plagiari-</i>		<i>morabile.</i>	290
<i>us.</i>	378	Weser, <i>fluvii, etymon.</i>	523
Usurarum <i>computus perfectus.</i>		Wesselius ( <i>Jo.</i> ) <i>falso accusavit</i>	
	91	<i>Lutheranos.</i>	122
<i>Pinckeri-</i>		Whistoni ( <i>Guil.</i> ) <i>Arianismus</i>	
<i>anus Scabimatui Lipsiensi re-</i>		<i>refutatus.</i>	429
<i>ceptus.</i>	345	Whitby ( <i>Dan.</i> ) <i>refutatus.</i>	430
<i>Leibnitia-</i>		Wilhelmi III <i>R. A. de Ludov.</i>	
		<i>XIV judicium.</i>	136
		Wil-	


## INDEX RERUM.

<p>Wilhelmi III R. A. de Marle- boroug bio judicium. 382</p> <p>Woldemarus I March. Brand. Ascania gentis ultimus. 523</p> <p>Wolfius (Christianus) lauda- tus. 537</p> <p>Wolfii (Chr.) principiorum Metaphysicorum applicatio. 312 sq. demonstratio pro existentia Dei commen- data. 314</p> <p>Physic. 468 methodus in Physicis. 468</p> <p>Metaphysica impugnata. 511</p> <p>argumentum</p>	<p>pro existentia Dei stabilitatem. 511. 512</p> <p>Wolfii (Chr.) consensus cum re- ceptis in Imperio Theologis. 511</p> <p>disciplina Cosmo- logica. 312</p> <p>Wowerius vindicatus. 375</p> <p><b>X</b>Enajus quis, &amp; quid ege- rit? 8</p> <p>Xenophon notatus. 272</p> <p><b>Z</b>Achariz Historia Ecclesia. 9</p> <p>Zancaroli (Bas.) Antiqu. Fori Julii. 19</p> <p>Zoologiae specimina. 245 sq.</p>
---	--

## ERRATA.

Pag. 28 lin. 26 lege: Instant, Ivonem, p. 209 lin. 1 l. potia-  
mur, p. 214 lin. 26 l. indicis, p. 244 lin. 13 l. asbestus, p. 251  
lin. 33 l. Princ. Sab. p. 330 lin. 11 l. alludi, p. 476 lin. 23 l. μέ-  
σις, p. 524 lin. 25 l. recenset, p. 526 lin. 31 l. quarum,  
p. 542 lin. 31 l. eadem.





**ENDE**